


HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS
LEOVARDIENSIS,

Ex Eccleſiarum M. S. Codicibus, Cœnobiorum Membranis, Patriæ Archivis, Bibliothecarum Theſauris, authenticis annotatis & Claſſicis Scriptoribus;

Ubi inter cetera eminent Leovardienſium Epiſcoporum, Staurienſium, Mariæ-Gardianorum, Lidlumanorum, Claro-Campenſium, aliorumque Præſulum nova ſeries, atque horum & Præpoſitorum Traj. ex novæ in Friſia Sedis erectione oppoſitiones.







PROLEGOMENA

IN

ANTIQUITATEM, GLORIAM AC DECUS FRISICÆ GENTIS,

MAXIME CIRCA SACRA.



FRISII, sub Chaucorum, Francorum, & Saxonum nomine, juxta Emmium & Altingium sæpè comprehensi, atque valente in his partibus Rom. Imperio Frisii dicti, deinceps *Fresiones, Phresones, Phresii, Frigiones*, aliisque absonis vocibus appellari fuere Latino-Barbarè scribentibus, & Regio illorum FRESIA inusitatâ antiquis loquendi formâ, ortâ, ut reor, ex ipsâ dialecto Frisiorum quâ etiam hodiè, qui inter *Flevum & Lavicam* incolunt. E longum seu geminatum, tamquam I efferre solent; quod & Anglos ab his usu recepisse atque hactenus retinuisse cognoscimus. *Emm. Frif. rer. l. 1. p. 9. &c. Alting. not Germ. inf. part 2. p 60. &c.* Frisiorum varium antiquitùs nomen.

Postquam emissi e *Francia Transrhenana* Coloni, quibus & *Batavorum Taxandrorumque* pars æquo, ùt multis indiciis arguitur, fœdere juncta, suam sibi seorsum Remp. constituerunt, evaluit FRESIONUM nomen per omnes nationes, quæ Oceano prætexuntur, inter *Scaldim & Albim*; quos ipsos limites præclarissimè designavit Amelius Stokius *in Holl. Chronico Rithmico*, in Proœmio. latè extensum,

Scriptores nobilissimi ad ortum non tantùm trans *Amasum, Visurgim, Albim & Eidoram* in Daniam usque, sed & ad Occidentem Scaldim ipsam hanc appellationem transcendisse contendunt. Ad Eidoram sanè, vulgò de *Eyder*, in hunc usque diem perennat *Frisiorum littoralium* nomen, *Strant-Friesen.*

Audoënus, Seculi VII. Scriptor Frisios contra *Andoverpum* ponit, & in antiqua scheda apud Mejerum *Ostenda* vocatur, *Frisiæ* oppidum.

Partitio Frisiæ antiqua, & nova, ab Emmio *l. 1. rer. Fris. p.* 13. atque ab Altingio *Not. Germ. inf. part. 2. p. 6.* recensetur, nosque eam infra in descriptione Diœcesis Leovardiensis summatim referemus. partitio,

Frisii veteres sub Monarchia Ducum ac Regum, qui in Martini Hamconii *Frisia* a *pag.* 7. *ad paginam* 37. enumerantur, regnum sibi amplissimum & florentissimum longo annorum tractu constituerunt; donec post plurima gravissimaque, cum Francorum Regibus & Principibus vario marte, domi forisque, decertata prælia, a Carolo tandem magno bis pugnâ victi, Monarchica dignitate exuti, Frisia in Francorum potestatem, quâ leniter usi sunt, redacta est. regnum amplissimum, libertas, subjugatio,

Frisci mores,

Bartholomæus Anglicus mores eorum suo ævo depinxit; atque ex ipso Vorperus Thab. *Chron. Fris. cap.* 2. ut videre est apud Schotanum *Descript. Frisiæ pag.* 283. Adeundem ferè modum eosdem describit Æneas Sylv. sub *Europa cap.* 35. *pag.* 429.

Gens eadem ferox & armis exercitata, robusti & proceri corporis, securi atque intrepidi animi, liberam se esse gloriatur, quamvis Philippus Burgundiæ Princeps ejus se terræ dominum vocet. Revera libera Phrisia est, sui utens moribus, exteris nec parere sustinet, neque dominari cupit: haud invitus Phriso pro libertate mortem appetit. Dignitas in hac gente militaris invisa. Sublimem virum qui se ceteris efferat, non ferunt. Magistratus annuos eligunt, qui rempubl. æquo jure disponant. Fœminarum impudicitiam severius puniunt. Sacerdotes ne aliena cubilia polluant, sine conjuge non facile admittunt. Vix enim continere hominem posse, & super naturam arbitrantur. In pecoribus omnis eorum substantia est, ager planus ac palustris, multo gramine fœcundus, ligno caret. Bituminoso cespite, & sicco stercore boum, ignes fovent. Ex hac gente tradit Cornelius Tacitus imperante Nerone, duos legatos Romam venisse, Veritum ac Malorigem, qui Pompeji theatrum intrantes, cum vidissent quosdam cultu externo inter senatores sedere, & intellexissent id honoris datum gentium legatis dari, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, nullos mortalium aut armis, aut fide ante Germanos esse exclamaverunt, ac digredientes inter patres consedere, ob quam rem ambos Nero civitate donavit.

„Et hæc quidem, inquit ibid. *Thaborita*, usque in præsentem diem apud Frisios perse-„verant exceptis paucis, quæ temporum diuturnitate vel paululùm immutata, vel penitus abrogata sunt„: inprimis a castitate eos mirè commendat, vetustissimi Auctoris auctoritate hoc roborans, dicentis; *Gens Frisiorum miro modo castitatem zelant.*

Ex Monasteriorum utrinsque sexus multitudine idem confirmat; *In quibus*, inquit, *penè innumerabiles utriusque sexus castissimi & sanctissimi sub regulari disciplina Deo militant.*

„In moribus, inquit Emmius *rer. Fris. l.* 2. *p.* 37. apprimè simplices, justi & æqui ob-„servantes: verba pro litteris & sigillo, dexteram pro jurejurando habebant; melius-„que tum fidem verbo dextrâque datam, quam hodiè scripturâ, sigillo, testibus firma-„tam colebant.

„Ingenium genti, ait idem Emmius *rer. Fris. lib* 2. *p.* 31. in universum simplex, ingenuum, „excelsum, promptum ad arma, liberum, nulliusque rei æquè ac servitutis impatiens, „cui rei argumento est, quod libertatem a majoribus acceptam contra invidiam & vim „vicinorum Principum tanto studio ac constantiâ defenderint, ut per sexcentos amplius „annos nemo extorquere illam invitis potuerit.

Ingenia,

„Dein *rer. Fris. lib.* 2. *p.* 33. sic laudat Frisiorum genium, aitque inter alia; Ingenia „genti si cui alteri in Germania, læta, acria, amœna; quæ si doctrinæ studio se dedant, „facilè ad summam eruditionem perveniunt, ac in suo genere excellunt. Argumento „sunt, ut veteres omittamus de quibus historia loquitur, Wesselus ille Groninganus, „multæ & variæ doctrinæ causâ, *Lux mundi* vocitatus, Rodolphus Agricola, Hector „Hoxuvirius, Gerardus Synellus, Gemma Frisius, ejusque filius Cornelius, Viglius „Zuichemus, Joachimus Hopperus, infiniti alii, de quibus suo loco fusius.

• ad fidem Christ. conversio.

„Christiana fide ac moribus eruditi & exculti sunt a Wilfrido, Willibrordo, Zuidber-„to, aliisque, *Bat. Sacr. parte* 1. recensitis.

Viri illustres, & primi Episcopi ex iis orti.

„Primos quoque Frisiorum Episcopos, Pastoresque Frisici sanguinis plerosque fuisse, „nemo est, inquit idem, qui ambigat. Inter hos Fridericus, in vico Sexberumo, non „procul Franekerâ, natus.

Religionis zelus, ac tenax studium.

„Religioni mirum in modum, ait Emmius, dediti, atque in eam munificentissimi; un-„de incredibiles illæ Cœnobiorum opes, illi sacerdotiorum reditus in usum sacrorum „sponte collati.

Emmius rer. Fris. l. 2. p. 37.

Ex Schotano *Fris. lib.* 15. VII. Abbatias, & nonaginta Monasteria sola Frisia numeravit.

Cœnobiorum ingens numerus ac possessio.

Ex Cod. MS. quem teneo, Abbatias plures. S. Benedictus III. in sola Frisia possidebat,
S. Bernardus Abbatias III. & Prioratus V.
S. Norbertus III. Abbatias, Præposituras virorum duas, totidem virginum, atque Prioratus III.
Canonici Regulares possidebant Abbatiam I. Præposituram I. Prioratus IV.
Canonicæ autem Regulares Prioratus III.
Crucigeris duo erant in Frisia Cœnobia.
Commendariæ Equitum Teut. in eadem regione erant II.
Hospitale Joannitarum Melitensium I.
Dominicani Cœnobia habebant II.
Franciscani itidem duo.
Carmelitæ II.
Augustiniani I.
Grisiæ sorores VIII. Singula dabimus suo loco.

Sacro-

Sacrorum rituum inprimis erant tenaces. Vorperus in *Frif. Chron.* notat quod fub Annum 1180. adhuc *primitivæ Ecclefiæ* mos vigeret apud Frifios, ut infantes per quadragefimam natos, extra mortis periculum, ad Pafcha aquâ baptifmatis luftrandos fervarent.

Luftrandi baptifmo antiquus mos.

Sic notat Winfemius *Hift. l.* 1. *part.* 32. 33. quod Lindano per Egmondanum, Ultraj. Epifcopum, ut Vicario in Frifiam miffo, præcipuè caverint, ut eis jus integrum incontaminatumque effet, ut infrà pluribus oftendemus.

Pro tuenda & propaganda Chriftiana religione graviter decertarunt, graviaque a Frifiis bella fufcepta.

Bella pro religione fufcepta,

Inprimis Carolum Magnum adverfus Saxones, Cæfari & Imperio rebelles, atque ad tutandum Leonem Pontificem in Italiam Anno a Chrifto nato D. CCC. pergentem, armis fuis egregiè juvere. "In hac enim expeditione, ait Emmius, quæ omnium ipfi honora-"tiffima fuit (Imperator quippe, & Auguftus, Pipinus filius, Italiæ Rex, ab univerfa "Civitate Romana, cum feriæ natalis Domini agerentur, acclamatus, ac corona chlamy-"deque a Pontifice Leone folenni ceremonia cinctus eft, poftquam controverfiam Pon-"tificis cum populo jam terminaffet) validam *Frifiorum* cohortem, quod fatis conftat, "fecum habuit. Quæ cum Pipino, cui tum contra Grimoaldum Beneventanum grave "bellum erat, in Italia relicta, egregiis facinoribus editis præclarum nomen fibi fuifque "peperit, atque illis etiam gentibus quâ virtute Frifii effent, declaravit.

imperii in Italia;

Argumento eft tabula ingens antiqui marmoris in rei illius memoriam Romæ pofita, litterifque exarata, quam fuâ ætate ad S. Michaelis ædem apud Vaticanum incolumem fuiffe Raphaël Volaterranus, eximius Auctor, tradit.

Teftis, marmorea apud Vaticanum Romæ memoria, hic repræfentata,

Tabula hæc ab Hamconio ad finem *Frifiæ* fuæ, *pag.* 131. quia & ab ipfo Schotano Dominit Frifiæ Defcript. *cap.* 8. *pag.* 62. 63. repræfentata, fic fonat;

In nomine Domini, Tempore *Leonis* IV. Papæ, imperante *Carolo Magno* Imperatore, eo tempore cum beati *Petri Bafilica* à *Saracenis* capta fuerat, tunc denique pro totius mundi capite turbato, totus mundus turbatus; omnis *Gallia* cum Rege *Carolo* ad tuendum illam venerunt. Unde contra inimicos Domini bella Domini decertando, quidam mortui funt, & incrypta juxta *Neronis* Palatium fepulti, eodemque tempore à *Leone* Papa, & Rege *Carolo*, ad honorem *Michaelis* Archangeli fuper illos facta eft Ecclefia. His ita peractis, Rex *Apuliam* abiit, eamque beato *Petro*, & *Romæ* fubjugavit. Per idem tempus exercitu *Gallia* revertente, tres illorum milites de *Frifia*, *Ilderardo* de *Groninga*, & *Lemos* de *Stavera*, & *Hiaro* & *Celdui* ancilla Dei de *Slinga*. Hi beati Magni corpus in loco qui dicitur Fundi, invenerunt, quo invento, in eorum Provincia portare, & condire decreverunt. Sed divina gratia coöperante, poftquam ad Sutrinas partes ventum eft amplius deferre non prævaluerunt, quia bis, & ter territi, & per fomnium moniti, *Romam* revertentes, fanctum corpus fecum tulerunt. Unde factum eft, quod illorum devotionis caufa partem brachii à fe fegregari ab illis permifit, partes autem ceteræ incrypta præfata remanferunt, fuper quam, ficut dictum eft, Ecclefia jam fuerat facta. Deinde omni anno beneficium optimum dari ibi decreverunt; fcilicet trecentas marcas argenti, pro illorum, & ubique quiefcentium redemptione, & in perpetuum feu divites, feu pauperes in eadem fupradicti Archangeli *Bafilica*, & beati Magni Ecclefia, juxta eam ab iifdem conftructa hofpitalia, quando à fuis partibus venirent, agerent. Idcirco noftrorum, aliorumque omnibus pateat, fi ipfi, vel quicunque hoc decretum rumpere tentaverint, fciant fe perpetuo damnatos, & maledictos, & prædicti Pontificis anathematis vinculis in inferno, nifi repofuerint, cum Diabolo conligatos, in hac autem vita miferos, & difperfos, & iterum de libro vitæ cæleftis deletos, & de Regno *Chrifti* dejectos. Confirmatoribus, fautoribus hujus decreti e contra fit benedictio *Chrifti*, & fruantur utriufque vitæ gaudiis, AMEN.

C. Schotanus quidem, gloriæ gentis quafi invidus, tabulam hanc rejicit, ejufque finceritatem argumentis quibufdam arrodit: inter cetera, quod Caroli Magni temporibus Leo IV. Sedem Petri non tenuerit; quodque Saraceni *Centum cellas* quidem deprædari, & Italiæ Infulas invafiffe, non vero urbem Romam fub id tempus aggreffi leguntur.

Verùm Emmius, ejufdem licet cum Schotano communionis, veritatem & decus gentis fuæ in maximo pretio habens, pro candore animi fui fatetur quidem ad Caroli Calvi Galliæ Regis, & Leonis IV. tempora à Volaterrano ifta trahi, feque huic accedere non poffe ob has potiffimum rationes;

ac vendicat

„Quod Calvus eum Leone Pontifice imperium non tenuerit, quodque idem ne poft„eà quidem, cum imperare cœpiffet, *Magni* nomen, ità ut hic præfcriptum in tabula „eft, unquam ufurparit; quod nec ipfe in Italiam venerit cum exercitu quamdiu Leo „Pontifex in vivis fuit, nec rebus etiam Italicis fe ullo modo mifcuerit: poftremò, quod „nihil ei unquam cum Frifiis fuerit commune, quos Lotharius frater ejufque filii impe„rio tenebant".

At tum fubdit, & ait; „Omnia verò ifta fi ad Carolum Magnum referas, aptiffimè „ejus rebus convenient, modo pro Leone IV. III. ejus nominis accipias. Quæ fanè „unius apicis aberratio in fignando legendoque nomine facilè poteft accidere".

„Nec Saraceni quidem, inquit idem, isthoc eodem rempore, quo Carolus Magnus „Pontifice Leone imperium habuit, Italiæ litrora infestantes deerunt, quos Frisii armis „persecuti fuerint, si quis ejus temporis Annales voluerir revolvere".

Paulò antè dixerat; *Quam sanè tabulam nisi fortuna servasset, hanc quoque gloriam, ut plurima alia majorum nostrorum præclarè gesta, Scriptorum invidiâ, qui silentio ea obsiderunt, aut suis asscripserunt, nobis abstulissent.*

& testimonius, aliorum etiam communionis Scriptorum, roborata. Frisiorum hinc emanata libertas, Caroli M. Diplomate, hic repræsentato, asserta.

Ejusdem tabulæ veritati in laudem gentis suæ adscripsit, eâdemque ad Staveræ, Groningæque urbium vetustatem adstruendam utitur Menso Altingius *not. Germ. inf part.* 2. ut per decursum patebit.

Hinc & Frisii, sub Francorum licet Dominio, *libertate quadam sua, eaque rara & insitata in aliis populis*, ut verbis Emmii urar, *gavisi sunt.*

Hæc, ut Hamconio aliisque placer, profluxit *ex augusta & illustri Bulla, seu Diplomate ipsis ab eodem Cæsare donato*, vel ea certè eodem continetur. Diploma istud idem Hamconius ad calcem *Frisiæ* suæ annexuit.

Idem a Pierio Winsemio *Chronici Frisiæ l.* 3. vernaculâ linguâ primùm donatum, dein Latinâ seu primigeniâ linguâ traditum ex transumpto autographi, quod in Archivis urbis Bruxellensis servabarur, ex testimonio Caroli Bromanni, Urbis Actuarii, Bullæ isti annexo, hîc submittitimus.

CAROLUS divina favente Clementia Romanorum Imperator Semper Augustus omnibus tam futuris, quam præsentibus salutem & pacem in perpetuum. Ne ea quæ aguntur in tempore, simul cum tempore labantur, poni solent in dictione testium, & scripturæ testimonio perennali. Ea propter, ad oblivionis confusionem evitandam, universorum notitiæ cupimus declarari: Quod dum *Leodingarus*, Dux *Saxoniæ*, Ducatum suum jure feudali teneret ab Imperio, nec hoc recognoscere curaret, & tributum de suo Ducatu à Cæsare *Augusto* statutum, quod à prædecessoribus suis consuetum fuit singulis annis prædecessoribus nostris exhiberi, nobis dare contemneret, & se in præjudicium, & gravamen Imperii, prô rege gereret, regemque *Saxoniæ* vocari præciperet: Nos tandem bujusmodi suam superbiam, & injuriam dicto Imperio, & nobis ab ipso sæpius illatam diutius sustinere & dissimulare nolentes, invocato *Frisonum* Orientalium & Occidentalium auxilio, quos viros strenuos, agiles, & miræ audaciæ, sicut nobis quibusdam referentibus, jam intelleximus: qoibus etiam idem Dux multa gravamina inferebat, eo quod eosdem suæ vellet subjicere potestati, cum tamen ei viriliter resisterent defendendo, maximè gavisi eo, quod auxilium eorum invocare dignabamur, nobis per suos spoponderunt, & certos & securos nos reddiderunt, quod parati esse deberent in nostrum venire subsidium, & quod ad obtinendum honorem Imperii, & nostrum, suam vitam vellent exponere, sic quod jam dicti *Frisones* sine moræ dispendio se ad incundum prælium, contra dictum *Leodingarum* Ducem, & suos præparaverunt, & termino statuto ad invadendum ipsum & terram suam, cum multitudine *Frisonum* Ducatum *Saxoniæ* in manu forti intrantes, viriliter, & crudeliter cum prædicto Duce, & suo exercitu dimicantes, ipsum & suum exercitum devicerunt: & eum cum melioribus sui Ducatus ceperunt, quos funibus connexos nobis tradiderunt. Qui de hujusmodi victoria nobis obtenta maximè exultantes, cum gaudio ad propia remeaverunt. Item cum advenæ *Romani* mandatis nostria obedire contemnerent, & quædam juræ in præjudicium Imperii & gravamen nostrum sibi usurparent, & nos auxilium fidelium Imperii ad resistendum eorum injuriis invocassemus, & hoc *Frisones* prædicti intellexissent, non vocati à nobis, de suo libero arbitrio, & voluntate sponranea cum multitudine copiosa in subsidium nostrum venerunt, & cum exercitu nostro *Romam* perrexerunt, & cum urbi *Romanæ* appropinquare cœpissent, mox ab exercitu nostro se separantes in *Romanos*, qui exercitui nostro per suam superbiam occurrebant, potenti virtute irruentes, quam pluribus ex utraque parte interfectis, eosdem vicerunt, & nobiles *Romanos*, quos ceperant, subjugaverunt.

Nos itaque consideratâ eorum probitate & audaciâ, attendentes etiam fidele obsequium quod nobis & Imperio exhibuerunt, de consueta Regiæ Majestatis benignitate ipsis gratiam volentes facere specialem, & de consilio nostrorum fidelium, & accedente consensu Principum Imperii, tributum à Cæsare *Augusto* statutum, videlicet triginta libras auri, quas nobis & prædecessoribus nostris exhibere consueverant, remisimus: ita quod neque nos, neque successores nostri illud ab ipsis, vel eorum hæredibus, de cetero requiremus, vel aliquas exactiones in ipsos faciemus.

Præterea auctoritate regia indulsimus iisdem, ut cum omni prole sua nata, vel nascitura *in perpetuum liberi permaneant*, & à servitute proprietaria penitus absoluti.

Statuimus etiam, ut usualiter eligant Consules quotquot sibi viderint expedirè, qui in causis secularibus, de quibus ipsis quæstio inita fuerit, judices ipsorum existant.

Et statuimus, ut iidem Consules singulis annis secundum consuetudinem *Romanam*, eligant personam idoneam & discretam, sub cujus dominio, regimine & potestate *Frisia* tota sit constituta & subjecta: cui in omnibus & per omnia tanquam suo domino infra terminum sibi ab ipsis deputatum teneantur obedire. Quæ persona *Potestas Frisiæ* debet appellari.

Item statuimus ut, si quis ex ipsis substantiam babens militarem, & militare voluerit, dictus *Potestas* sibi gladium suum circumcingat, & dato eidem, sicut consuetudinis est, manu sua colapho, sic militem faciat, eidem firmiter injungendo, ut deinceps more militum Regni *Franciæ* armatus incedat: eo quod consideramus, si prædicti *Frisones* militaverint secundum staturam corporum, & formam præcipuè à Deo & natura ipsis datam, cunctos in orbe terrarum milites sua fortitudine & audacia, dummodo ut prædictum est sint armati, præcellent & prævalebunt. Qui scutum suæ militiæ à dicto *Potestate* recipere debent, in quo corona Imperialis in signum libertatis à nobis concessæ debet esse depicta.

Et

Et statuimus ut *Frisones* militare volentes sint usque ad summitatem aurium circumcisi, si facere voluerint, ut per hoc etiam suam valeant ostendere libertatem ipsis, ut dictum est, à nobis collatam.

Quod si quis hanc eorum libertatem aliquo ausu temerario infringere voluerit, vel violare præsumpserit, secundum sententiam, quam annuentibus Principibus Imperii tulimus, tam ipse quam sui coadjutores sint proscripti, & à consortio fidelium Imperii exclusi.

Et statuimus auctoritate regia eosdem, tanquam proscriptos, & adversarios Imperii, ab omnibus evitari. Et si quis iisdem ad præliandum contra dictos *Frisones* astiterit, vel adjutorium præstiterit, eandem pœnam, & offensam Imperii se noverit incurrisse.

Et auctoritate præmissa statuimus quod si iisdem aliquo casu contingente in ipsorum vita, vel bonis aliquod damnum à dictis *Frisonibus*, vel aliquo alio fuerit illatum, nec successores nostri, vel alii Judices seculares, ad alicujus instantiam ex hoc iisdem aliquam exhibeant justitiam, cum potius tanquam proscripti Imperii sint severius puniendi. Quam sententiam, sic ut dictum est, à nobis latam auctoritate prædicta præcipimus, & statuimus ratam haberi, firmam, & stabilem in perpetuum observari, & tenore præsentium protestamur à sanctissimo nostro Papa obtinuisse. Quod si prædicti *Frisones* de hujusmodi gravamine ipsis à præfatis malefactoribus illato querimoniam deposuerint, tam ipse Dominus Papa prædictus, quam sui successores, ostenso ipsis suæ libertatis privilegio præsenti eosdem excommunicabunt, & denunciari facient excommunicatos: & nihilominus terram eorum, specialiter illorum, qui habuerint seculares dignitates, ponent sub interdicto. Quæ sententia excommunicationis, & interdicti nullatenus relaxari poterit nisi per mandatum summi Pontificis speciale. Et ut hoc laudabile factum nostrum robur in perpetuum obtineat firmitatis, nec à nobis, nec à successoribus nostris, seu à quoquam aliquatenus infringi possit vel in dubium revocari, & ut etiam dicti *Frisones* nobis dilecti libertate tali in perpetuum possint gaudere, præsentem paginam exinde conscribi & Bullæ nostræ aureæ munimine fecimus roborari.

Actum & datum Lateranis, Anno Domini nostri Incarnationis octingentesimo secundo, indictione decima, anno regni secundo.

Hanc copiam Diplomatis, Cæsareæ Majestatis quondam *Caroli Magni*, ego *Carolus Bromannus*, Quæstoribus ærariis Civitatis Bruxellensis à secretis, fideliter contuli cum manuscripto quodam volumine ex pergameno, quod Doctiss. Clarissimusque *Petrus de Finio* I. C. Licentiatus, ejusdemque civitatis L. annis Advocatus, & deinde Ecclesiæ Collegiatæ *D. Gudilæ Bruxell.* Thesaurarius & Canonicus, quondam omnifaria veteri historia compilavit. Quod quidem volumen Civitas nostra in Archivis pro Authentico veneratur & citat. Testorque hanc copiam cum eodem volumine folio IX. de verbo ad verbum convenire; ideoque in rei fidem manu propria subscripsi.

Bruxellæ Ducatus Brabantiæ nonis Maji, Anno M. DC. V.

CAROLUS BROMANNUS.

Bullam hanc planè ineptam, & a vicinis, Crantzio, ac Batavis Scriptoribus impugnatam dicit Schotanus *Descript. Frif. Dom.* c. 8. p. 62. pag. 336. *fictam eam, effictæque a Papicolis donationi Constantini, similem* temerè idem asserit.

Fatetur nihilominus *assertionem hanc plurium seculorum voce, quin & ipsâ Raphaelis Volaterrani tabulâ comprobatam.*

Ant. Matthæus *Analect.* Tom. VII. p. 42. in Notis marginal. fictionem Bullæ illius a & afflicta
Wensemio in *Chronico Frif. l.* 3. accuratius licet traditæ, confirmatam ab eo asserit.

Sed pace tanti viri, non tam Bullam ibi reprehendit Wensemius, quam anni de- comprehensa,
signationem; observandum esse simpliciter asserens, in Anni octuogesimi secundi numero abusum seu errorem esse debere, "ob hanc rationem quod *Carolus Magnus* præci-"pua officia a Frisiis post ea tempora receperit in variis bellis per Saxoniam & Italiam "gestis; ex quo credibile est Imperatorem sub finem regni sui rebus per Imperium pa-"catis ac compositis, privilegia eadem circa Annum octingentesimum decimum ... non "diu ante obitum concessisse".

Verba hæc Chronologiam, non verò Diploma Cæsaris impetere, cuivis sedato lectori vel certè firmata.
apparebunt.

Unde & Emmius jura ac privilegia Frisiorum, qualia hoc Diplomate continentur, a Carolo Magno data, quin & a decessoribus Caroli, inprimisque a Martello, qui victo Radbodo populum rudem legibus excolere necesse habuit, concessa, a Carolo M. aucta & firmata disertè *Hist. Frisic. l.* 5. *pag.* 71. & alibi affirmat.

Undè & sic præfatur antè Historiam Frisicam ad Lectorem: "Quod de Caroli Magni "in gentem nostram benevolentiâ eximiâ, confirmatâque ab eo libertate scripsi primitus, "id ut tum habui, ita nunc quoque habeo certum & indubitatum; imò verò quo dili-"gentius atque acrius expendi rationes eorum, qui convellere sententiam hanc nituntur, "cumque nostris rationibus contuli, eò magis in sententia sum confirmatus".

Altingius, Emmii testimonium ita suo & Aimoini testimonio veteri roborat *Germ. inf. part.* 2. *p.* 62. "Carolus M. qui sublatis Regibus qualicunque obsequio contentus, Fri-"siis a patre durius habitis, ex publico Decreto, quod extat, & ab Aimoino haut ob-"scurè laudatur, restituit libertatem".

"His

Libertatis & juris illius compendium,

„His autem legibus, inquit Emmius ibidem pag. 71. optimum jus Frisiorum libertas- „que integra sancitur, *Ut liber sit populus, suique juris in perpetuum: Ut rebus suis uti „velint, singuli utantur, fruantur: Imperio tantùm, in cujus clientela gens est, censum „modicum solvant: nemini præterea sint obnoxii. A vi mutuâ abstineant: pacatè secundùm „leges sua possideant, vindicentque: judices controversiis finiendis habeant liberis populi suf- „fragiis lectos, atque Imperatori Sacramento obligatos, qui ex patriis legibus causas discep- „tent & leges finiant. Sacerdotes, sacraque omnia sancta sint: matronarum virginumque „honos conservetur: omnium delictorum mulcta sit, quam pecuniâ, pecore, reliquis fortu- „nis solvant. Pœna capitis, nisi parricidis, proditoribus, latronibus, incendiariis nocturnis, „grassatoribus, incestis, nemini irrogetur: * duello, ferro ignito, aquâ fervente, sanctissimo „jurejurando criminum purgatio habeatur: suam cuique causam coram judice, voce suâ age- „re liceat*, & alia multa

* Mos hic tunc temporis per totam Germaniam obtinebat.

atque ejus specimen in deligenda Frisiæ Potestate,

Ad hæc Frisiis, uti ex Decreto palam fit, concessum, ut personas seu personam idoneam & discretam eligant, sub cujus regimine tanquam sub vero Domino Patria esset constituta & subjecta: quæ persona POTESTAS FRISIÆ appelletur, habeatque potestatem creandi milites, quibus colapho manu dato gladium circumcingat, ac injungendo præcipiat, ut deinceps more militum Sacri Rom. Imperii, aut Regni Franciæ armati incedant, &c.

Hæ Frisiæ Potestates ab Hamconio ordine recensentur, & ex iis quidam, in *rer. Fris. Hist.* ab Emmio laudantur; uti

quarum hic series exhibetur.

GOSSO LUDIGMANNUS, pag. 88.
SACO REINALDA, 113.
REGNERUS CAMINGA,
HESSELUS MARTENA, 188. 190. 244. 418. 429. 433 & seq.
JUWO DECAMA, 499. 811,

Carolus M. sic Frisiæ gentis fortunæ, eorumque libertati favit.

Ex religiosa gentis bellicâ fortitudine; & sacrum ejus jus produxit, Syndriucht appellatum;

Leo quoque Pontifex, officii præstiti non immemor, Frisiorum saluti concessis legibus ac juribus cautum esse voluit, ipsis Acatholicis Scriptoribus, U. Emmio & C. Schotano non diffitentibus.

Sic enim scribit Emmius *rer. Fris. l. 7, p. 72.* "Eodem quoque tempore sacrorum jus ali- "quot capitibus comprehensum Leo III. Pontifex ex consilio eorum, qui res Frisicas no- "runt, iisdem instituit, ingenio loci populique accommodatum, *Sindrucht* appellant, quo "multis sæculis in rebus sacratis majores nostri usi sunt.

Schotanus Jus illud per multa capita veteri Frisiorum linguâ repræsentat in *Dominii Frisiæ Descript.* a *pag.* 286. ad *p.* 298. In prolixiori Dominii Frisiæ descriptione idem Frisiorum jus per plura capita illustrat. Illudque non *Sindrucht*, ut Emmius, sed rectius *Syndriucht* appellat; *Driucht* enim Frisiis veteri linguâ, *recht* est, quod jus sonat.

Simile nomen apud Emmium,

Apud Frisios affine nomen, ex Emmio *ad Ann.* 1270. postmodum inolevit; Sacerdotium quippe in Frisia, & præcipuè in locis ad Amasum institutum, quod *Decanatum*, & eo præditos *Decanos* dicebant; qui auctoritate sacerdotes ceteros antecedebant, imò in eos auctoritatem ac jus aliquod habebant, de Sacro ordine ac rebus sacris cognoscebant, judicium ferebant, mulctas capiebant; præcipuè cognitionem causarum matrimonialium & similium tenebant perpetuam, errataque, si qua inciderent, corrigebant, ac pœnam irrogabant,. jus reddebant statis temporibus, assidentibus e sacro ordine suæ Provinciæ, seu *Decanatus* aliis doctrinâ & pietate præcipuis.

"Jus hoc suum, inquit Emmius, *dat Schendriucht*; judicium aut tribunal, *die Schend-* "*stoel* dicebant.

cujus origo indagatur,

A. Matthæus *Anal. tom* III. in notis ad Menconis *Chronicon p.* 269. miratur, jus illud *Schendriucht*, ac tribunal illud "*Schendstoel* ab eo dici. *Schenden*, inquit, est violare; an "jus, ait, & dictum, & violatum"? Unde ipse loco *Schend*, *Sebnd* legi mavult. "*Sekud* enim "ait *Synoede*, Latinè Synodus, idem est quod Synodaticum jus, quia in Synodo, seu Con- "ventu publico exigi & dari solitum".

Deinde Frisiorum zelus & fortitudo in Oriente pro recuperanda terra sancta emicuit;

Porrò Frisiorum zelus erga res sacras & laus non in Italia solùm, verùm etiam in Oriente innotuit.

Honorius III., Pontifex Rom. sub Annum 1222. Conradum Cardinalem, Episcopum Portuensem Legatum cum amplis mandatis in Germaniam misit, qui & oratione, & delictorum veniâ propositâ ad arma pro recuperanda Hierosolyma, Germanos exsuscitaret: is in Suevia, Franconiâ, Alsatiaque ac locis vicinis peracto negotio, Conventum indixit Coloniæ.

Inde ab eo Anno gratiæ 1224. in Frisiam directus est Magister, Oliverius, Scholasticus Coloniensis, Crucis legatus, qui Groningæ & in variis Frisiæ locis ex suggesto Frisios ad crucem pro recuperanda terra sancta assumendam largis indulgentiis invitans, militia

tiæ

tiæ sacræ plurimos per Frisiam autoravit. "Ad hujus exhortationem, inquit Emo, "Werumanus antistes *Chron. pag.* 23. multitudo hominum utriusque sexus cruci signata "est per singulas Frisiæ maritimas, & trunci in Ecclesia erecti".

Edmundus, Traj. Episcopi Vicarius, Anno 1268. dein Balduinus Hornii Traj. Episcopi Suffraganeus in Frisiam ob causam eandem pari successu delegati.

Egregiè causam Christiani nominis egêre, & apud Damiatam fortitudine magnanima claruere Frisii, ut palam est ex hoc Oliverii Scholastici de iis Patriam reducibus testimonio; Oliverii Scholastici;

Dilectis in *Christo* amicis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Plebanis, Consulibus *Frisiæ*. Servus emptitius crucis *Oliverius* dictus Scholasticus *Coloniensis*, pacem amare, terram pacificare, & ad portum æternæ salutis anhelare. Triumphator in *Israel*, à quo datum omne optimum, & omne donum perfectum, Gentem vestram devotam, & in laboribus peregrinationis perseverantem magnificavit super terram, quadrigam ipsius componens, in qua præmium æternum promeruerunt, & famam temporalem, quam perdere non possunt, si in cepto itinere perseveraverint usque in finem. Apud *Damiatam* siquidem humilitatem magnam ostenderunt, largitatem, obedientiam, & audaciam, *Sarracenis* formidolosi, *Christianis* chari. Unde vos Prælatos Ecclesiarum hortamur, & obsecramus in *Christo*, quatenus, sicut ex statuto *Lateranensis* Concilii teneamini, injuriatores eorum, qui apud *Damiatam* sunt, & fuerint, per censuram Ecclesiasticam, quam Patriarcha publicè protulit, & nos contra malefactores peregrinorum, raptores, & fures, & alios, fraudatores eleëmosynarum promulgavimus, non negligatis. Et vos Consules terræ Prælatis vestris in hac re non contradicatis, sed denunciatos vobis injuriatores cautius evitetis. Nam peregrinos quos *Deus* exaltavit, homines honorare tenentur. Scriptum apud *Damiatam* in Exaltatione sanctæ crucis.

Frisiorum ab Oliverio decantata laus, sequenti Patriarchæ Hierosolymitani ad Frisiæ Abbates firmatur Encomio; quin & Patriarchæ Hierosol. Encomio celebrata.

A divina permissione dictus Patriarcha *Hierosolymitanus*, dilectis in *Christo* fratribus in *Claro-campo*, & in Horto beatæ *Mariæ*, & in *Dockum* Abbatibus, salutem in Domino, & dilectionem. Latores præsentium, *Romanum*, *Decianum*, & Magistrum, Insuper, & ceteros Cruce signatos de *Oosterger*, qui antequam venirent in terram *Hierosolymitanam*, & postquam nobiscum intraverunt *Ægyptum*, multas difficultates passi sunt in laboribus, & expensis. Dimisimus licentiatos, & absolutos secundum Indulgentiam Romanæ Ecclesiæ in generali Concilio constitutam, Genti *Frisonum* perhibentes bonum testimonium, eo quod bonam conversationem duxerint, & in servitio *Jesu Christi* strenuè laboraverint, & devotè. Quocirca discretionem vestram monemus in Domino, & rogamus, ut eosdem *Frisones* peregrinos, ad vos redeuntes, benignè suscipiatis: Et si quis tempore peregrinationis suæ super rebus suis eos molestare præsumpserit, per Ecclesiasticam censuram, & auctoritatem Romanæ Ecclesiæ damna illata resarciri faciatis eisdem. E contra vero illos Cruce signatos, qui inobedientes reversi sunt contra formam peregrinorum, constitutam in Concilio generali, arguatis, & ut veniant ad *Christi* servitium compellatis.

Status sub hæc Frisiorum varius. Status ac regimen Frisiorum varium; sub Regibus; sub Præfectis, & Potestatibus,

„Post regium imperium Frisii, inquit Emmius *rer. Fris. Hist. lib.* 11. Præfectos habue-„runt suæ gentis liberis populi suffragiis electos, potestate, muneribus, & titulis diversis, „qui & jus dixerunt, & pacis bellique negotia curarunt. Ex his honoratissimus qui erat „& in omnes reip. partes animum intendebat, accepta ab Italicis civitatibus consuetudi-„ne *Potestas*, ut jamdiximus, proprio vocabulo dicebatur; eratque is Magistratus ex po-„puli arbitrio annuus interdùm, interdùm annorum plurium, nonnunquam etiam perpe-„tuus. Præter illos Comitem quoque ab Imperatore singulis quadrienniis in Frisiam mitti „solitum esse, eo nimirum seculo, cum id quod de *Potestate* dixi, in desuetudinem isset, „in Codice antiqui juris legitur, coram quo, si quæ majores in populo controversiæ ha-„rebant, disceptabantur".

„Quin & Frisia ipsa, quæ jam propriè Frisia, dono Imperatorum, inquit Ant. Mat-„thæus in notis ad Anonymum de *reb. Ultraj. pag.* 85. dono Imperatorum Diœcesi Traj. „concessa; Leovardia, Harlinga, Sneca, Stauria, & multa alia, ut passim Author iste „(Anonymus) significat, in Episcopi erant potestate. Stauriam olim Comitatum, Oo-„stergoam & Westergoam, insignes terrarum tractus, Egberto Saxoni ob rebellionem „ademptas, semel iterumque Henricus IV. dedit dono. Dedit Henricus V. Conradus „tertius item rursum. *Cum omni jure & utilitate, cum omnibus suis appenditiis*, ut sunt „verba apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 139. 157. & 166". sub Episcopis Ultrajectinis,

Aliud Diploma Henrici IV. quod apud Hedam non extat, quo Cæsar seriem rei gestæ & causas plenius refert, cur terras Saxoni ademptas, in Episcopum & Ecclesiam Traj. referat, ex Archivis majoris Ecclesiæ hic addimus;

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Henricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Regum vel Imperatorum persona sicut inter homines est altissima ita ad deponendum vel judicandum hominibus est periculosissima. Quod considerantes sancti patres regum vel impe-

imperatorum persecutores sicut Dei ordinationi resistentes inremediabili pœnæ decreverunt subjacere altitudine reatus comparantes altitudinem vindictæ vix & non nisi multum pœnitentibus relinquentes spem veniæ io futuro, quam negant in præsenti seculo. Quorum sententiam *Egbertus* quondam Marchio non timuit, dum in nostram & depositionem & mortem consilium & auxilium Saxonibus & aliis nos persequentibus dedit, non recordatus, quòd noster miles Marchio & consanguineus & quod majus est ooster juratus fuit, Nos autem consanguinitatis memores simulque pueritiæ ejus parentes, nullam vindictæ vicem ei rependimus, sed pœnitentem statim recepimus, & omnia quæ lege perdiderat ex gratia sibi reliquimus, & ne denuo io nos peccaret credidimus. Ille vero hac de spe nos ejecit, quia mox in Saxoniam de Roma revertentes intravimus, eundem Marchionem, quem prædiximus, tanto crudeliorem quanto occultiorem ioimicom invenimus. Qui enim nobis venieotibus com exercitu verbis pacificis amicum mentitus fuit recedente a nobis exercitu sicut in terra pacificata manentibus statim inimicus indicio inde apparuit, dum nos nihil mali timentes imparatos occidere voluit. Quod ubi compertum habuimus, quod faciendum erat fecimus, videlicet nos cum nostris Saxoniam relinquentes ad alia regna nostra transivimos, velociterque collecto exercitu copioso Saxoniam intraturi prius Duringiam intravimus, ubi congregati Principes Saxoniæ & Duringiæ & aliorum regoorum in loco, qui dicitur Wehemar, *Egberti* prædicti quondam Marchionis omnia bona nostræ potestati adjudicaveront dicentes regni vastatorem & in regno regnantis domini sui persecutorem regni bonis recte privari debere ipsumque a regni finibus persequendom fore. Quorum justo judicio confirmationem astipulantes bona ejus in nostram potestatem accepimus, de quibus *Comitatum quendam in Frisia, qui vocatur Westergouwe & Oostergouwe sancto Martino* ad ecclesiam Christi ejusque nomini in *Trajecto* dicatam sub confirmatione chirographi nostri firmando tradidimus tradendo confirmavimus pro amore Domini Ihesu ejusque dilecti Confessoris Martini, & pro petitione ac servitio dilectissimi ac fidelissimi nostri *Coaradi* ejusdem Ecclesiæ Episcopi. Dolens ergo *Egbertus* idem quondam Marchio se privatum Comitatu tanto pœnitentia ductus per Principes nostros nobis mandavit multumque supplicavit, ut eundem Comitatum sibi redderemus tali tenore, ut nunquam eum nobis iofidelem sentiremus & per eum regni Principes dispersos in unitatem cogeremus. Quod ita verum sperantes Comitatum quem prædiximus sancto Martino dedisse, invito Episcopo *Conrado*, reddidimus *Egberto*. Cui in Saxonia & in Thuringia commisimus omnia nobis servanda, ut intrantibus vel exeuntibus nobis cuncta forent prospera. At ille statim ut de Saxonia eximus ad antiquam perfidiam revertitur, omnia nobis impedimenta machinatur. Iterum ergo in Saxoniam reversi sumus, ubi collecti Principes *Egbertum* fugientem nec pro justitia nec pro misericordia satisfacere volentem præscripto judicio damnaverunt. Nam *Sigefridus* Ottonis quondam Ducis filius *Egbertum* ut publicum regni hostem, & Domini sui Imperatoris inimicum persequendum judicavit. Henricus autem Marchio suique æquales Marchia aliisque bonis suis privari debere *Egbertum* eundem judicaverunt, sibique ablata nostræ potestati assignaverunt præsentibus ibi videlicet Quintilineborc regni Principibus assensumque præbentibus *Hardwigo* Magdeburgensi, *Liemaro* Hammaburgensi Archiepiscopis, *Erphone* Monasteriensi, *Guntero* Numburgensi, *Volmaro* Mindensi, *Hemezone* Halverstadensi, *Utone* Hildeshcimensi, *Wernhero* Merseburgensi, *Roberto* Badenburgensi Episcopis; Laicis *Diemone*, *Diderico*, *Ottone*, ceterisque fidelibus nostris diversarum dignitatum nomina sortientibus. Sed nos adhuc exspectantes castella ejusdem *Egberti* obsedimus magis respectu ad nos eum recolligendi, quam de nobis repellendi. Ille vero apposuit iniquitatem super iniquitatem ausos contra nos levare gladium, & erecto vexillo nos impugnando, quod Deus permisit, in nos & in nostros commisit, qui etiam Episcopum & alios clericos trucidavit, quod jam non tantummodo bonis suis sed etiam vita privari meruit. Unde auferentes ei omnia bona sua sine spe recuperandi *Comitatum, quem Egberto juste ablatum sancto Martino Trajectensi dedimus*, sancto Martino postea injuste ablatum *Egberto* reddidimus, nunc & in æternum *Egberto* justissime ablatum sanctoque Martino Trajectensi redditum *Conrado* Trajectensi Episcopo suisque successoribus Episcopis perpetualiter tradidimus, ea ratione ut oullus successorum nostrorum regum vel imperatorum, nec nostra ipsissima persona etiamsi velimus oullo modo Trajectensi Ecclesiæ unquam auferre possimus. Cujus rei testem hanc cartam scribi jussimus, quam ut infra videtur manu propria corroboratam nostrique sigilli impressione insigoitam omnium seculorum notitiæ relinquimus. Signum Domini *Henrici* tertii Romanorum imperatoris Augusti. *Hermannus* Cancellarius vice Archicancellarii recognovi. Data est autem Kal. Febr. Ann. Dominicæ incarnationis M. LXXXIX. Indictione XII. Anno ordinationis Domini Henrici XXXV. Imperii ejusdem VI. Actum Ratisponæ in Dei nomine feliciter, Amen.

sub Saxonibus,

• De Verona, vide Bat. Sac. pars. 2. p. 432.

& sub Burgundis,

,,Nec multò post fatalem nobilissimi (Stauriæ) emporii cladem ac ruinam, inquit in
,,dedicatione ad Frisiam Hamconius, ipsa quoque Frisia ob factiones, dissidiaque inte-
,,stina, & bella ab exteris sibi Principibus undique illata, terris opibusque mirum, & vi-
,,ribus pedetentim extenuari cœpit. Primò quidem ad Occidentem, *Hollandiæ* Comites
,,omnem *Frisiæ* plagam, quam vulgus nuoc *Hollandiam* Borealem vocat, • *Verona* Metro-
,,poli Anno 1303. proditione câpta & eversa, in potestatem suam redegerunt. Ad meri-
,,diem verò *Ultrajectini* deinde Episcopi, præter *Trentiam*, *Vollenhoviamque* & loca quæ-
,,dam alia prius occupata; Cuneranum Comitatum, in ipsis Sylvestrium Frisiorum fini-
,,bus Anno 1407. sui quoque fecerunt juris. Ultimò autem ad Orientem *Frisia* intra A-
,,masum Visurgimque sita, quum, terris ultra citraque Albim penè omnibus amissis, per
,,internos externosque hostes, diu multumque agitata & dilacerata esset, à *Frederico* ter-
,,tio Imperatore, *Ulrico Sircsenæ* Dynastæ, Gretano illustri ac strenuo viro, sub titulo Co-
,,mitatus Imperii, Anno 1464. in feudum data est: & a reliqua etiam *Frisia* quodammo-

dò

„dò avulsa & separata. Adeò ut ex septem Frisiæ partibus seu Provinciis (quas Selandias vocabant) vix quatuor Amaso Flevoque inclusæ, sub veteri Aristocratico & libero Reipublicæ statu illæsæ integræque permanserint. Quæ & ipsæ postmudum animis armisque diffidentes; quandò nullis Cesarum litteris aut legationibus eò induci poterant, ut depositis simultatibus, virum aliquem pacandæ gubernandæque Reip. idoneum, ex suis, juxta Bullam *Caroli Magni*, in *Potestatem* eligerent, *Maximilianus* primus Gubernatorem eis perpetuum *Albertum* Saxon. Ducem A. 1498. sub titulo (ut Bulla habet) *Potestatis*, Imperii nomine, constituit: qui tamen plenam Dominii dignitatisque suæ possessionem, *Gronenganis* præcipuè renitentibus, in partibus istis consequi non potuit. Sed neque filius & successor ejus *Georgius*: multis passim nobilibus & civitatibus ad *Carolum Geldriæ* Ducem, libertatis vindicandæ spe, deficientibus. Quapropter ille, viribus fortunæque diffidens, jus suum omne in Carolum V. Cæsarem Burgundiæ Belgiique Principem, *Sereniss. Cels. Vestræ* avum, consensu Ordinum, certis sub conditionibus transtulit. Qui mox inauguratus, jure & potentia sua utens, *Geldriæ* Ducem paulatim per Præfectos suos ubique expulit, & totam illam inter *Amasum Flevumque* ditionem, reliquis Belgii sui Provinciis, magno incolarum gaudio & emolumento, adjecit“.

Ordini Sacro in omni Frisia peramplum jus, atque ingens auctoritas iis temporibus fuit, ex Emmio *de Fris. Rep. pag* 19. & *rer. Fris. Hist. l.* 11. *pag.* 35. „Si qua contentio major existeret, Antistes proximus, & nonnulli ex ordine sacerdotali qui eruditione præstabant, aut ab ipso inde qui sententiam tulerat, aut a successore ejus adhibebantur“. (Ordini Sacro jus semper,)

„Nec enim solùm Antistites Cœnobiorum primum plerúmque locum in Comitiis tenebant: sed & sacerdotes tum oppidani, tum agrarii maximis sæpè negotiis Reip. tractandis adhibebantur, consulebant in medium cum Ordinibus aliis, suffragii quoque in designandis Magistratibus cum vicinis suis participes erant; aliquandò etiam primas partes hac in re tenebant, & reliquis præibant. Nam & integritate præstare, & aliis sapientiores esse putabantur. Itaque & horum eligendorum ratio ab ea, quæ alibi ut plurimùm valet, non parùm differebat. Nam ubi peculiare *Jus Patronatus*, quod vocant, certis familiis ex pacto competens non obstabat (quod rariore in usu tanquam libertati officiens in gente libera erat) paribus suffragiis a Parœcis, quos ima fortuna non submovebat, eligebantur, & ab iisdem accedente Episcopi assensu in possessionem immittebantur. Atque ita fiebat sæpè, ut non qui gratiâ qualicumque apud Episcopos aut paucos magnates valebant, homines inertes & indigni, quibus nec ingenium, nec doctrina inesset, sed qui moribus & eruditione præstarent, & parœciæ utiles esse poterant, sacerdotia adipiscerentur. Quod idem in Cœnobiorum Antistitibus quoque locum habebat; idque haud sine magno Reip. commodo”. Et hic status rerum regionis hujus stante populi libertate fuit. (& auctoritas per Frisiam ampla;)

Sub Principibus verò, sub Saxonum, inquam, & Burgundorum regimine libertati non parùm detractum, etiam circa sacra; libertati ordinum in designandis sacerdotibus aliquid etiam a Saxonibus decerptum. „Ceteris enim prisco mori, inquit Emmius *ibid. pag.* 20. & juri relictis, Principi datum ut sena sacerdotia, quæ primùm vacarent post Calendas Januarias, quibus vellet conferret, bina in Oostergoa, bina in Westergoa, & totidem in Sylvestribus. Cautum tamen denuò, *ne quis extra patriæ suæ fines judicii causâ evocaretur.* (sub Saxone, & sub Burgundo restricta;)

Saxonis imperium, ut diximus, Carolos excepit, qui Burgundicis, Belgicisque ditionibus & Hispaniarum regnis axioma Cæsareum post aliquot annos adjecit.

Ipse tamen, & filius ejus Philippus præcipuè incubuerunt, ut avita religio sarta ac tecta maneret per Belgium, uti sequens sermo latius docebit. (asserta tamen libertate de non evocando, & avitâ fide,)

INTRODUCTIO
AD
DIOECESIN LEOVARDIENSEM.

CAROLI CÆSARIS, PHILIPPI REGIS, Rom. Pontificum, & Ultraj. Præsulum pro Religione avita studium.

§. I. *Per Edicta.*

Caroli Imp. & Philippi Regis studium pro avita religione; primò per edicta.

Cum novarum religionum semina per Frisiam spargerentur, Philippus Hispaniarum Rex, Caroli Imp. hæres, earum progressum sistere, quin easdem funditus eradicare viribus omnibus contendit. Hinc Caroli Patris rescripta, & præsertim edictum, quod Anno 1550. ex Decreto Concilii Tridentini conceperat, solemni edicto XII. Sept. confirmavit. Edictum Caroli hujusmodi erat;

Edictum, ab Imp. Carolo latum.

Quanquam id operam semper dedi ut meus intra fines antiqua & vera religio servaretur, etsi totus in hoc semper fui, ut qui multis nunc annis disseminati sunt per orbem Christianum errores, hæreses atque sectæ funditus tollerentur, licet hoc numine vana subinde proposui Edicta, gravissimasque pœnas, tamen magno cum animi dolore accepi, non meæ solum Ditionis homines, verum exteros etiam qui nostris in Provinciis habitant atque negotiantur, bujus mali contagionem longè latéque in promiscuam multitudinem diffundere, sic ut planè sit opus acrem aliquam adhibere medicinam, & in fontes diligenter inquirere, ut ea pestis exstirpetur radicitus, quemadmodum in postremis Provinciarum Conventibus Præfectos & Ordines admonui, ut pro se quisque diligenter in hanc curam incumberent & in veteri atque Catholica Religione permanerent, præsertim cum sit omnium oculis expositum, quas turbas atque seditiones in vicinis pupulis excitaret ea labes, ut interim de salutis & animarom dispendio nihil dicam. Itaque de consilio charissimæ sororis germanæ, & reliquorum procerum, novam hanc legem fero, & simul edico. Primum, ne quis omnium quicunque ille sit domi babeat, emat, aut distribuat, Lutheri, Oecolampadii, Zuinglii, Buceri, Calvini, & quo'cunque randem libros editos annis abbine triginta incertis auctoribus, ut amplius in Theologorum Lovaniensium Catalogo continetur. Item ne quis ullam habeat picturam atque imaginem fictam in ludibrium Divæ Virginis, atque Sanctorum, neve dejiciat, aut infringat ullam imaginem in honorem alicujus Divi depictam; Ne quis domum suam occultis conventibus aperiat, in quibus & disseminari solent errores & homines rebaptizari, & conspirationes in Ecclesiam atque Rempublicam fieri. Ne quis de S. Scripturâ maxumè de rebus dubiis, atque difficilibus privatim aut publicè disputet, aut ejus interpretationem sibi sumat, nisi sit Theologus, qui probatæ alicujus Academiæ testimonium habeat, qui secus fecerint punientur ut seditiosi, & publicæ tranquillitatis perturbatores, ac viri quidem gladio ferientur, fæminæ autem in terram defodientur, si quidem ab errore desistent; si verò pertinaces erunt, exurentur, publicatis illorom bonis utrumcunque luant supplicium. Ad hæc testamenti faciendi potestatem nullam habebunt, & quicquid ejus rei fecerint, à quo primum tempore hanc legem nostram violare cœperunt, irritum esse jubeo. Præterea ne quis hospitium præbeat, aut ullâ re subveniat iis, quos de hæresi novit suspectos, mando, verum denunciet statim Inquisitori, vel loci Præfecto, subiturus pœnam nisi faciat. Qui non malitiâ nec obstinatione, sed per infirmitatem lapsi fuerint in hæresin, & errorem, neque tamen in hanc nostram legem commiserint, nec seditiosè quid fecerint, & sponte redierint ad sanitatem, & abjuratione factâ recepti fuerint in gratiam, nullum posthac sermonem inter se conferant de rebus ad fidem ac religionem pertinentibus, alioqui plectentur ut in crimen relapsi. Qui non convictus quidem sed admodum suspectus de hæresi damnatus fuerit, ut vel publicè satisfaciat, & idem post accusetur hæreseos, mulctabitur ut in crimen relapsus. Iis, qui sunt hæreseos, & id genus criminum maculâ polluti, licet in gratiam recepti fuerint, nullus honos, nullum munus publicum, nulla dignitas communicabitur. Nisi testimonium quis adferat ab Ecclesiæ ministro ejus loci, ubi vixit postremo, non permittatur ei domicilium, vel habitatio, nam ejusmodi pro suspectis haberi debent. Præfecti locorum, & reliqui nostri Beneficiarii, diligenter inquirant in eos, qui legem hanc violabunt, sed & Inquisitoribus, Judicibusque Ecclesiasticis opem ferant, ut in quibus culpa residebit, comprehensi pœnam luant, juxta formulam quam Inquisitoribus præscripsi, nisi faciant, arbitrio nostro luent. Procurator etiam publicus cogno-

cognoscat, an suum illi munus faciant, & si negligentiam in iis deprehendet, in judicium venire jubeat, & si deliquisse apparebit, Magistratus illis abrogetur, aut alia, quæ videbitur, pœna constituatur. Episcopi præterea, & Archi-Diaconi, & Abbates, & id genus alii proceres investigent omni studio, si quis ordinis Ecclesiastici sit infectus eo morbo, & severè vindicent. Qui contaminatum aliquem hac peste norunt, vel quibus locis commorentur, & delitescant hæretici compertum habent, ilico deferant, nisi faciant, eandem, quam illi, pœnam luent. Delator, si modo non vana accusatio fuerit, dimidiam partem bonorum illius consequetur, si quidem bona sexcentos aureos non excedent, nam quicquid erit supra hanc summam, ejus decima pars illi decidetur. Qui conventus occultos Inquisitori deteget, etiamsi cum illis consilia contulit, non plectetur, modo & de religione bene sentiat, & in posterum abstineat, sed qui remotus ab eorum societate deferet, præmium consequetur, ut supra dictum est. Pœnæ, quas constituimus, irrogentur tales omninò, neque sit in ullius potestate illas vel mutare, vel mitigare, quod sæpe factum esse intelligo. Nam qui Judices in eo delinquent, non ferent impunè. Qui de hæresi accusati, & in jus vocati profugerunt, ac postcà proscripti sunt, ubi de sociis criminum jam mortuis acceperunt, supplicare solent, ut ad purgationem admittantur, quandoquidem probari crimen amplius non posse putant, eoque fit, ut reversi falsam doctrinam & errores iterum diffundant, id verò ne fiat, publicè interest. Itaque mando, ne locus ullus detur ipsorum postulatis, verum, ut omnes, qui citati non comparuerunt, sed fugâ salutem quæsiverunt, habeantur pro convictis atque damnatis. Qui pro suspectis & fugitivis, & proscriptis, & Anabaptistis intercedunt, habeantur pro fautoribus hæreticorum. Judices autem & Præfecti neminem ex illis in gratiam recipiant, nisi vel meo, vel sororis germanæ permissu. Qui secus agent, iis abrogabitur Præfectura. Librarii nihil excudant, nihil divendant, aut distrahant rei sacræ, nisi de voluntate & consilio eorum, quibus hæc erit demandata cura, si quid etiam ipsorum operæ in eo deliquerint, ipsi præstabunt. Et quia Catalogus extat librorum, quos Academia Lovaniensis rejecit, Librarii in suis tabernis eum habeant suspensum, & ob oculos positum, ne post ignorantiam obducant vel ipsi, vel emptores, dein alterum habeant librorum suorum Catalogum. Qui non parebit, 100. aureis mulctetur. Pueros etiam erudiendos nemo suscipiat, nisi permissu Magistratus, & præcipui Ecclesiæ ministri. Nihil autem doceat aut proponat juventuti, nisi juxta formulam a Theologis Lovaniensibus conscriptam. *Hæc ex* SLEIDANO WINSEMIUS.

Anno 1555. Rex idem, fortè ut Principatum suum, cujus solemnia proximo mense celebraverat, Romanorum Pontificum, & Italorum Hispanorumque Principum Imperiis assimularet, circa medium Decembris Inquisitionis edictum evulgavit, quo Ordinum populique Frisiæ spes non parum obturbavit; præsertim cum primi Inquisitores per Carolum Cæsarem in Frisiam missi, quinque jam annorum insolentem dominatum, ait Winsemius, exercuissent; *Hermannus* quoque *Letmatius*, & *Franciscus Sonnius*, Inquisitores Frisicæ genti dati, rescripto Margaretæ Gubernatricis, quod VI. Kal. Sept. anni præcedentis transmiserat, novâ potestate aucti, observandis Provincialium actionibus consiliisque præfecti essent. Quare Philippus, ne sub Principatus sui exordio gentis animos a se alienaret, de attemperanda Inquisitorum potestate consilia agitavit, demulcendisque offensis mentibus edictum tale in Frisiam misit Anno 1556. P. *Winf. Hist. Frif. p. 10.*

Quamvis ad præcavendas hæreses, & errores adversus Christianam fidem in his Belgicæ Provinciis exortos plurima Edicta facta, ac vulgata fuere, pœnæque isti rei decretæ deterrere animos hominum debuissent, quo minus in iisdem erroribus perseverarent, ita deprehendo magnum pravis opinionibus incrementum per Frisiam accedere, cùm quod è vicinis locis illa contagio luesque proserpat, tum quod simplicissimi, innocentissimique ope seductorum corrumpantur inquinenturque. Et quia plurimæ difficultates super puniendis per Frisiam pro rigore Edictorum hæreticis ex hac causa emanant, quod Georgius Scencus Teutoburgius, nuper Provinciæ istius Præfectus, in consessu regii Senatus fidem fecisset, Carolum Cæsarem patrem meum super hoc consultum singulari clementiâ indulsisse, veniamque eidem Senatui fecisse, quâ Edictorum asperitati temperamentum reperiret, judicaretque pro qualitate rerum personarumque conscientiæ magis normâ, quam pro scripti juris rigore. Ea propter perspectis visitatisque actis, quæ mitigandis corrigendisque Edictis perscripta erant, de consilio Senatus statui atque ordinavi: Ut ii, qui simplicitate suâ aut persuasione aliorum, ab Ecclesiâ desciverunt, contemnentes sacramenta, interrogatique de articulis fidei suæ, non respondent prout veros Christianos decebat, ceterum ut hæretici & contra doctrinam Ecclesiæ sentientes, nisi intra tertium decimum quartum diem toties moniti resipuerint, & ad communionem Ecclesiæ redierint, factâ errorum suorum confessione sine morâ punientur pro rigore Edictorum. Illi vero qui præmissis admonitionibus, intra illud tempus resipuerunt, redieruntque ad Ecclesiam damnantes errores suos, arbitrariâ à Senatu (qui hoc modo ex Edictis judicare non tenebitur) pœnâ corrigentur, ceterum hac lege & conditione nisi relapsi in hæreses, neque illarum Doctores fuerint, quibus id beneficii nequaquam dabitur. Quod ad eos verò attinet, qui errore seducti non baptizari liberos suos fecerunt, aut baptizari vetuerunt, vetabuntque; illi, & si hac de re convicti fuerint, & si prima, secunda, aut tertiâ admonitione emendaverint se, ac pœnitentiam egerint, oblata abjuratione errorum suorum, arbitraria pœna corrigentur, sin vero persistant etiam admoniti, à Senatu meo è formula Edictorum igne punientur, non requisita Inquisitorum sententia. Quapropter Senatui meo per Frisiam mando, ut sine ulla tergiversatione ea exsequatur, quæ constitui, ac quæ publicè expedire judicavi. Alterum Philippi Regis edictum, prioris temperatio.

Datum Bruxellis 11. Non. Martii, Anno Domini millesimo quingentesimo, quinquagesimo sexto.

Signatum PHILIPPUS.

Et ad mandatum Regis D. OVERLOPE.

Georgius Egmond. Guil. Enkevortani successor, a Carolo Imp. electus, & a Paulo III. Rom. Pont. confirmatus Traj. Episcopus, juxta Pauli III. Rom. Pont. bina Diplomata:

Tum & dein in subsidium vocare statuit Ultrajectinum Episcopum, cujus per id tempus Sedi Frisia suberat.

Cathedræ huic eo tempore præerat Georgius Egmondanus.

Georgius hic, Joannis Egmondani Comitis filius, *ad nominationem Caroli, Rom. Imp. semper Augusti . . . ut Comitis Holl. & concordem electionem Præpos. Archid. & Capitulorum Eccl. Traj electus* fuerat (sic sonant verba Diplomatis Pauli III. desumpti ex Archivis Maj. Ecclesiæ) Guilielmi Enkevortii eodem anno successoris;

Paulus servus servorum Dei dilecto filio Georgio ex Comitibus de Egmonda Electo Trajectensi salutem & Apostolicam benedictionem. Divinâ disponente clementiâ, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipimus universam ad Apostolicæ dignitatis apicem sublimati, ad universas orbis Ecclesias aciem nostræ considerationis extendimus, & pro illarum statu salubriter dirigendo Apostolici favoris auxilium exhibemus: sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere Pastoribus intuemur, ut eis juxta cor nostrum per Apostolicæ provisionis officium Pastores præficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam, & provideotiam circumspectam salubriter dirigant, & informent, ac bona Ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis augeant incrementis. Sane Ecclesia Trajectensis, cui bonæ memoriæ Wilhelmus, titulo Sanctorum Johannis & Pauli Presbyter Cardinalis ex concessione & dispensatione Apostolicâ, dum viveret, præsidebat, & quam alias eodem Wilhelmo Cardinale decedente, seu illi alias quomodolibet præesse desinente, etiam apud Sedem Apostolicam felicis Recordationis Clemens Papa septimus Prædecessor noster sub quibusvis resignationibus, Decretis, inhibitionibus, & aliis dispositionibus Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existerent, quæ ab ipso Prædecessore vel Sede præfata emanaverant etiam ratione personæ præfati Wilhelmi Cardinalis, quominus carissimus in Christo filius noster Romanorum Imperator semper Augustus, qui etiam Dux Brabantiæ & Comes Hollandiæ existit, & ad quem, ac pro tempore existentem Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ nominatio personæ idoneæ per dilectos filios Capitulum ipsius Ecclesiæ in Episcopum Trajectensem eligendæ, ex speciali Privilegio Apostolico sibi per dictum Prædecessorem concesso pertinere noscebatur, ad nominationem personæ idoneæ, juxta Privilegium & Capitulum præfata, ad electionem nominatæ personæ hujusmodi, alias juxta concordata nationis Germanicæ liberè & absque cujusvis contradictionis obstaculo procedere valerent, minimè comprehensam esse, nec comprehendi debere: sed Carolum Imperatorem, ut Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ, in nominandi, & Capitulum præfatum in eligendi plenaria potestate permanere in omnibus & per omnia, ac si resignationes & decreta hujusmodi non emanassent, neque emanarent, ac Ecclesiam ipsam Trajectensem non apud dictam Sedem, sed extra Romanam Curiam Pastoris regimine destitui contingeret, ipseque Wilhelmus Cardinalis Cardinalatus honore nullatenus præditus esset, Apostolicâ authoritate motu proprio decrevit & declaravit per obitum ejusdem Wilhelmi Cardinalis, qui apud Sedem præfatam debitum naturæ persolvit, Pastoris solatio destituta Capitulum præfatum, ac dilecti filii Præpositi, Archidiaconi, Decani, & Capitula aliarum quatuor Ecclesiarum Civitatis Trajectensis, qui de antiquâ & approbatâ, hactenusque pacificè observatâ consuetudine electioni Episcopi Trajectensis pro tempore celebratæ interesse debent, pro futuri Episcopi Trajectensis electione celebrandâ, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt, debuerunt electioni hujusmodi commodè interesse, die ad eligendum præfixâ, ut moris est, convenientes in unum, Te Decanum & Canonicum Ecclesiæ Leodiensis in Diaconatus Ordine & ætate legitimâ constitutum; ac de illustri Comitum genere procreatum, ad nominationem præfati Caroli Imperatoris, ut Ducis Brabantiæ & Comitis Hollandiæ eis de te juxta Privilegium prædictum factam concorditer elegerunt; Tuque electioni hujusmodi illius tibi præsentato Decreto consensisti, & deinde, ac Præpositi, Archidiaconi, Decani & Capitula majoris & aliarum Ecclesiarum hujusmodi electioni hujusmodi negotium proponi fecistis in Consistorium coram nobis petentes illam dicta Apostolica auctoritate confirmari in his omnibus statutis a jure temporibus observatis. Nos igitur qui electionem hujusmodi invenimus de persona tua, cui apud nos de nobilitate generis, vitæ munditiâ, honestate morum, spiritualium providentia, & temporum circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, fuisse & esse canonicè celebratam electionem ipsam de fratrum nostrorum consilio dicta Apostolicâ auctoritate approbamus, & confirmamus, Teque eidem Ecclesiæ Trajectensi præficimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ Trajectensis Tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, in illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes quod dirigente Domino actus tuos præfata Ecclesia Trajectensis per tuæ circumspectionis industriam & studium fructuosum regetur utiliter, & prosperè dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa; jugum Domini tuis impositum humeris promptâ devotione suscipiens, curam & administrationem prædictas sic exercere studeas sollicite, fideliter & prudenter, quod Ecclesia ipsa Trajectensis gubernatori provido & fructuoso administrari gaudeat se commissam, Tuque, præter æternæ retributionis præmium, nostram & dictæ Sedis benedictionem & gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, trigesimo quarto *, quarto Kal. Martii. Pontificatus nostri anno primo.

Sic subscriptum:

A. DE CASTILLO.

* fortè *quinto*; ambigua enim est lectio.

Geor-

Georgius hic, ut *Bataviæ Sacræ part.* 1. *p.* 246. notatum vidimus, XXIV. Dec. A°. 1534. acceptavit Episcopatum Trajectensem. Sic redarguitur error Suffridi Petri, in *continuat. ad Hedam fol.* 1. quo Enkevortii obitum ad Annum 1536. extendit.

Errorem hunc prorsus fubruit Pauli III. ad electum Egmond. Anni 1535. Diploma, nec non & alterum anni ejusdem ad summum Capitulum Ecclesiæ Traj., quo declarat, quod *Canonicam Præpositorum, Archidiaconorum & aliorum* IV. *Capitulorum electionem Georgii Egmondani ad Ecclesiam Trajectensem Apostolica auctoritate approbat & confirmat.* Sic enim habet dicti Pontificis, ex eisdem Archivis majoris Eccl. Traj. ad Ecclesiam istam Diploma:

Paulus Episcopus, fervus fervorum Dei dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ Trajectensis falutem & Apostolicam benedictionem. Hodiè electionem de persona dilecti filii Georgii Electi Trajectensis ad Ecclesiam vestram Trajectensem tunc certo modo Pastore carentem, per vos & dilectos filios Præpositos, Archidiaconos, Decanos & Capitula aliarum quatuor Ecclesiarum Civitatis Trajectensis canonicè celebratam de fratrum nostrorum consilio Apostolicâ auctoritate approbavimus & confirmavimus, ipsumque Georgium Electum eidem Ecclesiæ Trajectensi in Episcopum & Pastorem præfecimus curam & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendæ, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Georgium Electum tanquam Patrem & Pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, ac exhibentes eidem obedientiam & reverentiam debitas & devotas ejus salubria monita & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis; alioquin sententiam, quam idem Georgius Electos rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, trigesimo quarto *, quarto Kal. Martii. Pontificatus nostri anno primo. primum ad ipsum electum,

Sic subscriptum: A. DE CASTILLO.

* fortè *quinto*.

Certè Georgius Egmondanus ad Cathedram hanc sublimatus, animum suum totus intendit, ut zizania, hinc inde per inimicum hominem sparsa, ex agro dominico tolleret. alterum ad Capitulum maj. Eccl. Traj.

Zeli hujus præclarum specimen dedit, cum librum *Hermanni Coloniensis* Archiepiscopi ac Electoris nomine, Bonnæ editum, zizaniis talibus oppletum, atque inter gregem suum sub *piæ super reformatione deliberationis larva* dispersum, impugnandum suscepit, datâ ad dictum Archiepiscopum sui ac Cleri Ultrajectini nomine sequenti Epistolâ: Zizania ex agro dominico tollere satagit, datâ præstanti ad Hermannum, Colon. Arch. sui & Cleri Ultraj. nomine, Epistolâ.

GEORGIUS EGMONDANUS, EPISCOPUS,

Ut & Clerus Ultrajectinus Hermanno Archiepiscopo Coloniensi, Electori, &c.

De libro cui titulus, *Simplex ac pia deliberatio super reformatione doctrinæ administrationis divinorum sacramentorum &c.*

Reverendissimo in Christo Patri, Illustrissimo Principi ac Domino, Domino Hermanno Archiepiscopo Coloniensi, Principi Electori, Westphaliæ & Angariæ Duci &c. Domino nostro plurimum observando. Reverendissime in Christo pater, Illustrissime Princeps & observandissime Domine. Dici facile non possit, quantum fuerimus affecti ac plane commoti, quum ejusdem Reverendissimæ & illustrissimæ D. V. litteras ipso die Pentecostes nuperrime elapso Busconii datas una cum libro quodam Latino idiomate edito sub titulo *simplicis ac piæ deliberationis super reformatione doctrinæ administrationis divinorum sacramentorum &c. donec Deus dederit constitui meliorem*, in publicum emisso recepissemus, ac per aliquot selectos singularis eruditionis ac pietatis viros diligentius discuti & examinari fecissemus, quorum relatione nobis facta invenimus ipsum librum plenum esse insuetis & novis doctrinis cum traditionibus Apostolicis ac sanctorum Patrum hactenus receptis ex diametro in universum pene pugnantibus. Omittimus vero in præsentia, quod neglecto more majorum & non modo præteritis & inconsultis confratribus suis metropoliticæ Ecclesiæ, Canonicis, viris vita exemplari, doctrina sincera, ac orthodoxa fide præditis, verum etiam Episcopis vestris provincialibus neglectis, sine quorum consilio in tam arduis suæ metropolis negotiis nihil novi præsumere debuerat, idem liber non modo fuerit editus, verum etiam indiscussus, ac plane indigestus in volgum valde præcipitanter emissus, ideo pro officii nostri debito omittere diutius non potuimus, quin P. V. Reverendissimæ ac illustrissimæ D. tandem aliquando sententiam nostram vere & candide testemur, atque planum faciamus, nos rebus bis mature perpensis neque posse neque velle diutius dissimulare, quin impios hos conatus a Martino Bucero, ac nonnullis aliis extraneis, similis sectæ, farinæ, ac notæ hominibus, quos ab Ecclesiæ Catholicæ unione ac fide omnibus constat prorsus esse alienos, potius, quam ab eadem D. V. Reverendissima & illustrissima profectos, plane detestemur, & nisi ad mentem redeat, prout summo voto optamus, & superioribus nostris filiali obedientia ac cum debita reverentia eandem Reverendissimam P. V. ac illustrissimam D. non modo cohortati, sed etiam liberius fuimus obtestati, quæ cum nihil apud eandem D. V. Reverendissimam & illustrissimam hactenus habuerint momenti, prout non modo ex com-

communi fama ad nos perlata, verum etiam assiduis scriptis piissimorum & eruditissimorum virorum certiores effecti sumus, de quo non mediocriter dolemus, atque impensius non affligeremur, si quid auxilii aut remedii ea res huic tanto malo afferre posset. Ideo necessitate ipsa ac zelo fidei & orthodoxæ religionis coacti & compulsi P. V. Reverendissime ac illustrissime Domine, palam atque publice protestamur, nos & Ecclesiam nostram Trajectensem hactenus vestigiis sanctorum Patrum inhærentem, sanctæque sedis Apostolicæ fidei, religioni, ac obedientiæ consentientem, & fidelem filiam Ecclesiæ Romanæ, Capituli vestri metropolitici, clerique ac Universitatis studii Coloniensis interjectæ appellationi plane constituisse adhærere, prout per diplomata in authentica forma desuper confecta, ad quæ nos referimus, latius patet. Quæ P. V. Reverendiss. ac Illustrissima pro sua naturali bonitate æqui bonique consulere dignabitur. Datum Trajecti Ann. * 1445. mensis Augusti die 8. Rev. & illustrissimæ D. V. deditissimi Episcopus, Prælati, & Capitula majoris & aliarum Ecclesiarum Trajectensium Ecclesiam universalem repræsentantium.

* Ponendum est An. 1543. nam Liber *de reform. Religionis* editus fuit Bonnæ An. 1543. Obiit Hermannus Anno 1552. 15. Augusti, gravis ætate, Biverni in Comitatu Wedano sepultus, illustri Comitum de Weda prosapiâ oriundus. Cesserat Archiepiscopatu, parùm doctus, deceptus a Luthero, juxta hos Egidii Galeni, Can. Col. versus;

Nobilis & dives, pacisque Hermannus amator,
Deceptus periit fraude, Luthere, tua.

Antidogma libro Hermanni opposuêre Canonici Metropol. Eccl. Colon. auctore, ut creditur, Groppero, Coloniæ 1544. impressum.

Reliqua Egmondani Episcopi gesta, ac pro fide & disciplina Ecclesiæ sancita, *Bataviæ Sacræ part. 1. pag.* 246. repræsentavimus.

In Frisiam, quæ ejus tum Eccl. jurisdictioni parebat, a Rege Philippo mittitur,

Episcopum hunc, Rex Philippus, ut diversitati religionum, simul & asperitati publicorum judiciorum subveniret, Bruxellas evocavit, deque mittendo in Frisiam legato Sedis Decretum fecit.

Redux Frisia Georgius, Guilielmum Lindanum, Dordracenum, Sacræ paginæ Lovanii Doctorem, titulo Vicarii mox, Anno sc. 1557. in Frisiam delegavit, hoc munitum Diplomate,

hoc munitus Diplomate.

Georgius Egmondanus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Trajectensis, Venerabili & eximio Viro D. Magistro Wilhelmo Lindano, sacræ Theologiæ Professori, salutem in Domino, & in commissis debitam adhibere diligentiam de tuâ circumspectione & industriâ & expertâ providentiâ plenam in Domino fidem habentem. Te per Frisiam nostræ jurisdictioni subjectam, nostrum Decanum Commissarium, seu Officialem, & ad ordinariam nostram jurisdictionem Ecclesiasticam, ibi nostro nomine exercendam constituimus, deputamus & ordinamus, dantes & concedentes tibi per præsentium tenorem liberam & plenam potestatem, & auctoritatem ac mandatum, generale ac speciale, de & super quibuscunque causis meris, & mixtis, matrimonialibus, civilibus, criminalibus cognoscendi, definiendi, sententiandi & exsequendi super quibuscunque criminibus, culpis, delictis, & negligentiis quarumcunque personarum, communitatis vel universitatis ibidem ex officio, vel ad partium instantiam inquirendi, corrigendi & definiendi, in personas, universitates, Ecclesias, parochias & loca prædicta excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias aliasque censuras & pœnas canonicas fulminandi & infligendi, ac per te inflictæ & fulminatæ absolvendi, suspendendi, relevandi, & tollendi. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, nec non matrimonia clandestine contrahentes, & eosdem interessentes corrigendi & ab hujusmodi excommunicationis sententiâ, quam propter hoc inciderant, absolvendi, quæcunque monasteria non exempta verò auctoritate Apostolicâ nobis commissâ, quam præsentibus tibi subdelegamus, visitandi auctoritatem, abusus, negligentias & enormia ibidem inventa corrigendi, omniaque alia & singula faciendi & exercendi, quæ in præmissis & circa ea fuerint necessaria, seu quotquot opportuna, etiamsi mandatum exigant aliud speciale & quæ ad dictorum spectant officium de jure vel consuetudine (causâ correctionum & absolutionum) occisorum, vulneratorum & immutilatorum clericorum, Ecclesiasticarum personarum, ac violatarum immunitates Ecclesiarum & cœmiteriorum, aliorumque locorum sacrorum, exceptis, quas nobis specialiter reservamus, contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas compescendi, sententias quas præmissorum occasione ritè tuleris, ratas habebimus, ac faciemus auctoritate nostrâ inviolabiliter observari præsentibus, usque ad nostram notariam revocationem duraturis. Datum sub sigillo nostro ad causam præsentem appenso, die ultimâ mensis Julii, Anno Domini millesimo, quinquagesimo septimo.

Frisii de libertatis violatione apud Regis Gubernatorem conqueruntur.

Frisiæ quidem Ordines, instigante Clero, de cujus jure ac libertate hic agebatur, irritati, prolixè apud Arembergium, Regium in Frisia Gubernatorem egêre, deque ejusdem Lindani, quem pessimè oderant, cujusque actionem, *superbam & insolentem dominationem* appellabant, hoc modo conquesti sunt:

Etsi libertatis nostræ diuturna possessio, quâ majores nostri aureâ illâ ætate rerum usi sunt, Præfecte, & nuperæ conventiones, quas cum Carolo Philippoque non semel inivimus, movisse Philippum regem debuissent, ne vis ulla legibus nostris, ac religiosis ritibus, inferretur, ita præter spem nostram jam diu dispendium facimus nostræ libertatis, obtruso nobis Gulielmo Lindano commissario Fidei, etsi revera Inquisitori, homine peregrino, & supra quam ambitioso. Quod genus hominum, ut majoribus nostris infrequens fuit, qui à Sergio Pontifice post paganos ritus Frisicis terris ejectos liberè ætatem egere, ita cum hoc ipso Philippi imperio, quod salvâ & incolumi libertate depacti eramus, novam servitutem accepimus. De patriis legibus, quas suo huc usque sanguine-

guine majores nostri tutati sunt, nunc noo loquimor: Ne qois eas violaret Francorum impetus, & Normannicam vim, tum intentatum à Florentiis ac Albertis inclementius imperium sustiouimus, & ne corpora lege mancupii servirent, nosque ultimi nepotum cum traduce spiritu pessimam viveodi conditionem, & novorum juxta dominorum insolentiam acciperemus. Nunc verò animis, atque conscientiis nostris tormenta parantur. Ut, quia ferrum & cauteria urendis secandisque mentibus non sunt, quas ut liberrimas, ita ab omni terrenâ illuvie secretas immortale Numen homini largitum est, cruciatibus corporum conscientiæ deterreantur, serviantque superbis, importunisque dominatoribus, quorum speciosa pietas enormibus sæpè flagitiis obtenditur. Ab eo est, quod ambitioni suæ modum non ponant, Ecclesiasticas dignitates, contra leges patrias, à Carolo Cæsare Anno cIↃ. IↃ. xxII. confirmatas conduplicent, auctoritatem, honores, opes, ut reliqui mortalium, & ferè fædius rapiant, nullo, aot minimo pietatis documento, quæ destinata divino cultui, & salnti homioum ministeria fædare curis sæculi, & ludicris quærendæ fortunæ cupiditatibus non solet. Hoc verò Liodani per Frisiam munus, hæ actiones sunt. Is namque imperia, æs, sacerdotia, aut suæ conditioni adjecit, aut pretio corruptus largientibus concessit, & quidem in fraudem Ecclesiastici per Frisiam Ordinis, qui Philippi inauguratione caverat, *Ut Jus ei integrum intaminatumque esset*, Philippusque iotacto omnis status jure, ac beneficio, prout Carolinis temporibus factum erat, omnem imperii ac potentiæ gloriam coofirmandis religiosæ vetostatis monumentis impenderet? Nunc verò ut patrii sacrorum ritus polluuntur, ita Præsulibus ac Decanis legitimum jus subtrahitur, quorum à tot sæculis fuisset, res sacras ordinare, ac clerum coërcere pudoris, & recti oblitom. Ea propter rogamus, Præfecte, ut te istiusmodi rebus interponas, procuresque in posterum, Ne quid novum & insolens, quod à majorum receptis ritibus decliner, per Frisiam iovalescat.

Cumque Lindanus interminatam potestatem & secretam licentiam componiendis temporum vitiis obtenderet, Ordines agrarii denuò libellum supplicem Præsidi Senatuique Regio exhibuerunt, deque imminuto Ecclesiastico jure hoc modo conquesti sunt: Libellus supplex iu hoc Regio Senatui oblatus.

Convenimus cum Saxone, Carolo Cæsare, & dein Philippo Caroli patris Soccessore, privilegia & jora nostra salva fore. At verò Philippus Rex Gulielmo Lindano diploma concessit, quo rerum Ecclesiasticarum dijudicandarum potestas ei demandatur. Quo ipso cum Ecclesiasticorum, qui tertium Provinciæ membrum constituunt, jus lædatur, duo tamen Philippus Rex istâ dispositione cavisse videtur, ut privilegiis populi Lindani diploma non obstaret, & ne regii per Frisiam Senatus auctoritatem ac jus minueret. Et quoniam Senatui regio incumbit, jus suum per regium Procuratorem tueri ac defendere, ita de nostro retinendo tantum laboramus, quod ab omni temporum memoriâ usque in hunc diem receptum Commissarios arbitrosque juris Ecclesiastici per Ooster-Goos, Wester-Goos, Silvestres, & qoidem ex ipso sacro ordine accepit. Præterea longâ consuetudine Presbyteri & Pastores hoc obtiouere, ut Decanos in jurisdictione suâ nominent, eligantque, quibus coram omoia quæstio, quæ jodicio Senatus regii non subesset, in promptu decidebatur. Ad hoc compertum est Abbates, Lidlumensium, ut & alios suorum subditorum Archidiaconos esse, ipsosque per Frisiam Pastores jus instituendi Vicarios habuisse. Quæ omnia etsi retioeri debuissent, utpotè à Saxone, Carolo Cæsare, & ipso Rege Philippo Frisicæ genti confirmata, ita Lindanus hotum omnium & juris apud majores nostros quæsiti transgressor violatorque est. Præterquam enim quod Commissarios Ecclesiasticos neque ex Ooster-Goïs nec ex Wester-Goïs, oec ex Sylvestribus creatos admittat, ita Presbyteris Decani electionem negat, inque Pastores Presbyterosque alicojus facti criminisve insimolatos judicium exercet. Quod in Henrico Drolshagio perpetuo Vicario Oldenhovio observatum est, quem à divinarum rerum administratione suo arbitratu semovit. Præterea Pastorum jus, quo Vicarios instituuot, ad se trahit, facitque omnia, quæ immodicæ, & noo legibus compressæ potestati conveniunt. Quod cum nobis intolerabile, ipsi indecens sit, petimus, Præses Senatusque, ut superbi hominis libidinem, insolentiamque castigetis, illiusque Lindani immodestos mores rescripti severitate coërceatis.

Edictis Regiis, ut populus non tam ad religionem cogeretur, quam docendo illustraretur, additæ salubres instructiones ac statuta.

§. II. *Per Instructiones & Statuta.*

Inter consilia, leges & statuta his temporibus Frisiis data, ea eminent, quæ ex Archivis Traj. Eccl. nacti sumus, *Sub beneplacito Cæsareæ Majestatis, pro religionis observatione per Frisiam* litteris mandata, &, ut ambigere non licet, Frisiis præscripta. Edictis addita consilia & statuta, ac inprimis proxima quædam statuta.

De Sacramentorum administratione.

HOc ipso & decimo quoque anno, in oppidis quidem summos Magistratus, in pagis Grietmanni ante Christi natalem annotent per singulas domos, nomina inhabitantium, absentium, præsentiumve: marinm quidem excedentium annum decimum quartum, puellarum vero excedentium annum duodecimum, sic quidem ut cuique Parœciæ classem suam constituaot, & ante Quadragesimam universum quidem catalogum tradant Senatui Frisiæ, Pastoribus vero catalogum suæ cujusque Parœciæ.

Ne committatur cuique Sacramenti cujusvis administratio minori triginta annis.

Quisquis habuerit Sacramenti alicujus administrationem, is parato ad hoc libello quoquo die annotet, quibus, quod Sacramentum ministraverit, descriptis personæ circumstantiis, si fortè nomen ipsum nesciat.

In Pascha vero numerum duntaxat annotent communicantium: sed nominatim eos annotent, quibus licentiam impartiti fuerint, alibi communicandi: Religiosi vero omni tempore eos annotent, quibus Eucharistiam administrarint, pœnitentiæve Sacramentum.

Quisquis in festo Paschæ, alibi quam in propria Parœcia, absque Pastoris licentia communicaverit, puniatur & ipse de illo contemptu, Sacramentumque conferens de canonis transgressione.

Cum hoc sit in optione hominis sani, par est ut & in ægrotantis optione sit, quem velit habere ex iis qui in sua Parœcia curam animarum habent, cui delicta confiteatur, & a quo Eucharistiam suscipiat: tametsi inter eos forsitan tempora, personæ, locave administrandi sint divisim constituta.

Qui ægrotanti administraverit Eucharistiam, is eundem subinde visitet, & consoletur, donec aut diem egerit, aut incipiat revalescere.

Cujus culpa factum fuerit, ut quis subditorum, Sacramento non percepto, ab hac vita decesserit, is destitutus sit ab officio Pastorali.

Qui administraverit ebrius aliquod Sacramentorum, sit per triennium ab officio sacerdotali suspensus.

Unicuique pœnitenti imponatur actio una aut plures, contraria perpetratis delictis, nempe jejunii, orationis, aut eleemosynæ, continuanda, si sic videatur, ad aliquod tempus.

Qui post diem palmarum confitetur, non antea eodem anno confessus, illi injungatur, ut abstineat a carnibus intra proximas octavas Paschæ, nisi hoc Confessarius duxerit, ob idoneam causam, in aliud genus pœnitentiæ commutandum.

Neque baptizati tantummodo, sed patrinorum quoque nomina baptizator annotet, imo etiam parentum, dummodo cognosci velint.

Quæ extra locum habitationis pepererit, reversa domum, statim significabit Pastori per idoneum testimonium, infantem esse baptizatum, cum expressione loci, baptizatoris, & patrinorum, nominisque impositi infantulo: ut ea annotet Pastor.

Qui ante tres proclamationes, matrimonium consummaverint, puniantur decem florenis Carolinis

Mulctentur quoquo mense totidem florenis, qui cohabitant, nec curant, cum possunt, matrimonium solemnizare.

Qui Eucharistiam, cum ad infirmos, aut in publicis supplicationibus defertur, appropinquans genibus humi flexis non adoraverit, eum Judex loci, nisi in promptu excusationem demonstret, apprehendat, tradatque Senatui Frisiæ, tanquam de Sacramentaria hæresi suspectum.

Cum filius non fecerit debitam reverentiam Eucharistiæ, parentes vocentur a Judice loci, & inquirantur unde ille contemptus processerit. Sic inquirantur & tutores, si orphanus sic deliquerit.

Cum inter ungendum ægrotantem, deceat ut unctori legenti Letanias quispiam respondeat, recitantique septem Psalmos, alius quispiam versus Psalmorum alternet: par est, ut Custos Ecclesiæ hoc faciat, assistens in lineo vestitu, magisque hoc decet, si ægrotanti administretur Eucharistia.

Honestas postulat, ut in oppidis quidem præcipuis, cum Eucharistia defertur administranda ægrotanti, octo ad minimum ex vicinis, propinquisve sanguine aut affinibus, in aliis vero, & in ipsis pagis, quatuor Sacerdotem subsequantur, dum Eucharistiam defert ad ægrotantem, & ad templum refert, nisi res fortè celeritatem postulet, ut illi convocari nequeant.

In præcipuis oppidis duæ cereæ tedæ, expensis fabricæ, aut patroni, (ut vocant) portentur ante Eucharistiam, dum defertur ad ægrotum, & refertur ad Ecclesiam.

Ubicunque Eucharistia conservatur, ante eam ardeat die noctuque perpetuum lumen.

Qui ne semel quidem toto anno Eucharistiam, facta Sacerdoti delictorum confessione, susceperit, is habeatur suspectus de hæresi, nisi se doceat, de Pastoris consilio abstinuisse.

Qui mortuus fuerit absque sacra Unctione, is careat Ecclesiastica sepultura, donec doceatur, quod vivens fuerit Ecclesiasticorum rituum cultor.

De Officio Ecclesiastico.

IN Ecclesiis parœcicis oppidanis cantetur quotidie summa Missa: In quavis, sive oppidana, sive pagana Parœcia, cantetur diebus omnibus festis summa Missa, & secundæ Vesperæ cum Completorio: In festis nostræ Dominæ, & majoribus, etiam primæ Vesperæ cum Completorio: In festis solemnibus, etiam Matutinæ: In quatuor vero præcipuis etiam reliquæ preces horariæ, quas vocant Canonicas.

Per octavas venerabilis Sacramenti cantetur quotidie summa Missa, plus solito decenti luminarium ornatu.

Quaque die Jovis per totum annum, in quaque Ecclesia parœcica, præcedenti insigni compulsatione, legatur saltem Missa de venerabili Sacramento.

Missæ sodalitiorum (vulgo spirituales Confraternitates vocant) cantentur ante summam Missam: quippe quæ diebus quidem festis nullam ob causam debeant omitti.

Liceat propter præsentiam funeris, nisi sit festum Apostolorum aut celebrius, summam Missam cantare, ante Missam funeris.

Laudes

Laudes de Domina, quibus locis solemnius cantari solent, cantentur separatim a Completorio, excepto die Natalis Christi: quas campanarum pulsatio præcedat per quartam partem horæ.

Nunquam decidatur in Missa pars aliqua a cantu Epistolæ, Præfationis aut Orationis Dominicæ: neque omittatur repetitio invitatorii, aut cantus communionis.

Ne omittantur in Vesperis suffragia; neque in Completorio preces, neque preces ad omnes horas, si nocturnus dicatur, neque diebus festis, consuetæ implorationes pro pace.

Ne organis musicis in Ecclesia psallatur, quod audientes reducat in memoriam impudicarum cantionum.

Eadem organa ne audiantur in officio Ecclesiastico per adventum Domini, nisi die Conceptionis Mariæ: neque per Septuagesimam, nisi in die Annunciationis Mariæ.

In qua Ecclesia est unicus Sacerdos, neque subditi possunt duos Sacerdotes alere, Pastor impetret a Reverendissimo Trajectensi licentiam, ut possit quolibet die festo bis consecrare, ut priorem Missam audiant servitores, ac familiares: summam vero ipsarum familiarum heri, & heræ.

Decet, ut in qualibet paroecia oppidana, quotidie duæ Missæ ita diversis horis dicantur, ut priorem audire possint opifices priusquam accedant ad opus manuum, & aliam ii qui superiori parte diei ad finem usque summæ Missæ alia cogitatione occupati fuerint: Imo, quantum fieri poterit per numerum Sacerdotum, ita tempora dicendarum Missarum distinguantur, ut unaquaque media hora, aut certe unaquaque hora (excepto tempore concionis) Missa aliqua dicatur, ad eum nempe finem, ut nemini, a summo mane ad prandium usque, desit opportunitas audiendi Sacrum. Et futuro tempore, cum vacaverint, cum tali onere conferantur.

Plectantur qui die festo abeunt ante finem Missæ, nisi aliam Missam eo die audierint.

In oppidis nulli puero liceat divinis interesse in choro, nisi induto veste linea: In publicis vero supplicationibus (quas Processiones vocant) nec in pagis quoque liceat cuiquam puerorum incedere cum cantantibus, nisi induto lineam vestem: Pastore luituro pœnam, si hæc permittat, & parentibus, tutóribusve, si hoc fiat Pastore repugnante.

Qui in publicis supplicationibus præcedunt, gerentes signa crucis, aut vexilla, sumantur ex robustioribus adolescentibus, qui Scholam frequentant, indutique sint lineis.

Tam in pagis, quam in oppidis, omnes Ludimagistri intersint officio Ecclesiastico, induti veste linea.

Curæ sit Pastoribus parentes monere ut liberos suos, qui chorum ingressuri non sunt, secum ducant ad Missam, itaque ob oculos constituant, ut semper possint prospicere, quomodo se gerant. Sic & matres, filias suas, & tutores, orphanos, & pupillos.

Quibus commissa est cura animarum, ii etiam extra tempus Ecclesiastici officii nihil agant pertinens ad officium Pastorale nisi amicti lineis & stola.

Qui stipendiati canunt officium aliquod Ecclesiasticum, aut laudes venerabilis Sacramenti, sanctæ Crucis, aut nostræ Dominæ, ii omnes induti sint linea veste: alioqui stipendio, quod illa opera merentur, privandi.

Sub quolibet officio divino, & sub quolibet exercitio Pastoralis administrationis, Custos, quicquid faciat in Ecclesia, superindutus sit linea veste.

Qui horariis precibus decantandis astricti non sunt, vivunt tamen alioqui ex stipendio Ecclesiastico, ii in festis nostræ Dominæ, & aliis his majoribus, ad nullam partem Ecclesiastici officii compareant in choro, nisi induti lineis.

Iidem compareant omnes sic induti in omnibus publicis supplicationibus.

Sacerdos qui alitur Ecclesiastico stipendio, in eo templo horarias preces palam persolvat, cujus stipendio alitur, nisi idonea causa excuset.

Cum canitur in choro, nemo in templo ambulet, tametsi sacrificium, cujus causa canitur, fiat extra chorum.

Diebus festis nemini præbeatur potus ad modum tabernæ, sub concione, summa Missa, Vesperis, aut Completorio, nisi fortè sit viator, mox iter suum continuaturus.

Sint merces fisco adjudicatæ, quas institores illis horis vendunt aut sic exponunt venum, ut possint a prætereuntibus videri.

Iisdem horis nemini liceat in templo, aut cœmeterio obambulare, aut publicè quemvis ludum ludere.

Ingruente publicitus insolita aliqua aut gravi calamitate, excitent subditos suos, animarum rectores ad publicas & insolitas supplicationes.

Ne in Ecclesia in qua Eucharistia obiter (ut fit alicubi in publicis supplicationibus) aliquantisper deponitur, idem sacramentum palam propositum sit, ne in eadem ara populo, eodem temporis momento, proposita sit duplex hostia adoranda.

Si sub Ecclesiastico officio, rixa aliqua notabilis acciderit in choro, illico rector Ecclesiæ hoc emendet, alioqui salario, quod interim illi proveniret, privandus.

Qui præsens in loco, per tres hebdomadas, officio Ecclesiastico non interfuerit, eum Judex loci apprehendat (nisi in promptu prætendat idoneam excusationem) tradendum Senatui Frisiæ, tanquam de hæretica pravitate suspectum. Nihilominus rectores Ecclesiæ, eos diligenter annotent, qui Ecclesiasticum officium non frequentant, eorumque nomina Commissariis redeuntibus tradant.

Ut funeri, sacerdotes, signo crucis præcedente, lineis induti obviam eant, tanto numero, quanto hæredes ipsi, vel executores supremæ voluntatis ipsius defuncti, requisierint.

Defuncto infante, si baptizatus sit, funerales ceremoniæ ita fiant, ut fieri solebant ante annos quadraginta: quia orationes Ecclesiæ, non pro uno, aut altero, sed pro universitate defunctorum fiunt, qui viventium precibus possunt adjuvari.

De Scholis.

SIt Leeuwerdiæ Typographus Cæf Majestati adjuratus, qui prima rudimenta literarum, quomodo inferiùs dicetur, & alios præterea libros excudat, sed duntaxat quos Senatus Frisiæ utiles duxerit huic Provinciæ.

Is eos libellos qui prima religionis rudimenta continent, & pro more primi omnium pueris traduntur, nempe eum cui alphabetum præponitur, & cum qui docet benedictionem mensæ, & eum qui docet responsa Missæ, excudat absque compendiis, vocumve abbreviationibus.

Idem excudat, sed admissis jam quibusvis compendiis, librum-precum, qui ante annos triginta versari solet in manibus omnium, nempe continentem preces horarias de nostra Domina, & de Cruce: Psalmos item pœnitentiales, & Officium pro defunctis: Orationes præterea ad nostram Dominam cæterosque quosdam Divos, & orationes præparatorias ad sacram communionem.

Hi libri sic, ut dictum est, utraque Lingua excudantur, nempe vernacula & Latina: cæterum sit vernacula polita & elegans: & characteres elegantes accuratè emendatéque compositi.

Io quibus locis non est peculiaris Ludimagister, ibi Custos Ecclesiæ, puellas quidem legere, pueros vero etiam scribere & comtare doceat; & in quibus pagis non est Custos, ibi Pastor ipse hoc faciat, aut fieri procuret.

Statuatur unicuique Ludimagistro salarium aliquod ex publico, per quod devinctus sit, etiam illorum liberos diligenter docere, qui nequeunt solvere precium docendi.

In singulis oppidis Frisiæ sit una præcipua Schola, ad quam non admittantur, nisi qui in Scholis inferioribus jam didicerint promptum usum legendi vernacule & Latine.

In Scholis utriusque generis, ordo inter pueros constituatur, ut doctior quisque unum aut alterum indoctiorem docere debeat, & eam lectionem prælegere, quam is reddere debeat suo Præceptori, ita nimirum ut qui jam discit benedictionem mensæ, unum aut alterum ex iis doceat, qui discunt librum alphabeti: & qui discit responsa Missæ, unum aut alterum ex iis doceat, qui discunt benedictionem mensæ, & ita de cæteris. Sic in præcipuis Scholis is qui discit congruitates unum aut alterum ex iis doceat, qui discunt nominum verborumque declinationes; & qui jam excesserint Grammatices rudimenta, eos doceant qui discunt adhuc regulas congruitatis.

In universis Scholis Frisiæ tradatur eadem ratio Grammatices, nempe idem liber Rudimentorum Latinæ, & idem Græcæ Linguæ.

Ex Authoribus ii primum prælegantur, ex quorum assidua lectione optimum stilum imbibant, qui hæreat tota vita, ut Cicerone, Virgilio, Isocrate, Nazianzeno. Iis vero qui jam provectioris ætatis, eruditionisque sunt, præbeatur gustus omnis generis bonorum Authorum, nempe, ex singulis, parte aliqua insigni diligenter enucleata, sed ea duntaxat quæ nihil sapiat impudicum, aut inhonestum.

Propria opuscula nemo pueris, vel publicè, vel privatim, prælegat in Scholis, ne hoc sit impedimento, quo minus veteres melioresque Authores prælegantur.

Provectioribus, instante die festo, prælegatur tempore pomeridiano hymnus Ecclesiasticus, qui illi festo servit: matutino tempore diei festi prælegatur Euangelium, prandio vero facto Epistola, quæ illo die lecta est io Ecclesiastico officio.

Ob nullum aliod studium amoveatur puer a discendo cantu Ecclesiastico, antequam annum quintum decimum excesserit.

Qui præcipuam Scholam frequentant, compareant omnes, donec annum ætatis quintum decimum compleverint, festis quidem diebus in officio Ecclesiastico, induti vestibus lineis.

Nemo in præcipuis inferioribusve Scholis oppidorum, pagorumve admittatur qui pueros docturus sit, sive Rector, sive Hypodidascalus, nisi cujus totam vitam anteactam, non solum eruditionem, Pastor summusque Magistratus diligenter exploraverint, laudarintque.

Unusquisque præcipuæ Scholæ Præceptor quotannis, mense Januario, exhibeat Pastori summoque Magistratui catalogum libellorum, quos eo anno prælecturus est, acriter plectendus, si prælegat alios.

Nihilominus Pastor identidem inquirat quid in Scholis prælegatur, acriter & ipse plectendus, si quid prælegatur improbatæ lectionis.

De Concionibus.

AGgrediens exercitium concionandi, describat, per septennium, uniuscujusque concionis suæ materiam, vernacula Liogua, scriptaque illa servet, ut, si requiratur, exhibere ea possit; & qui jam concionibus facicodis, sed minus septennio, exercitatus est, is sic quod deest a septennio compleat.

Ea pars concionis, quæ propriam materiam præsentis concionis tractat, ne diutius duret quam hora: excepta declaratione Domioicæ Passionis.

In unaquaque Ecclesia parœcica, omnibus diebus quibus plebs vacare debet a manuali opera, concio fiat.

In omni concione invocetur commodo loco patrocinium Virginis matris, & omnium Divorum.

In festo cujusvis Divorum, narrentur in ipso concionis exordio præcipuæ res gestæ illius Divi, addita expositione illius orationis, quæ eo die prima legitur in officio Missæ.

Si intra præsentem & proximam celebritatem plebejorum incidat festum duplex alicujus Divi, quod non est celebre plebi, tunc, post invocationem præsentis concionis, ante aggressum propriæ & principalis materiæ, hoc plebi significetur, additis aliquot ejusdem Divi egregiis actis.

Res

Res gestæ Divorum colligantur ex Breviariis Diœcesçôn, ex Breviariis item Pauli tertii, & ex collectancis quæ nuper edidit de divorum gestis . . . . . Episcopus Veronensis, aliisve approbatis Authoribus.

Quibus diebos disceditur in officio Ecclesiastico a quotidiano ritu, declaretur plebi, in aliqua parte concionis, illius novi ritus significatio, ex iis quæ Innocentius tertius, Durantus Tuitiensis & Nansea scripserunt.

Quibus diebus cerei, frondes, aut eineres benedicentur, exponantur plebi orationes per quas benedieuntor, & Dominicis diebus intra Pascham & Pentecosten exponantur cantiones, quæ, inter aspergendum aquam, cantantur, & orationes quibus benedicitur singulis diebus aqua aspersionis, & quibus instante die Paschæ, & instante die Pentecostes benedicitur aqua baptismi.

Appropinquante quavis ex præcipuis quatuor festivitatibus, excitentur auditores in concionibus præcedentis hebdomadæ, ad delictorum confessionem, & ad Eucharistiæ festo illo die susceptionem.

Exponantur plebi quotannis omnes partes Christiani Catechismi, hoc est, Oratio Dominica, decem Præcepta, Symbolum fidei, septem Sacramenta, Orationes ad sacram Eucharistiam, & salutatio Angelica.

Decem Præcepta convenit declarari per adventum, septem Sacramenta per quadragesimam, Orationem Dominicam per tres dies rogationum, ante Christi ascensionem, Symbolum fidei a die ascensionis Christi usque ad Pentecosten, Orationes ad Eucharistiam per octavas venerabilis Sacramenti, & salutatio Angelica per octavas Virginis assumptæ.

Necessom est, & instante festo omnium Sanctorum, plebem doceri de cultu imaginum, & invocatione Divorum.

Sequenti die ne omittatur plebs doceri de statu animarum post hanc vitam, docendo populum quod animæ defunctorum juvari possunt orationibus, eleemosynis, sacrificiis hic viventium in terris, exponendo item ex Dionysio Areopagita illas orationes, quæ tum fiebant pro defunctis, & quas nunc similes illis Ecclesia facit pro defunctis.

Instantibus festis Natalis Christi, & Virginis assumptæ, Concionatores moneant auditores, ut in vigiliis jejunent cum abstinentia a lacticiniis.

De rebus controversis sit sermo sedatus, perinde atque si materia quæ tractatur non esset controversa: sic nimirum ut res ipsa fortiter confirmetur, scripturisque variis & rationibus communiatur. Rationes vero quas adversarii adducunt in contrarium, veluti tacitus, prætermittantur.

Nemo vero super materiis controversis veluti contendat, rationes scilicet, quæ utrimque adducuntur, discotiendo, nisi hoc illi pro insigni eruditione sua specialiter sit permissum.

Quibus hoc permissum est, etiam atque etiam perlegant scripta D. Joannis Episcopi Roffensis.

Scriptores neoterici, ex quorum scriptis quivis Concionator inoffense possit colligere materiam concionandi, sunt Lanspergios, Royardus, Koningsteyo, Hoffmeysterus, Marullus, Eckius: Catechismum vero feliciter tradunt Nansea, Gropperus item in Institutionibus & Isagoge, & Catechismus Maguntinensis & Catechismus Treverensis, & Examen tyronum Sonnii.

Admoneantur auditores ad finem concionis, ut preces fundant pro Rom. Pontifice, & Romano Imperatore, universalis Ecclesiæ Directoribus, & pro Episcopo etiam Trajectensi, pro Domino & Gubernatôre Frisiæ, pro omnibusque Christiani orbis tam spiritualibus quam sæcularibus Moderatoribus, totaque ipsa Ecclesia, hoc est, unione fidelium toto orbe dispersorum.

Dominicis diebus declarentur anniversaria defunctorum, postulando preces fieri, non pro illis tantum, sed pro omnibus fidelibus defunctis, qui possunt viventium precibus adjuvari, & recitato denique Symboli contextu, & delictorum generali confessione, claudatur concio per generalem absolutionis imprecationem.

Expedit ut Concionator per ipsum discursum concionis subinde memoret, quomodo olim Deo displicuerint animalia quæ non ruminant, ita neque nunc acceptos Deo esse verbi divini auditores, qui audita non repetunt animo, commonstretque recte facturos illos, si a concione remaneant in mox subsequenti Ecclesiastico officio, ut interim quisque pro facultate suæ memoriæ revolvat quæ audierit, Deum precans ut suo dono possit quæ audierit retinere memoria, factisque observare, atque efficere.

Quibus locis fiont eodem die duæ aut plures conciones, eas expedit fieri horis diversis, ibidemque heri familiarum curent, ut ex familia sua, quicumque adultæ sunt ætatis, audiant alteram concionem.

De studio Juris Canonici ac Theologiæ.

QUæcunque Beneficia spectaverint ad collationem Principis terræ, ea conferantur commendatis ab Academia Lovaniensi.

Beneficio cujusvis generis vacante quod spectet ad collationem incolarum, ad quod non oporteat religiosum assumi, si filius aliquis cujuspiam incolæ gradum in Facultate Juris Canonici, aut Theologiæ obtinuerit, ille iis qui ejusmodi gradum non obtinent (nisi aliquid palam obstiterit) præferatur: Senatu Frisiæ illam negligentiam suppleturo, si ille conqueratur se spretum.

Inter eos qui obtinent dictos gradus ii præferantur, qui factis in Frisia aliquot concionibus specimen ostenderint suæ eruditionis.

Beneficiati majores quidem sexdecim & minores viginti quinque annis, nihil præcipiant ex fructibus Beneficii, nisi interim Lovanii operam dent Juri Canonico aut Theologiæ.

Qui Præbendam habet liberam a cura animarum, is etiamsi major sit viginti quatuor annis, poterit Lovanii agere, per sexennium operam dans Juri Canonico, per decennium operam dans Theologiæ, relicto interim qui satisfaciat oneribus Præbendæ: ea quidem lege ut fructus per-

ceptos restituturus sit ad usum fabricæ, nisi expleto dicto tempore obtinuerit publicum testimonium ab Academia de competenti eruditione, quod vocant gradum Licentiatus: & de hujusmodi restitutione facienda, idoneam dederit cautionem.

Quoties vacaverit cujusvis generis Beneficium, cujus certi fructus excedunt centum florenos, concedito collatoribus, ut, fructibus iisdem in duas partes divisis, eligant unum pluresve adolescentes Grammaticæ peritos, & annos natos sexdecim, inter quos quarta pars dictorum fructuum, Lovanii Canonibus aut Theologiæ operam daturos, dicto tempore, dictaque conditione distribuatur: deinde eligant qui Beneficium ipsum & reliquas tres partes sit percepturus: recuperaturus quartam aliam, expleto dicto tempore, aut illorum morte quibus assignata fuit.

Quisquis Beneficium obtinet, cujus certi fructus excedunt centum florenos, is poterit uni pluribusve, quibus voluerit, idoneis adolescentibus assignare ad usum & tempus prædicta, citra quartam illorum fructuum partem: ea sane lege ut qui dimidio temporis non obtinuerit gradum Baccalaureatus, is postea nihil sit recepturus: quem gradum si susceperit, etiam post mortem constituentis pensionem toto dicto tempore recepturus.

Eo, cui is redditus assignatus fuit, mortuo, aut si is tempus studii non compleverit, sive defectu Baccalaureatus dimidio temporis obtinendi, eo reddituprivatus fuerit, poterit possessor tunc temporis Beneficii redditum, qui sic vacat, sibi retinere, nisi eundem, ejusve partem, maluerit uni pluribusve aliis idoneis duntaxat modo & conditione jam dictis assignare.

Nulli vero assignabitur pensio quotannis major quadraginta florenis.

Unusquisque Sacerdotum habeat domi Sacra Biblia, quæ per ocium etiam atque etiam perlegat: ii vero, quibus cura animarum commissa est, habeant etiam librum Decretorum quæ collegit Gratianus, & per ocium versent.

De honestate Sacerdotum.

NE in tabernis Sacerdos potet.

Nec in publico cum subditis laicis ludat.

Nec intendat ludis merè fortuitis, neve ludentibus adsit.

Diebus quidem festis, domum egressus, omnibus horis, aliis vero diebus, cum quodvis officium Sacerdotis, sive extra templum, sive in templo facturus est, indutus sit veste talari.

Ne sit negociator, hoc est, ne mercibus emendis occupetur, ut easdem vendat.

Si proprium ipse agrum prædiumve colit, ne tamen fossas expurget, aliasque id genus sordidiores operas ipse subeat.

Qui a prandio nescit declarare quid mane in precibus horariis legerit, habeatur, puniaturque ac si non legisset.

Si Sacerdos interdiu per plateas dederit notas suæ ebrietatis, ipse sit suspensus per proximum mensem.

Si sic compareat in officio Ecclesiastico, sit suspensus per trimestre.

Qui jam habet curam animarum, is ne transferri possit ad aliam, priusquam per septennium priorem Ecclesiam laudabiliter rexerit.

Quoties quis transferendus fuerit ad aliam curam, toties de novo vita, circumspectio, eruditioque illius exploretur: quia non eadem sufficiunt ad cujuslibet Ecclesiæ gubernationem.

Sacerdos, in cujus ædibus mulier pepererit, sit suspensus per triennium.

Sacerdos suspensus sit, quamdiu domi suæ alit, ex se in Sacerdotio procreatum.

Electio facta de publico concubinario sit nulla: & pro ea vice jus eligendi ad eum devolvatur, ad quem aliis casibus devolvi solet.

Qui condemnatus de publico concubinatu, se tamen, concubinatu illo durante, ingerit faciendis divinis, is tota vita inhabilis sit ad Sacerdotalis officii administrationem: quam si nihilominus accipiat, hoc ipso exutus sit omni privilegio Clericorum.

Si publicum Ecclesiastici hominis concubinatum suus Superior per annum distulerit dignis pœnis cohibere, is ipse puniendus sit tanquam ejusdem delicti reus, nisi prætendat legitimam ignorantiæ causam.

De Jurisdictione.

DEcanos Archidiaconi constituant quoquo triennio, interea temporis sine causæ cognitione non destituendos.

Decanus nullos sumptus faciat officium aggressurus, Synodumve celebraturus, aut alium actum Jurisdictionis facturus.

Decanus quotannis bis Synodum celebret, & tam Laicorum quam Ecclesiasticorum hominum publicam conversationem, religionisque observationem exploret.

Quos defectus Decanus emendare non potest, deferat intra mensem ad Senatum Frisiæ, nisi velit ipse ejus criminis consors censeri.

Omnes veteres conventiones sive consuetudines, quæ olim in quibusdam locis, de quibusdam delictorum generibus certa mulcta puniendis observatæ fuere, censeantur corruptelæ & abrogatæ.

Si enorme delictum hominis Ecclesiastici Superior suus non correxerit intra mensem a die perpetrati delicti, hoc Judex secularis denunciet Senatui Frisiæ.

Si crimen pecuniaria pœna plectendum secularis Judex non correxerit intra mensem a die facinoris perpetrati, ejus facinoris punitio devoluta sit ad Ecclesiasticum Judicem.

Pastor

Pastor quotannis rationem exigat ab æditui, aliisque piarum causarum executoribus: quas rationes Decanus territorium suum visitans, quotannis, justæ ne sint, expendat.

Nec secularis, nec Ecclesiasticus Judex Jurisdictionem fori contentiosi exerceat in loco sacro.

Qui negaverit debitum Ecclesiasticum, debitumve Ludimagistro, puniatur pœna dupli, instar illius qui negaverit Domino Jus proprietatis.

Sit in eum parata executio, qui distulerit solvere debitum Ecclesiasticum, nisi se doceat penuria premi.

Liceat seculari Judici tam Ecclesiasticum, quam Laicum hominem, qui de hæresi vehementer suspectus sit, aut diffamatus, absque jussione Senatus apprehendere, Senatuique tradere.

Quo magis licebit sive Ecclesiasticum, sive Laicum hominem repertum in hæreseos flagranti crimine apprehendere, Senatuique tradere.

Nec Judex loci nec Grietmannus oneretur officio ædilitatis.

Si Rector Monasterii, terras Monasterii, aut possessor Beneficii terras sui Beneficii, aut ædituus terras fabricæ locaverit Grietmanno, amittat precium locatioois, idque appropriatum sit proximo hospitali infirmorum.

De Monasteriis.

NE Religiosi Clericis Laicisve Eucharistiam administrent, absque licentia Pastoris, salvo illorum Religiosorum privilegio, quibus est ab Apostolica Sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, pauperibusve in hospitalibus suis degentibus Sacramenta possint Ecclesiastica ministrare.

Monasteriis, quæ ante triginta annos claruere, nunc autem redacta sunt ad inopiam, Senatus Frisiæ præsentet œconomum, qui jussu Reverendissimi D. Trajectensis adempta Religiosis potestate contrahendi, bona illorum omnia ad utilitatem illorum gubernet, computumque quotannis reddat, præsentibus qui velint Religiosis.

Studeant Rectores Monasteriorum, personarum suarum numerum ad eam quantitatem pedetentim reducere quam habuerunt ante annos triginta: ob eam nempe causam quod in majori numero plures inveniri possint, qui sint ceteris honestatis exemplum, plures etiam qui idonei sint ad temporalium rerum administrationem.

Qui alicui ex Religiosis licentiam dederit foris victum quærendi, illum statim revocet & reducat sub pœna centum florenorum quotannis pro quolibet revocando, & sub indignatione Cæs. Majestatis. Apostatæ nisi ante finem trimestris post editum mandatum redeant ad Monasterium, tota vita extorres sint ab omni Cæs. ditione patrimoniali.

Sigillum Monasterii servetur sub custodia quatuor clavium, quas custodiant quatuor præcipuæ æstimationis Religiosi: illis Monasteriis jure sigilli adempto, ubi Religiosi sunt numero quaternario patciores.

In unoquoque Monasterio, alius sit Rector Monasterii, alius rerum temporalium administrator, (quem alibi Cellarium, alibi Procuratorem vocant) qui & ipse nullo alio officio oneretur, neque tamen possit is contractum facere, non consentiente Rectore, qui duo soli habeant nummorum administrationem.

Rectores Monasteriorum elocent terras suas tantummodo ad quinque annos, accepto pro ransone (ut vocant) sive propina, aut recognitione, precio locationis unius anni duntaxat.

In Monasteriis possideotium cura rei rusticæ, quantum fieri potest, diminuatur, quippe multa offendicula præbentis (ut hodie mores sunt) religiosæ conversationi.

Reddatur singulis annis ratio acceptorum & expensorum, iis qui ad computum audiendum a Conventu deputati sunt, præsentibus & aliis ex Conventu quibuscunque placuerit.

Computus clausus & approbatus relicto exemplari penes administratorem reponatur & custodiatur juxta Monasterii sigillum.

Ad claustrum cujusque Monasterii sit unicus congressus, præter eum quo patet accessus ex claustro in chorum.

Sit interstitium muri aut ædificii inter claustrum Monasterii & officinas rerum rusticarum, & simile interstitium sit inter claustrum Monasterii, & inter receptacula hospitum: in Monasteriis Monialium simile interstitium sit inter claustrom & habitationem Rectoris & suorum convictorum.

Religiosus habitans extra Monasterium diffamatus de publico concubinatu, si monitus scandalum intra tempus præfixum non amoverit, tradatur carceri per trimestre, pane tantum & aqua nutriendus. Si Rector ipse Monasterii notatus sit de incontinentia, Grietmannus illius districtus hoc statim referat ad Senatum Frisiæ, ipsemet alioqui graviter plectendus.

Sanctimoniales Latinè intelligant anteaquam admittantur ad votum emittendum.

Moniales omnes ejusdem Monasterii habeant Rectorem suum pro Confessario. Permittatur tamen quotannis semel aut iterum aliquis externus senex, & prudens, ad quem singulæ accedant, illi, si voluerint, conscientiæ scrupulos detecturæ.

Ne Rector Monialium, aliusve Religiosus comedat eadem mensa cum Rectrice, aut aliqua Monialium ejusdem Monasterii, sub pœna menstruæ suspensionis ab officio Sacerdotali, quoties hoc fuerit factum.

Ne fiant munusculorum missitationes inter Religiosos & Religiosas, sub consimili pœna, quoties hoc factum fuerit.

Ne extra delictorum confessionem Rector Monialium, aliusve Religiosos, sermonem abstracto loco habeat, cum aliqua Monialium ejusdem Monasterii, nisi Rectrice præsente, relegandus ad aliud Monasterium si doceatur hoc ter fecisse.

In Monasteriis Monialium, ubi penes aliquem Religiosum est administratio proventuum, is ne

con-

contractum alicujus momenti faciat, nisi consentiente Rectore & Rectrice, duabusque a Conventu ad hoc delectis Monialibus. Ubi Monialis habet proventuum administrationem, ipsa ne faciat contractum, nisi consentiente Rectore & Rectrice: neque extraordinariè quicquam alicujus momenti exponat, nisi consentientibus Rectore & Rectrice.

In Monasteriis nemo vinum aut cerevisiam, aliudve quippiam vendat Fratribus, aut externis.

Nulli advenientium vinum aut externa cerevisia præbeatur, nisi quem Rector Monasterii, vicesve illius gerens, dignum duxerit sua mensa.

Femina neque si cum marito veniat, intromittatur ad claustra virorum, nisi quam Rector vicesve gerens adhibiturus est suæ mensæ.

Ne quis ad Monasterium pransurus cœnaturusve accedat, nisi quem Rector, aut vices illius gerens, invitaverit, aut qui alicui Religiosorum necessitudine junctus sit, aut alioqui aliquid serii habeat in Monasterio tractandum.

Lectio & expositio Scripturæ commendatur.

In Monasteriis Religiosorum, ubi ante annos triginta consueverunt esse plures quam duodecim Sacerdotes, ibi si non sit inter ipsos idoneus, conducatur opera Prælectoris, qui mane partem aliquam Sacræ Scripturæ, & a prandio opusculum Authoris orthodoxi prælegat, commune faciendo de regulis, figuris, schematibus, tropisque Grammaticis, ut satisfiat iis auditoribus qui ejusmodi fortè instructione opus habent.

In Monasteriis vero Mendicantium prælegatur mane quartus liber Sententiarum, prandio vero exponantur Epistolæ & Euangelia sequentis hebdomadæ.

Rectores Religiosorum emant quotannis aliquos veteres Authores, noviter, emendatéque excusos, ut illos distribuant Religiosis legendos privatim. Quod & Rectores Monialium faciant, nempe, ut quæque Monialium quotannis novum librum privatim habeat, quem utiliter legat.

In Monasteriis Mendicantium Missæ celebrentur singulatim, ita ut a summo mane ad prandium usque Fratrum (si per celebrantium multitudinem fieri possit) non desit opportunitas audiendi Missam.

Qui temerè distulerit tradere Fratribus Mendicantibus, id quod a terrarum proprietariis constitutum & Fratribus solvi quotannis ab ipsarum colonis, ille, facta a quovis homine ad Judicem loci, denunciatione, condemnetur ultra sortem ad quadruplum, ad utilitatem denunciantis.

Electio sit nulla, si ad aliquod Beneficium eligatur, qui habitum religionis etiam per legitimam dispensationem reliquerit, & pro ea vice jus eligendi devolvatur ad Principem terræ.

Conclusio.

IN quibus superiorum statutorum nulla pœna expressa est, intelligatur constituta pœna arbitraria, pro modo scilicet & qualitate delicti.

Libellum horum statutorum quisque intra mensem comparet, posteaquam fuerit prælo chalcographico excusus.

Schenkus Egmondano mortuo successor datus, electionem suam, & Episcopatus per Frisiam rationem, Frisiis annunciat.

Egmondano interim labente Anno 1559. e vivis sublato, Fredericus Schenkus, nobilis Ultrajectinus, ex Baronibus de Toutenburch, cujus pater Georgius egregia servitia Carolo Cæsari in Frisia impenderat, successit, primus post D. Willibrordum, Sedis istius, jam pridem ex Diplomate Pauli IV. in Metropolitanam evectæ, Archiepiscopus.

Diploma novarum per Belgium Sedium, datum *Bat. Sacr. part.* II. sub initium.

Schenkus XIII. Nov. Anno 1562. inauguratus, totam constituendi per Frisiam Episcopatus rationem evulgavit, missumque in Frisios Diploma Pontificum sanctione, ac Philippi mandato firmavit.

FREDERICUS, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Archi-Episcopus Trajectensis, universis præsentes litteras nostras visuris Salutem in Domino. Cum dudum Sanctissimus Dominus noster Pontifex Maximus, ad preces Serenissimi Principis PHILIPPI, Hispaniarum Regis Catholici, domini temporalis civitatis & patriæ Trajectensis, Domini nostri clementissimi, ad honorem & gloriam Dei omnipotentis, pro religionis Orthodoxæ conservatione, ac patriæ & subditorum salute, certos Archi-Episcopatus ac Episcopatus in Provinciis suis inferioribus erexerit: & præsertim novam Sedem Episcopalem in civitate Leovardiensi, cui tota Provincia & populus Frisiæ *de Oostergoo*, *Westergoo* & *Sevenwolden*, perpetuo tanquam suo Episcopo Diœcesano subjiciantur, constituerit; & ab Ecclesiâ Trajectensi, cui anteà suberant, separaverit; Notum facimus, quod nos, qui ex Sanctæ Sedis Apostolicæ clementiâ & dictæ serenissimæ regiæ Majestatis auspicio & favore, ad Archi-Episcopatus Trajectensis Præsulatum vocati & assumpti fuimus, eaque omnia quæ per eandem Sedem Apostolicam circa hujusmodi erectionem Episcopatus Leovardiensis salubriter decreta & ordinata existunt, quo ad nos & Archi-Episcopatum nostrum attinet, rata & firma esse volumus omnibus viâ, modo, formâ, ac jure, quibus potuimus & possumus melioribus, creavimus, constituimus & deputavimus, creamusque, constituimus & ordinamus, ac deputamus, per præsentes, nostros certos indubitatos & legitimos procuratores & mandatarios ac nuncios speciales ac generales, ac negotiorum nostrorum infra scriptorum gestores irrevocabiles, videlicet Reverendum in Christo patrem, Nobiles & Magnificos viros, D. Johannem Episcopum & Suffraganeum nostrum in Ecclesiâ Cathedrali Groningensi, &c. absentes tanquam præsentes, & eorum quemlibet (qui has deferet solum & in solidum specialiter & expresse) ad nostro nomine & sub titulo & qualitate Archi-Episcopi Trajectensis, ad quamcunque requisitionem dictæ regiæ Catol. Majestatis ac Illustriss. & Excellentissimæ Principis Ducissæ Parmæ & Pla-

centiæ,

centiæ, &c. Locum-tenentis & Gubernatricis generalis harum Provinciarum, vel etiam ipsius Illustris Domini Comitis Arembergensis Locum-tenentis generalis patriæ Frisiæ, coram Senatu provinciali, seu statibus ac populis dictæ Frisiæ, aut civitate & Ecclesiâ Leovardiensi, aut alibi ubi opus, & necesse erit comparendum, ibique quo omnia, quæ circa erectionem & institutionem dictæ novæ Sedis Episcopalis Leovardiensis de nostro consensu, ut prædictum est, sanctè ordinata existunt, nedum si necesse fuerit hoc ipsum declarandum, vel denuo consentiendum, sed assistendum quoque & juvandum, ut constet mentis nostræ fuisse, & esse, ut negotium hoc pro dictæ Sedis Apostolicæ ac regiæ Majestatis intentione planè conficiatur, & executioni ac effectui mandetur, nec non specialiter ac generaliter ad omni jurisdictioni autoritati & potestati Ecclesiasticæ & ordinariæ, quam nos ratione Ecclesiæ nostræ Trajectensis hactenus in dictâ Provinciâ Frisiæ cum appendentiis supra dictis habuimus, & nobis competere potuit, ac imposterum quomodo prætendere possemus in favorem dicti novi Episcopi Leovardiensis si opus sit, cedendum & renuntiandum, quemadmodum etiam ex abundanti bonâ fide cedimus & renuntiamus per easdem præsentes, exceptâ duntaxat superioritate & jure nostro metropolitico, quod in Ecclesiâ & Diœcesi Leovardiensi subjecta & subjicienda nobis & Archi-Episcopatui nostro Trajectensi perpetuò salvum, integrum & reservatum esse intendimus. Et generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, gerendum, declarandum, & procurandum quæ in præmissis & circa ea necessaria erunt, seu alias quomodolibet opportuna, & quæ nos ipsi si præsentes & personaliter ibidem adessemus, facere, declarare & assistere possemus, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum, & majora forent prænarratis. Promittentes in fide Archiepiscopi totum id, & quicquid per dictos nostros Procuratores & Mandatarios, seu eorum alterum actum, dictum, factum, gestumvè fuerit in præmissis ratum, firmum ac gratum perpetuò habituros. In cujus rei fidem & testimonium easdem præsentes manu nostra subscripsimus, sigillique nostri secreti jussimus appensione communiri. Datum in ædibus Archi-Episcopalibus civitatis Trajectensis, mensis Junii die secundo, Anno à nativitate Domini, millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. FREDERICUS.

Cumque anno sequenti Concilium Provinciale Ultrajecti indixisset, datis ad Præsulem Staurium litteris, omnes Frisiæ Abbates Ultrajectum evocavit, habendoque ibidem Concilio adesse jussit.

Abbates ad indictum a se Concilium invitat, & contumaces aliis litteris interpellat.

Litteræ hæ xv. Sept. Anni 1565. ex arce Dorestadio datæ, *Bat. Sacr. part.* II. *p.* 15. exhibitæ fuere.

At dum Abbates hi tergiversantur, contumacem Clerum duodecim dierum intervallo aliis litteris, ejusdem anni xv. Oct. datis, eodem quoque libro exhibitis, rursus ad Concilium evocavit, & ut adessent, cum aliquâ severitate edixit.

Repetito exasperatoque Ultrajectini Archiepiscopi edicto Conventus Cleri Leovardiæ habitus, in quo Decretum, ut ad declinandam contumacis silentii invidiam Archiepiscopo responderetur, mitteretur que Ultrajectum Ghysbertus Arnoldinus, actuarius publicus cum Arnoldo Harderviceno; qui litteras perferrent, sub hac formula. *Allatæ sunt ante paucos dies.*

Abbates cum Clero delegatum a se cum litteris ad Schenkium mittunt,

REverendissime atque Illustrissime Domine, nobis per quendam, qui se cursorem juratum asserebat, litteræ tuæ Rev. Celsit. perlatæ sunt, quibus tua Rev. Celsit. nos contumaciæ accusabat, & denuo ad diem duodecimum post earum receptionem vocabat, ut Trajectum veniremus. Atque in iisdem Rever. tua Celsit. affirmabat sese destinasse nos competenti pœnâ afficere, quod omnino factum fuisset, nisi tuæ Rever. Celsitud. præstabilius visum fuisset, de nimiâ misericordiâ quam rigore argui. Nos ut laudamus, quod insontes non punieris, ita summopere admirati sumus, quæ res effecerit, ut tam sinistram de nobis opinionem conceperis, cum antehac nunquam citati fuerimus. Sed tamen cum hujusmodi evocatio, extra fines hujus nostræ regionis fiat, contra antiquas atque approbatas consuetudines atque privilegia nostra, re deliberatâ cum Deputatis Ordinum hujus regionis, quos Status vocant, atque Senatu Leovardiensi, scripsimus tuæ Rever. Celsit. excusationes nostras, idque Linguâ vernaculâ, propterea, quod Deputati Senatusque nobis socii sint in privilegiis atque consuetudinibus patriæ defendendis. Nos etsi non dubitamus, quin rationibus allegatis, etiam secundum sacros Canones, excusemur, quo minus eo venire cogamur, tamen & privatim volumus testari nostri animi erga tuam Rever. Celsit. benevolentiam atque promptam obedientiam in iis, quibus consuetudinibus nostræque regionis privilegiis nihil derogatur. In his antem quamvis maximè velimus, non est nobis integrum, neque in nostrâ manu, quicquam absque aliorum Ordinum consensu tentare. Is est enim, semperque fuit omnium Ordinum nexus, ut unus absque alio in iis, quæ publicam utilitatem concernant, nihil queat efficere. Quare cum nos tantum unius Ordinis, Ecclesiastici scilicet, pars aliqua simus, & frustra non habentes aliquam potestatem quidquam decernendi in aliorum præjudicium, veniremus, idque instante jam hyeme atque tempore, quo secundum probatos autores maria clausa censentur, non sine summo discrimine, petimus unanimes ut tua Rever. Celsit. nos excusatos habere dignetur. Offerimus in aliis omnibus, in quibus & possumus & debemus, promptam obedientiam. Rogamus elementissimum atque omnipotentem Deum, ut tuam Reverendiss. Celsit. quam diutissimè servet incolumem, atque depulsis tenebris atque erroribus, restituat Ecclesiæ suæ serenitatem, atque fidei unitatem, nosque tuæ Rev. Celsit. quam humillimè commendamus. Leovardiæ 8. Novembris, 1565. Nicolaus Landensis, Abbas Stauriæ in Hemelis; Petrus, Abbas in Fosuert; Eyso Wiltink, Abbas Clarecampi; Henricus Steenwijck, Abbas Floridi Campi; Everardus Dotechem, Abbas Gerricomius; Isbrandus Harderwijck, Abbas in Lidlum; Henricus Kessel, Abbas in Dockum.

Senatus Leovard. alias litteras ad eundem scribunt.

Juxta nominatos Præsules, Ordines quoque Frisiæ, unà cum Senatu Leovardiensi eodem die litteras quoquead Archiepiscopum Ultrajectum miserunt, atque Belgico idiomate ex juris antiqni consuetudine, hoc modo responderunt.

Reverendissime in Christo Domine & Pater;

PAucos ante dies Præsules nostros Ultrajectum evocasti ad Conciliom. Ad quod, etsi sub interminatione pœnarum, cum non iveriot, denuò citari ad tuum judicium fecisti. Quo ipso cum jura, privilegia, & exemptiones gentis oostræ tollantur, quæ auferri non expedit, & quæ neque pro affectu tuo in Frisios imminuta voles, ita scies looga libertatis possessione nos gaudere. Quam neque per illos etiam Principes infirmari voluimus, quibuscum contraximus, ut neque belli tempore, oeque ex aliâ causâ, finibus nostris extraheremur. Hoc ipsum Saxonica dominatione, hoc conventione regiâ & Carolinâ cavimus, ac ut ipsi religione juris-jurandi nostra sacra, nostra leges confirmarent. Sic Anno quadringentesimo nonagesimo octavo Saxonem, Anno millesimo quingentesimo Carolum Principem ubstrinximus, ut Proviociâ evocaremur, cujus pacti fructum, & Caroli Cæsaris, & Philippi filii durante imperio, retiouimus. Et quoniam Ecclesiasticus ordo nobiscum communem Remp. constituit, ex indissolubili nexu, quo invicem obligamur, ita separari disjungique non possunt, quæ longis temporum spatiis coaluere. Tanto mious in præjudicium alicujus statui poterit, præsertim eum sine Conventu Ordinum, sine relatione ad populum Ordinesque institutâ, nihil agi gerique possit. Præterea ad vos ire, nec anni tempus, nec clausum navigantibus mare permittet, neque censemus Præsules oostros (quod in Concilio Turonico factum) ad hoc teneri, imprimis cum ex præceptione regiâ ab isto onere liberentur. Quare excusabis absentiam illorum, dabisque veniam illurum libertati, cujus argumentum hoc in casu allegandum est. Quod si feceris, beneficia, quæ nostræ potestatis erunt, à nobis exspectabis, habebisque ceteris in rebus nos dignitatis tuæ reverentes. Ita à Nicolao Landensi, Petro Fosueidico, Eysone Wittinghio, Henrico Steenvicano, Everardo Dotechemio, Isbrando Harderviceno, Henrico Kesselio, Ruardo Roorda, Haringio Glinsio, Valerio Cammingha, Docone Martna, & Hesselo Aylina signatum.

Schenkus, neglectis iis, indictum a se Concilium auspicatur & absolvit; præsente eorum electo Episcopo Drutio.

Archiepiscopus, qui licentiæ vivendi libertatis speciem obtendi cernebat, dimissis a se humaniter ablegatis, indictum Concilium cum Suffraganeis Episcopis, inter quos & *Remigius Drutius*, electus & confirmatus Leovardiensis Episcopus numerabatur, & Abbatibus duobus, S. *Pauli* nimirum ex Trajectinis, & *Insulæ D. Mariæ* ex Gelris, auspicatus est & absolvit, eâ ratione qua *Bataviæ Sacr. part.* 2. per plures paginas expositum fuit.

Lex sub hæc renovata, ne quid extra Censorum judicium evulgaretur; unde liber, incerto auctore proscriptus: aliæ dein leges latæ in contravenientes fidei.

Philippus, Rex sub hæc novitatibus reprimendis instabat; partem edicti a Carolo patre Anno 1550. publicati, per Senatum Regium renovavit, vetuitque IX. Kal. Anni 1562 nequid in publicum, præterquam de consilio Censorum ederetur, pœnâ 100. aureorum constituta. Sic liber *de Confessione fidei* incerto auctore, & spreta Censorum auctoritate editus, a Senatu per Frisiam Regio damnatus est.

Dein litteræ a Senatu Regio III. Idus Nov. Leovardiæ exaratæ ad Prætores, Magistratusque per Provinciam datæ, quibus statuebat; "Ne qui clam conventus populi con- "cionesve essent, intraque Præturas aut oppida ulli advenæ, præterquam probatæ in Ec- "clesiam fidei reciperentur. Sanxit insuper, ut ex optimis quibusque Magistratus populi "Frisici crearentur, arcerenturque communione munerum dignitatumque novarum reli- "gionum suspecti, tum & a fœdiore vitâ, temulentiâ ac adulteriis infames.

"Franekeranos etiam, velut majore rerum licentiâ præ ceteris usos, idem Senatus "commonuit, ut frequentes Sacris intersint, remque divinam more majorum agant, ab- "stineantque privatis consultationibus Philippo Regi & simul paci publicæ adversis".

Conventus Cleri indictus ad onera coacti Tridentl Concilii ferenda.

Et quoniam œcumænicum Concilium jam diu Tridenti indictum & habitum fuerat ad stabiliendam avitam fidem Catholicam, errores ei adversos de medio tollendos, collapsamque in Clero & populo disciplinâ, prout tempora ferebant, restaurandam, Margareta Gubernatrix datis Anni 1563. ad Præsidem Senatumque Regium litteris totius Cleri Conventum indixit, in quo de subsidio tam gravi oneri ferendo tractaretur. Litteræ in Cleri Comitiis a Carolo Nitzenio prælectæ, ejus erant tenoris;

Concilium Tridenti coactum nostis, ac jam Episcopos sacræque paginæ Doctores celebrando isti Christiani orbis conventui isthuc se contulisse. Et quoniam tanta,ac tam sancta res sine magnis impensis geri non potest, rectè & ex voluntate regis facietis, si, quod ab omni clero per Belgicæ Provincias factum est, pecunias quoque isti negotio colligatis. Neque spero vos in illo Philippi regis decreto exequendo tardos ac contumaces fore, præsertim cum stabiliendo Ecclesiastico Ordini, & reprimendis erroribus jam ubivis grassantibus, istud Concilium destinetur.

Missæ de eodem argumento litteræ ad Horti-Mariani Præsulem.

Similes litteræ ad Godefridum Sylvium, Horti-Mariani Præsulem datæ, quo ejus auctoritate Præsules alii per Frisiam sacrum ad æs corrogandum extimularentur. *Neque enim* (scribebat Gubernatrix) *huic tributo oblocutum est, etiam ab iis, qui a Belgicæ olim Provinciis secreti, magno corpori ex justis Principis Imperiis se sociavêre.*

Sed

Sed cum res Catholica variis edictis & pœnis in fœdifragos latis minus proficeret, quin & per missos in Provincias fidei Inquisitores incolarum animi magis exulcerarentur, medium stabiliendæ fidei & comprimendis erroribus magis oportunum Cæsari dudùm, ac dein Philippo filio visum est novarum Sedium Episcopalium erectio; maximè cum Sedes quatuor per Belgium ac quinque tam arduo operi impares forent.

Sic probante Principum eorum zelo, ex VII. delegatorum Cardinalium consilio, Paulo IV. Pont. Max. nova per Frisiam Sedes Leovardiæ figenda decreta fuit.

§. III. *Per novæ Sedis in Frisia erectionem.*

PAuli IV. de novarum Sedium per Belgium erectione Diploma *Bat. Sacr. part. II. pag.* 2 *&* 3. prolatum est.

Novarum Sedium erigendarum postremum consilium; & imprimis Leovardiæ, ex hoc Pii IV. Diplomate.

Sed specialis Pii IV. *Limitum* Frisiæ Bulla, Anno 1561. Paulinum Diploma subsecuta est. Bullam hanc, a nemine hactenus quod sciam, nisi a *Sim. Gabbema* in sua Leovardiæ Descriptione pag. 405. &c. haud ita pridem traditam, ex authentico Ultraj. Eccl. Codice hîc juvat apponere,

PIus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Regimini universalis Ecclesiæ, disponente Domino, præsidentes pro Ecclesiarum quarumlibet, præsertim noviter erectarum, illisque præsidentium & in Divinis servientium statu salubriter dirigendo, prout ex debito nobis injuncti pastoralis officii tenemur, sollicitæ considerationis aciem extendimus, & ad ea, per quæ Ecclesiarum ipsarum Dotationi, decori & venustati, suorumque Præsulum, Capitulorum & aliarum personarum Divinis ibi laudibus insistentium statui & oportunæ subventioni, cum Divini cultus augmento, & animarum Christi fidelium salute consulitur, nostræ sollicitudinis partes libenter adhibemus, ac alias super his etiam nonnulla, quæ à prædecessoribus nostris licet consulte gesta fuerint, ex saniori tamen consilio prudenter immutando disponimus, prout locorum & temporum personarumque qualitas exigit, ac ipsarum Ecclesiarum utilitas persuadet, & id in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque alias postquam felicis recordationis Paulus Papa quartus, prædecessor noster, ut providi Pastoris debitum requirebat, in ea Inferioris Germaniæ parte, quæ Charissimo in Christo Filio nostro, Philippo Hispaniarum Regi Catholico hereditario jure subjecta est, pro tanta celeberrimorum illius oppidorum frequentia, populorumque multitudine, adeo paucas Ecclesias Cathedrales inesse considerans, ut illarum Episcopi, ea qua opus erat diligentia, tantam animarum multitudinem regere non possent; Idque eo quibusdam difficilius esse, quod homines Diœcesani sui inter se vulgari idiomate institutisque differebant, & quidam eorum etiam ejusmodi privilegia habebant, ut ipsos ad Sedem Episcopalem evocari non liceret, unde præfati Episcopi nec fidei Catholicæ Doctrinam, nec rectam vivendi rationem populos illos docere, nec in delinquentes animadvertere commode quibant, illicque fides & animarum salus ob pullulantes hæreticorum & schismaticorum, quibus ipsa regio undique fere circumdata erat, insidias pestiferasque Doctrinas, maximo in discrimine versabantur. His aliisque gravibus causis impulsus, volens etiam præfati Philippi Regis hæc illi humiliter supplicantis precibus, proque desiderio in ea parte satisfacere, habita, sicut tanta res postulabat, cum Fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, matura deliberatione, de eorum consilio, atque Apostolicæ potestatis plenitudine Trajectensem civitatem & Diœcesin à Coloniensi Provincia, cui tunc erat Metropolitico jure subjecta, ac Leowardiensis dictæ Diœceseos, diversaque alia tunc expressa oppida insignia ejusque regionis, cum omnibus & singulis suis terminis, territoriis, Cleris, populis & personis, Monasteriis, piis locis & beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, à suis quoque Provinciis & Diœcesi Apostolica authoritate perpetuo segregaverat, diviserat & separaverat, ac Leowardiensem reliquaque oppida præfata sic divisa in Civitates, Sedem vero Trajectensem tunc Episcopalem in Metropolitanam, ac Parochialem Sancti Viti primariam Leowardiensem, certasque alias aliorum oppidorum in Civitates erectorum hujusmodi Ecclesias in Cathedrales, pro totidem Episcopis creandis, qui suis quoque Ecclesiis præessent, erexerat, ac Leowardiensi aliisque Ecclesiis Cathedralibus & civitatibus præfatis certos districtus Provinciarum suarum postmodum ab eo illuc mittendum limitandos, pro sua Diœcesi perpetuo concesserat, nec non Leowardiensem & certas alias tunc expressas Ecclesias, civitates & Diœceses Ecclesiæ Trajectensi pro sua Provincia subjecerat, singulisque Leowardiensis & aliarum noviter erectarum Cathedralium Ecclesiarum mensis Episcopalibus annuum reditum trium millium ducatorum auri de camera, ex certis decimis & bonis ac fructibus, reditibus & proventibus Ecclesiasticis, per dictum Nuncium specificandis & repartiendis ex tunc, prout ex ea die & è contra postquam specificati & repartiti, ac interim donec specificatio & repartitio hujusmodi factæ ac effectum sortitæ forent, cuilibet ex prædictis mensis pro earum Dote alium annuum reditum, mille & quingentorum ducatorum similium, per ipsum Philippum Regem, ex reditibus & proventibus, quos ex dicta regione percipiebat, singulis Leowardiensi aliisque noviter institutis Episcopis pro tempore existentibus annuatim quousque specificatio & repartitio hujusmodi factæ, ac pro earum tantum parte, quæ plenarium suum effectum minus sortita foret nec ultra integrè & proportionabiliter persolvendum perpetuo applicaverat & appropriaverat, ac eidem Philippo Regi ejusque successoribus, qui pro tempore ejusdem regionis in temporalibus Domini essent, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore existenti personas idoneas ac alias certis tunc expressis modo & forma qualificatas, ad Leowardiensem & alias Cathedrales Ecclesias sic erectas,

tam à primæva illarum erectione hujusmodi, quam quotiescumque illas in posterum vacare contingeret, Romano Pontifici, qui pro tempore foret per eum in Episcopos ad nominationem hujusmodi ordinandas in perpetuum reservaverat, per quasdam sub plumbo, & deinde per alias suas in forma brevi litteras, venerabili Fratri nostro, tunc suo Salvatori Episcopo Clusino suo & Apostolicæ Sedis in partibus illis Nuncio, dederit in mandatis, ut personas idoneas quæ per Provincias & Diœceses prædictas distinguerent & limitarent, ac Dotem dictarum Ecclesiarum à Monasteriis & Præposituris sub illis consistentibus dismembrarent & assumerent, cum potestate omnia in his necessaria faciendi vice sua deputaret dilectus Filius noster Antonius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Granvellanus nuncupatus, ac quatuor alii scientiâ & probitate insignes viri, quos ipse Salvator Episcopus & Nuncius dicto prædecessore interea de medio sublato, prætextu mandari posteriorum litterarum hujusmodi substituerat, licet forsan eorum aliqui de illis personis non essent, quæ ad id canonicè subdelegari possent, facta nihilominus perquam diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè pensatis animadvertentes quod si passim in Ecclesiis de Dotibus suis per dismembrationes bonorum à Monasteriis & Præposituris hujusmodi provideretur, cultus Monasticus non mediocriter læderetur: Quinimo præstare in aliquibus locis, præsertim ubi magnus Monasteriorum aliorumque locorum Regularium numerus haberetur, aliquot eorum penitus supprimi & eorum fructus, redditus & proventus in easdem Dotes aliasque Ecclesiarum erectarum necessitates converti, ac designationes & limitationes Provinciarum ac Diœcesium, divisionesque & distributiones oppidorum ac jurisdictionum, in nonnullis partibus ipsarum Diœcesium commodiores illis, quæ per primo prædictas litteras statuebantur constitutiones & assignationes Dotium: & denique numerum personarum ac Dignitatum, Præbendarum, beneficiorum & officiorum, statum quoque & formam in prædictis Ecclesiis, etiam per hujusmodi dismembrationes, applicationes, suppressiones, translationes, novas Institutiones & alias in universum accommodas rationes habendas, ut accepimus, censuerint: Ipsamque Leowardiensem Diœcesin & ejus districtum, oppida, castra, villas, pagos, & alia loca infra scripta, videlicet in Comitatu de Oostergoe, *Leowerdin, Dockum, Woerdum, Zwichum, Goltum, Hempens, Huysum, Teerns, Nieuwlant, Bilgaert, Cammingabuer, Leckum, Meedum, Hielsum, Cornium, Britzum, Steens, Finckum, Hium, Wyns, Oldetzerch, Oentzerch, Grietzerch, Rypertzerch, Tietzerch, Zuydwoldt, Hardegarijp, Bergum, Eestrum, Oostermeer, Suwameer, Garijp, Rorda-Huysum, Freons, Ydaerdt, Warregae, Wartun, Wersteens, Aegum, Grouwergae, Sool, Rauwert, Dersum, Sybrandabueren, Irasum, Poppingawier, Ferwert, Blye, Bentum, Genum, Reysum, Liebtaerdt, Ieestum, Wanswaerdt, Merrum, Nyekercke, Hallum, Weetsens, Oestrum, Ee, Paessens, Lyoessens, Jouswier, Aengum, Nieuwier, Niekerck, Aelsum, Engwerum, Morra, Mietselawier, Tonauwert, Nes, Bruntegum, Hantemahusum, Hinura, Werum, Fengum, Holwert, Waxens, Rauwert, Bornwert, Hantum, Bitterwirdt, Bornhuysum, Nyehuysum, Dresum, Ionckfrouwen, Mormerwoldt, Redetzerch, Ackerwolt, Rynsmageest, Feenwoldt, Burdauwerdt, Ianum, Westereyndt, Sybrandehuysum, Oldetzerck, Suyrhuysum, Augustinusgae, Opeynde, Drogenham, Coten, Optwijsel, Buten-post, Lutteke-post, Oldewolde, Luttekewoldt, Westergeest, Swage, Beetz, Beetsterswage, Otterterp, Sygerswolde, Backefeen, Wyngeterp, Henrijck, Cobunderhuysum, Wispel, Cortesweage, Langeswage, Oldegae, Nyegae, Opeynde, Noorderdrachten, Suyderdrachten, Cortehem, Gonichayzum, Bernbergum.* In Comitatu de Westergoo, *Francker, Harlingen, Sneeck, Bolswert, Der Tijst, Worckum, Hindeloven, Staveren, Sloten, Witmaerssum, Burchwert, Hertwert, Hichtum, Schittens, Altarum, Kimsert, Pingum, Mackum, Kornwert, Peaugum, Pundegae, Hieslum, Abbingae, Exmorra, Idzegahuysen, Schraerdt, Abbingawier, Dedgum, Longerhouw, Surich, Ferwolde, Tzerkwerdt, Gronterp, Gaest, Lollum, Franekeruytbueren, Hitzum, Herbayum, Achlum, Doengum, Buer, Riedt, Peyns, Sweyns, Schalsum, Midlum, Tzum, Minnerscha, Ferdtgum, Tyemarum, Sexbierum, Oosterbierum, Pietersbierum, Wynaldum, Harlingerutbuyren, Betsgum, Wier, Berlineum: Slappeterp, Schingen, Ryp, Meynaldum, Englum, Marssum, Blessum, Deynum, Boxum, Reydum, Mantegum, Oosterwierum, Bosum, Britswert, Wiewert, Oosterlittens, Winsum, Baerdt, Huyns, Lyons, Hylaerdt, Iorwerdt, Beers, Jellum, Hydaerdt, Itens, Luttikewierum, Wommels, Cuebaerdt, Hennaerdt, Oostereyndt, Welsrijp, Wassens, Spangum, Eedens, Bayum, Gauwe, Goingum, Offingawier, Loingum, Goutum, Nielandt, Tyallehuysum, Oppenhuysen, Wrwaningergae, Terns, Oosthem, Ysbrechtum, Folsgara, Holjum, Oldegae, Abbegae, Santfert, Westhem, Ydzegae, Nyehuysum, Smallebrugge, Hommerts, Iortrijp, Ipkelsga, Woldseynde, Gasmaer, Heech, Wyckel, Sundel, Oldemardum, Nyemardum, Mirns, Backhuysum, Hemelum, Scharle, Warns, Molkwerum, Condum, Oldewolde, Oldegae, Niegae, Elahuysen, Harich, Rugahuysum.* In Comitatu Septem-Sylvarum, *Goengrijp, Broeck, Broeckswage, Langweer, Indedijcken, Ter-oele, in de Nye Meer, Sint Nicolaesga, Hyauwere, Oosterhaule, Doniegae, Tzeerckgeest, Echtna, Oostersee, Lemmer, Eestergae, Follegae, Echtelen, Cattribant alias Opperbant, Lyoenbert alias Liouwert, Iellebert alias Tyalbert, Gersloot, Boursterswagen, Iobbega, Schuyringergae, Oldeborn, Nieborn, Catlijck, Brongergae, Oldeschoten, Nieschoten, Rottum, Delsterhuysum, Oldegae, Nyegae alias die roode Helle, Oldeborne, Acerum, Nesz, Terberne, Caple, Ackmarijp, Westermeer, Snikswage, Hasscherkedijcken, Nyehaska, Oldehaska, Hascherborn, Oldeberkoop, Nyeberkoop, Mackinge, Dombroeck, Oosterhaule, Langedijck, Oosterwolde, Foechtinge, Appelsche, Esloe, Wolvegae, Nyetrine, Oldetrijne, Spangen, Scherpelseel, Munkebuerum, Oldelemmer, Nyelemmer, Nyeholtwolde, Opteritsert, Oldeholtpade, Nieholtpade, Buel, Noordtwoldt, Finckegae, Steggerden, Pepergae, Blesdijck.* In duabus Insulis adjacentibus, scilicet, *in Scellinck, Sancti Brandarii, Surijp, Midlandt, Hoorn, in Amelandt, Hollum, Ballum, Nes,* eorumque districtus & territoria assignarint, ac super præmissis seu majori illorum parte processus, rebus omnibus serie digestis, formandos curaverint, prout in illis ac singulis litteris prædictis aliisque scripturis desuper confectis plenius continetur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus quidem semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interesset, quique partitionem & ordinationem per eosdem subdelegatos, quantum ad civitatem & Diœcesin Leovardiensem attinet oculariter perspectas, prudenter examinatas, & in scriptis concorditer digestas fuisse attendentes, ac partitiones etiam quoad limites ipsius Diœcesis Leovardiensis cum omnibus

bus & singulis oppidis, Castris, villis & aliis Locis in ea comprehensis, nec non ordinationes omnimode subdelegatorum hujusmodi ac prædictarum aliarumque litterarum, scripturarum desuper confectarum & inde secutorum aliorumque hic & de necessitate exprimendorum tenores præsentibus pro expressis habentes, nec non illa omnis & singula & grata & rata habentes, ac Apostolicæ confirmationis roborantes, munientes, omnesque juris & facti defectus, (si qui intervenerint) in eisdem supplentes, ac illis in hac parte inhærentes, nec non litteras dicti prædecessoris & in eis contenta quoad illa ceteraque infrascripta immutantes. Et nihilominus pium & laudabile dicti prædecessoris institutum prosequi, & ad hunc effectum mensæ Leovardiensi de congrua dote providere volentes, ac attendentes, quod neque in civitate Leovardiensi, neque in alia parte Frisiæ ulla secularis collegiatâ Ecclesia, quamplura autem diversorum ordinum Monasteria reperiuntur, adeo ut præ eorum multitudine non satis personarum Monasticam vitam agere volentium inibi reperiatur. Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in beatæ Mariæ de Mariegaerdt Præmonstratensis Ordinis, ea nunc prout ex tunc & è contra cum primum Ecclesiæ Leovardiensi præfatæ de Episcopo & Pastore canonicè provisum fuerit, inde Bergum verò prope dictam civitatem Leovardiensem Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium Monasteriis, & quæ Conventu caret præpositura beatæ Mariæ Bolsverdianæ ejusdem Præmonstratensis Ordinis, olim Trajectensis, nunc vero Leovardiensis Diœcesios. Quorum insimul & illis forsan annexorum fructus & proventus trium millium ducatorum auri, de camera secundum rationem, existimationem, & valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt etiam ex nunc prout ex tunc & è contra, cum primum illa processum etiam ex causa permutationis, vel decessum seu quamlibet aliam dimissionem vel amissionem modernorum illorum Abbatum & Præpositi, vel commendatariorum respectivè aut alias quovis modo etiam apud sedem prædictam vacare contigerit, etiam si actu nunc etiam ut permittitur vacent, & tanto tempore vacaverint, quod Monasteriorum provisio, & præpositure prædictorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii, aut alias Canonicas sanctiones, ad eandem sedem legitimè devoluta, ipsaque præpositura dispositioni Apostolicæ specialiter vel generaliter reservata existant, & ad illam consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam Jurisdictionalis immineat animarum nec non Monasteriorum ipsorum provisio ad nos etiam specialiter vel generaliter pertineat, ac de illis consistorialiter disponi consueverit, seu debeat, super eis quoque ac dicta præpositura inter aliquos lis, cumque statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa nomen & rem ac denomiationem Monasteriorum & præpositure, nec non ordinem omnemque statum & dependentias regulares, ac Abbatiales dignitates locaque & Canonicales portiones eorundem, nec non sex majores & pinguiores perpetuas Cappellaneas seu Vicarias ejusdem Ecclesiæ Leovardiensis, per Episcopum ipsum specificandas, dicta auctoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuo supprimimus & extinguimus, ac dilectos filios, Abbatem & Conventum nec non Canonicos aliasque personas ejusdem Monasterii de Mariegaerdt, ab ulteriore professionis & institutorum, regularum dicti Præmonstratensis Ordinis observatione, habitu rituque omnino absolvimus & liberamus, ac ad statum Canonicorum secularium, ita quod deinceps in seculari eorum habitu incedere, omnibusque & singulis privilegiis, prærogativis, exemptionibus, libertatibus, favoribus, gratiis & indultis, quibus alii Canonici seculares Cathedralium Ecclesiarum de jore & consuetudine, ac alias quomodolibet utuntur, potiontur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterint, quomodolibet in futurum ipsi uti, potiri, & gaudere libere & licite valeant, nec ad aliud quam ad castitatis per ipsos emissum votum teneantur, ejusdem auctoritate & tenore etiam perpetuo reducimus. Nec non in eadem Ecclesia Leovardiensi unum Decanatum, qui inibi dignitas post Pontificalem major existat, pro uno Decano, ac loco dignitatis Abbatialis unom Archidiaconatum, qui etiam inibi dignitas non tamen post Pontificalem major sit, ac unum & onam pro Abbate, nec non loco novem locorum & Canonicalium portionum dicti Monasterii de Mariegaerdt, alios novem Canonicatus & novem Præbendas, pro novem antiquioribus ejusdem olim Monasterii de Mariegaerdt Canonicis, nec non loco sex Cappellanearum vel Vicariarum suppressarum prædictarum, alios sex Canonicatus & totidem Præbendas, pro olim sex Cappellanearum seu Vicariarum hujusmodi possessoribus cum plenitudine Juris Canonici similiter perpetuo erigimus & instituimus, ac suppressorum Monasteriorum, portionum, Cappellanearum, Vicariarum & præpositure, illisque annexorum eorundem fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, de *Mariegaerdt* videlicet Capitularii. De Bergum vero Monasteriorum & Præpositure prædictorum Episcopalis dictæ Ecclesiæ Leovardiensis mensis, ita quod liceat Capitulo de *Mariegaerdt*, ac hujusmodi vacatione occurrente Episcopo Leowardiensi pro tempore existente per se vel alium vel alios corporalem possessionem fructuum, reddituum, jurium, proventuum, obventionum & emolumentorum ac aliorum bonorum de Bergum Monasteriorum & Præpositure ac illis annexorum hujusmodi propria auctoritate libere apprehendere & retinere, illaque in suos & mensarum prædictarum respective usus & utilitatem convertere cum suis, licentia desuper minime requisita: dummodo dilectis filiis ejusdem Monasteris de Bergum Canonicis superstitibus in alium honestum locum ordinaria auctoritate transferendis ad eorum vitam bona & sufficiens annua pensio super fructibus, redditibus, & proventibus, Monasterii hujusmodi assignetur, & ea quæ in Monasteriis & Præpositura prædictis ad eleemosynam faciendam antiquitus deputata fuerunt, in eisdem locis perpetuo pauperibus erogentur. Ipseque Episcopus Leovardiensis pro tempore existens Ecclesiam dicti Monasterii de Bergum in Parochialem erigat & instituat, illisque de idoneo Rectore ad divina ibidem exercenda provideat. Dicta auctoritate ex certa scientia perpetuò applicamus & appropriamus, nec non Abbati de Archidiaconatu uno de una & reliquis novem Canonicis de singulis novem, ac sex olim Cappellaneis seu Vicariis de reliquis sex Canonicatibus & totidem Præbendis Ecclesiæ hojusmodi sic ut præfertur erectis, quorum singulorum fructus, redditus, & proventus viginti quatuor ducatorum similium secundum existimationem eandem, valorem annuum, ut accepimus, aut excedunt à primæva illorum erectione hujusmodi apud sedem prædictam vacantibus, de quibus pro eo quod dudum omnes dignitates ac Canonicatus, & Præbendas ceteraque beneficia

Ecclesiastica, cum cura & sine cura apud eandem sedem tunc vacantia & in antea vacatura collationi & dispositioni Jure reservavimus: decernentes ex tunc irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari præter nos hac vice disponere potest reservationem, & decreto obsistentibus supradictis cum dicti Juris plenitudine ac omnibus juribus & pertinentiis suis eisdem auctoritate & tenore providemus, & eidem Episcopo Leovardiensi Decanatum præfatum ab ejus primæva erectione hujusmodi vacantem cum juribus & pertinentiis suis personæ idoneæ hac vice duntaxat auctoritate nostra conferendi & providendi facultatem nec non collationem, provisionem, putationem, institutionem, electionem, confirmationem & quamvis aliam dispositionem omnium & singulorum Prioratuum, Præpositurarum, Præpositatuum, Dignitatum, personatuum, administrationum & officiorum Parochialiumque & alias Ecclesiasticas ceterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura secularium & quorumvis Ordinum Regularium ad Abbatis Monasterii de Bergum & Præpositi pro tempore illorum præpositurae prædictorum collationem, provisionem, putationem, electionem, institutionem, confirmationem & quamvis aliam dispositionem spectantium vacatione illorum pro tempore occurrente faciendas eadem auctoritate concedimus, & assignamus dilectis filiis Conventibus de Mariegaerdt & de Bergum Monasteriorum prædictorum, aliisque quibusvis & dictorum ordinum superioribus & aliis personis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis majoris latæ sententiæ, nec non privationis omnium dignitatum, officiorum & beneficiorum Ecclesiasticorum per eos pro tempore obtentorum, inhabilitatisque ad illa & alia in posterum obtinenda, prius per contra facientes eo ipso incurrendis, districtius inhibentes, ne ad electionem seu postulationem de Mariegaerdt & de Bergum Monasteriorum Abbates aut Præposituræ Beatæ Mariæ hujusmodi provisionem, dum illa vacabunt, & si nunc vacent ut præfertur, procedere, vel aliud in præmissis vel eorum aliquo quoquomodo alterare, aut illis refragari præsumant, nec non suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, applicationem, appropriationem, concessionem, assignationem & alia præmissa ac præsentes litteras sub quibusvis revocationibus, suspensionibus & derogationibus similium vel dissimilium suppressionum, applicationum, appropriationum, concessionum, per nos & Sedem prædictam sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis litteris & decretis pro tempore factis, minime comprehendi, sed ab illis semper exceptas: & quotiens illas suspendi, revocari aut illis derogari contigerit, totiens eas in pristinum statum restitutas, & de novo concessas, ac etiam ad hoc ut sub revocationibus, suspensionibus & derogationibus hujusmodi minime comprehendantur, sed ex nunc vere & non ficte suum plenarium & integrum effectum sortiantur, suppressionemque, extinctionem, applicationem, appropriationem, concessionem, assignationem, aliaque præmissa de non vacaturis, sed de vacantibus Monasteriis & Præpositura prædictis, factas, & per illas ex nunc Episcopali & Capitulari mensis, ac pro tempore existentibus Episcopo, Capitulo & Canonicis præfatis jus in requisitum existere, ac præsentium litterarum suspensiones, revocationes, derogationes & alias contrarias dispositiones pro novis illarum concessionibus & restitutionibus haberi & censeri. Et nihilominus quascunque electiones, provisiones, commendas, surrogationes aliasque dispositiones, quas ex nunc de cetero & per sedem prædictam de Monasteriis & præpositura prædictis, quomodocunque fieri contigerit nullas & invalidas nulliusque roboris vel momenti fore decernimus. Ut idem Episcopus suam Ecclesiam personis, ut insignem decet Cathedralem, eruditis & ad jurisdictionem inibi exercendam ceteraque munera Ecclesiastica obeunda idoneis, debite instructam habeat, iisdem auctoritate & tenore etiam perpetuo statuimus & ordinamus, quod cum primum Archidiaconatum ac decem Canonicatus & totidem Præbendas primo dictas per cessum & ex causa permutationis, vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem vel etiam privationis via, amissionem quorumlibet ex Archidiacono & novem Canonicis prædictis aut alias vacare contigerit, unus & una Episcopo prædicto ratione quorum sit Capitularis, habeatque locum & vocem in Capitulo, super Decanum & reliquos Canonicos confratres suos affecti sint, reliqui verò novem Canonicatus & Præbendæ, tres videlicet priores tribus Doctoribus vel Licentiatis in Theologia, & alii tres aliis tribus Doctoribus decretorum seu in eis Licentiatis, & reliqui tres Canonicatus & Præbendæ hujusmodi reliquis tribus nobilibus & in Jure vel Theologia saltem ad gradum Licentiaturæ in famosa Universitate studii generalis, cum rigoroso examine promotis ordine servato, in perpetuum concedi & assignari debeant, quodque ad Archidiaconatum & sex priores tam nobiles quam ignobiles, ut præfertur, tamen graduati & qualificati, ad reliquos vero tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis decem prædictis Canonicatibus & Præbendis nulli nisi nobiles & graduati ut præfertur assumi possunt. Ac Archidiaconus ipse post tamen dilecti filii moderni Ecclesiæ Trajectensis prædictæ Archidiaconi cessum vel decessum, plenariam & eam jurisdictionem Archidiaconalem in universa Diœcesi Leovardiensi, quam ceteri Cathedralium Ecclesiarum partium illarum Archidiaconi de jure vel consuetudine habent vel habere debent, habeat: alius vero sit Archipresbyter civitatensis seu ipsius civitatis Leowardiensis, qui specialem Pastorum seu Rectorum Parochianorum & concionatorum in eadem civitate curam habeat: alius autem ex tribus prioribus Canonicis Doctoribus Pœnitentiarius Diœcesanus existat: præterea apud alios duos Doctores vel Licentiatos seniores, unum videlicet Theologiæ Professorem, alterum vero Jurisperitum, potestas tota Diœcesis Leowardiensis, dum & quoties ab eodem Episcopo ad id requisiti fuerint visitandi; quibus etiam reliqui graduati, quotiens ad id similiter requisiti fuerint, assistere debeant. Apud Archidiaconum vero & tres alios ex graduatis hujusmodi duos videlicet Theologos & unum Jurisperitum, potestas Clericos ad ordines sacros promovendos, & Rectores, Parochianos quacunque auctoritate provisos, ad curæ Pastoralis exercitium admittendi sit & permaneat; ita tamen quod ipsi nullos prorsus nisi idoneos, quantum ad animarum curam pertinet & quod personalem facient residentiam expresse juratos, admittere valeant, ac tam Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius, quam reliqui Canonici ratione Præbendarum suarum, hujusmodi consilium & operam in negotiis Ecclesiæ ac religionis ceterisque difficultatibus pro tempore emergentibus, quando & quotiens ab eodem Episcopo requisiti fuerint, tam conjunctim quam divisim fideliter præstare teneantur. Et ut

de

de viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratius proſpiciatur, quod prædicti novem Canonicatus & Præbendæ, quotiens illos deinceps proximis futuris temporibus vacare, ot præſertur, contigerit, ad electionem Epiſcopi & graduatorum Canonicorum prædictorum ſuperſtitum per eos conferantur; & in hujuſmodi electione Suffragium Epiſcopi non plus juris ſive momenti quam cujuſvis graduatorom habeat, niſi vocum paritate occurrente; quo in caſu iteratum Epiſcopi Suffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat, quodque poſt hac decem Canonicatus & decem Præbendæ prædicti ſub nullis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus, etiam in corpore Juris clanſis, nec non expectativis, coadjutoriis, facultatibus, indultis, mandatis etiam de providendo, commendando & aliàs diſponendo primariis precibus, aut aliis præventivis gratiis per nos aut Romanos Pontifices Succeſſores noſtros pro tempore exiſtentes, & dictam Sedem Apoſtolicam, vel ejus Legatos, etiam conſideratione, contemplatione & intuitu, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum & aliorum Principum ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & ex quacunque cauſa quantumlibet urgente pro tempore factis & conceſſis comprehendantur, nec etiam tanquam vacantes apud Sedem prædictam, aut ulla alia ratinne generaliter vel ſpecialiter reſervari, oec illorum vacationem etiam per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis apud Sedem eandem adveniente de illis provideri vel aliis quoquomodo diſponi poterit. Et quum impia hæreticorum ſtudia temporiſque malitia viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutius abeſſe non pationtur, quod ſi Canonici graduati prædicti ab eadem Eccleſia, niſi ab eiſdem Epiſcopo vel Capitulo miſſi per duos menſes abſuerint integros, ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, ac poteſtatis Capitulo cedant, nec non omnes proventus ſingularum ſex decem Præbendarum prædictarum in duas æquales partes dividantur, quarum altera quotidianis diſtributionibus, his ſolùm qui divinis officiis in choro deſervierunt, & inibi à principio uſque ad finem, excepta neceſſitatis cauſa permanſerint, miniſtrari debeat, nec quiſquam ulla diſpenſatione vel privilegio Apoſtolico, quacunque caoſa impetrato vel conceſſo, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſunt. Jus vero prædictos decem Canonicatus & Præbendas conferendi & de illis diſponendi, vel ad illos eligendi, nec non civitatem & Diœceſim Leovardienſem prædictas, omniaque & ſingula Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cora, ſecularia & quorumvis ordinum, regolaria & alia pia loca in illis conſiſtentia viſitandi & jos illa conferendi, de illis providendi ac alias quomodolibet diſponendi, nec non perſonas inquirendi, jus dicendi, puniendi, corrigendi, & emendandi, aliaque Jura, fructus, redditus, proventus, res & bona quæcunque per quoſvis Archiepiſcopos & Epiſcopos in eiſdem civitate & Diœceſi Leowardienſi, ordinario jure, haberi & percipi ſolita ab illis corumque Diœceſi & menſis Archiepiſcopalibus & Epiſcopalibus, ita quod ipſi ſe deinceps in illis aliquatenus intromittere, ullamque in his actionem prætendere nequeant, aliiſque ad quos ſpectat poſt promotionem primi Epiſcòpi Lenwardienſis hujuſmodi perpetuo abdicantes & amoventes, nec noo jus decem Canonicatuum & Præbendarum conferendorum in præmiſſum electionis modum immutantes ad Epiſcnpom & novem Canonicos graduatos prædictos, reliqua vero abdicata & amota præmiſſa ad eoſdem Epiſcopum Leowardienſem ejuſque menſam transferentes, ac abdicata, amota, immutata & tranſlata eſſe, nec non ad Epiſcopum & reliquos Canonicos prædictos modo & forma præmiſſis plenariè pertinere, ſicque per quoſcumque judices & commiſſarios quavis auctoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicàndi & interpretandi facultate & auctòritate judicari & definiri debere; nec non prout eſt quoad erectos Archidiaconatom ac Canonicatus & Præbendas, ſi attentatum forſan eſt hactenus vel inpoſterum, ac quoad reliqua præmiſſa ex nunc, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi ac Atrebatenſi & Feltrenſi Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, præſentes litteras & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit ac qnoties pro parte moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi ac Capituli Leovardienſis, nec non Archidiaconi, ſingulorumque Canonicorum prædictorum, & aliorum quorum intereſt & quomodolibet iutererit in futurum, fuerint requiſiti ſolemniter publicantes eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis Defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos omnes & ſingulos confirmatione, approbatione, ſuppletione, ſuppreſſione, extinctione, applicatione, appropriatione aliiſque omnibus & ſingulis præmiſſis pacifice frui & gaudere, ac alias hujuſmodi litteras & in eis contenta firmiter obſervari, inducentes Archidiaconum & ſingulos Canooicos prædictos in corporalem poſſeſſionem Archidiaconatus ac ſingulorum Canonicatuum & Præbendarum ſic erectorum, joriumque & pertinentiarum prædictorum reſpective, & defendentes inductos, amotis quibuſlibet detentoribus ab iiſdem, ac facientes eoſdem Archidiaconum, & Canonicos vel Procnratores ſuos pro eis, ad ſingulàs Præbendas in dicta Eccleſia Leowardienſi in Canonicos recipi & in fratres, ſtallis ſibi in choro & locis in Capitulo Eccleſiæ hujuſmodi cum dicti juris Canonici plenitudine aſſignatis, nec non Archidiaconum vel Procuratorem ſuum prædictum ad eundem Archidiaconatum ut eſt moris admitti, ſibique & reliquis Canonicis prædictis de Archidiaconatus ſingulorumque Canonicatuum & Præbendarum prædictorum reſpective fructibus, redditibus, proventibus, joribus & obventionibus univerſis integre reſponderi: contradictores quoſlibet & rebelles ac præſentibus non parentes etiam ſub communis latæ ſententiæ ac privationis Beneficiorum & Officiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque ſecularium & quorumvis ordinom Regularium, & inhabilitatis ad illa aliaque inpoſterum obtinenda. Ita quod beneficia & officia per contradictores obtenta tamquam per privationem legitime & Canonice factam, vacent & ab aliis impetrari & per ordinarios Collatores libere conferri poſſint, nec non pecuniarias pœnas arbitrio ſuo imponendas, moderandas & applicandas eo ipſo incurrendas, aliaqoe juris & facti remedia eadem auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: non obſtantibus voluntate noſtra priori & aliis præmiſſis, nec non Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus

in

in Jure præmissis fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii VIII. etiam, prædecessoris nostri, etiam illa qua cavetur ue quis extra suam eivitatem vel Diœcesin nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam à fine suæ Diœcesis ad Judicium evocetur: Seu ne Judices ab ipsa sede deputati extra civitatem vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Judicium non trahatur, aliisque quibusvis Apostolicis, ac iu Provincialibus & Synodalibus conciliis, editis generalibus vel specialibus constitutionibus & adjurationibus ac Ecclesiæ Monasteriorum Præpositura & ordinum prædictorum Juramento Confirmatione Apostolica vel quavis firmitate illa roboratis statutis & consuetudinibus ac fundationibus, si quæ sint, nec non Concordatis dudum inter Sedem prædictam & nationem Germaoicam desuper initis, privilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis Monasteriis, Præposituræ & ordinibus prædictis, eorumque superioribus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum delegatoriis, aliisque efficacissimis clausulis irritantibusque & aliis decretis etiam super electionibus faciendis, ac aliis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis, nec non quibusvis specialibus generalibus reservationibus etiam mentalibus, unionibus, annexionibus & incorporationibus, etiam similibus suppressionibus & extinctiooibus, facultatibus, mandatis, indultis & aliis gratiis quibusvis personis, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, etiam motu simili seu consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis & in posterum concedendis, quas & quæ illorum omnes tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, eorumque omnium vim & effectum quoad præmissa omnino suspendimus & in præmissis effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse decernimus, ac tam eis quam statutis, consuetudinibus, concordatis, fondationibus, privilegiis, indultis & litteris prædictis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqualis exqnisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in isto robore permansuris, hac vice duntaxat speciatim & expressè derogamus, & sufficienter suspeosa illisque derogatum esse decernimus, contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ac Canonicatibus & Præbendis Ecclesiæ Leowardiensis hujusmodi speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel legatorum reservationem & decretum, vel aliis quomodolibet sit processum, quas quidem litteras & processus, habitas per easdem & inde secuta quæcumque ad Præposituram & Archidiaconatum ac Canonicatus & Præbendas hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad esse rationem dignitatem ac Canonicatuum & Præbendarum vel beneficiorum aliorum præjudicium generari. Aut si aliquibus commuoiter vel divisim sit à Sede indultum, quod interdici, suspendi, excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod propter suppressionem, extinctionem, applicationem & appropriationem hujusmodi dictæ eleëmosynæ in Monasteriis & Præpositura prædictis, ab antiquo fieri solitæ, nullatenus negligantur: sed per ipsos Episcopos pauperibus inibi, ut præfertur, perpetuo erogentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, absolutionis, liberationis, reductionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, provisionis, concessionis, assignationis, inhibitionis, statuti, ordinationis, abdicationis, amotionis, immutationis, translationis, decretorum, mandati, suspensionis, derogationis, voluntatis infringere, vel ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo. Sic signatum, Fœd. Carolus Cesus: *& deinde paulo inferius*, Cæ. Glorirerius: *& deinde aliquantulum inferius* A. de Alexiis. *A tergo vero hæc scripta erant*, Verba repetita apud Cæsarem Secretarium & sigillata sigillo plumbeo. *Cui impressa erant hæc verba:* Pius Papa quartus, *in duplici cauda serica rubei croceique coloris subimpendente. Et erant scripta in hujusmodi copia verba hæc sequentia:* Collationata est præsens copia cum suo originali, & de verbo ad verbum concordat. Qood attestor subscriptione & subsignatione propriis, Baebusius Notarius admissus.

Ex hac Pii Pontificis Bullâ. Leovardiensis primaria S. Viti Ecclesia, *Aldenhoa* dicta, in Cathedralem Sedem erecta est.

LEOVARDIENSIS DIOECESIS

PARTITIO.

FRISII hodiè dividuntur in majores ac minores. Majores dicuntur, qui ultra Flevum seu maris australis sinum; minores, qui cis sinum istum degunt. Illi olim Orientales, hi Occidentales appellabantur: unde quæ Borealis Hollandia, modò adhuc *Westfrisia*, seu Frisia Occidentalis vocatur, pertinetque post novarum Sedium erectionem ad Harlemensem Episcopatum.

Frisii duplex: Orientales; & Occidentales:

Verùm quæ ultra Amesum est, nunc ferè Orientalis dicitur: alteri Occidentalis Frisiæ nomen adhæsit; eaque ab agro Groningano, de quo infra, distincta, atque intra Flevum ac Lavicam sita, Fœderati Belgii hodiè Provincia, in tres tractus dividitur; *Oostergoäm* nimirum, *Westergoäm*, ac agrum Sylvestrem, seu *septem Sylvas*.

Occidentalis hodierna in tres partes dividitur,

† Tota regio ex Emmio quadratæ penè figuræ ad VIII. milliaria magna, in longum patens, pari ferè latitudine, pascuis uberrimis læta qua boream & littus spectat, arenosa ac palustris & nemorosa qua meridiem & ortum, Civitates munitas habet VIII. Oppida pulcherrima sine muris III. Abbatias IX. Cœnobia in universum XLVI. Præfecturas juridiciales, quas a jure dicundo patria lingua *Gretanias* dicunt XXVIII. Vicos celebriores CCCXXXI.

Earum situs, qualitas; oppida, municipia, Cœnobia, Præfecturæ,

In *Oostergoä*, Civitates duæ, *Leovardia*, & *Doccumum*, Vici 127. Cœnobia 21: Præfecturæ recensentur hæ:

* *Leovardiana*, *Tyetzercana*, *Iderana*, *Ferverdiana*, *Rawerdiana*, *Dongerana* duplex, *Dantumana*, *Octopagica*, *Collumana*, *Upsterana*, *Smallingana*.

In *Westergoa*, Civitates octo; *Stauria*, *Bolswardia*, *Sneca*, *Ilsta*, *Franekera*, *Harlinga*, *Worcumum*, *Hindelopa*. Viei 127. Cœnobia 24.

Præfecturæ hæ; *Wonserana*, *Franekerana*, *Barrana*, *Meinaldana*, *Baerdana*, *Hennardana*, *Wymbritzana*, *Geestana*.

In agro Sylvestri Civitas, ex Emmio, nulla, Vici 77. Cœnobium I.

Præfecturæ autem istæ; *Donyeverstallæa*, *Lemmerana*, *Anieverdiana*, *Scoterlandica*, *Uttingarana*, *Hascherana*, *Stellinwerficæ* duæ, Orientalis & Occidentalis.

Porro Frisiæ ager secundùm hanc partitionem suprà allato Pii IV. Diplomate continetur.

Pii IV. Diplomate contenta,

Præfectura ferè quælibet, stante Catholico avito cultu, suum habebat Decanum, seu *Provisorem*, ut sæpè vocabant, in spiritualibus,

Decani hi, ut adhue in Prolegomenis meminimus, judices Ecclesiastici erant, quibus singulis jurisdictio, ut & mixtum imperium per terminos Decanatûs; nec in Clerum tantùm, sed & in populum universum, in causa etiam seculari.

& Decanatus,

Non tantùm jus dicebant, sed & decimas, pensiones, mulctas exigebant; easque, deductâ hinc prius sibi competenti portione, Ultrajectum mittebant.

Decani hi aut ab Episcopis, aut ab Archidiaconis olim missi; qui Cæsaris & Philippi Regis tempore non antè admissi, quam Provinciæ Præsidi aut Curiæ Provinciali libellum supplicem obtulissent, ut ex instrumento patebit, quod sub Bolsverdiâ, illius oppidi & tractus Decani occasione, exhibebimus.

Decanorum qui iisdem pridem præsidebant, Eccles. jurisdictio,

Oostergoæ Decanatus eorumque limites accuratos assequi non potuimus. Ex Codicibus tamen ejus Ecclesiæ MS. liquet fuisse *Leovardienses*, & *Collumenses* Decanos.

Westergoa, quæ tota ferè in sacris parebat Præposito S. Joannis Ultrajecti, determinatos habebat Decanos, ab eodem Præposito, qui & Archidiaconus, destinatos; Stauriâ exceptâ, quæ cum *Gaesterlandia* ad Præpositum S. Salvatoris pertinebat, & Worcumo, cui proprius erat Decanus. Ad manum mihi est, *Extractum ex quodam antiquo Registro per Dominum Joannem Roperti, Canonicum Ecclesiæ sancti Petri Trajectensis, conscripto, qui fuit Procurator Domini Joannis Niis, Præpositi Ecclesiæ S. Joannis Trajectensis.* Vixit autem Nyssius Anno 1482. cui successit Dnus Stephanus Rumelaer.

Limites,

† *Ubbo Emm. Rer. Frisic. lib. 1. pag. 14.*

* *Emm. lib. 1. pag. 16.*

Ex antiquo Codice M. Eccl. Traj. expositi,

Concernit autem Codex hic *jurisdictionem* Præpositi S. Joannis *per Comitatum*, *de Westergoa in Oistfrisia.* Codex hic auspicium sumit his verbis; „Præpositus S. Jo. Trajectensis habet semper instituere in quibuscumque annis tam bisextilibus quam non bisextilibus ad quascunque Ecclesias & beneficia sub jurisdictione Oestphrisiæ comprehensa, „præterquam ad Monachales Ecclesias, prout latius in littera concordiæ inter Joannem „Episcopum Trajectens. & Arnoldum Loef Præpositum S. Jo. Trajectens. sub data „Anni M. ccc. tricesimi septimi feriæ sextæ post *Cineres*, concepta & sigillata contin„etur.

„Præpositus antedictus habet jurisdictionem Oestphrisiæ exercendam seu committen„dam semper in omnibus annis, præterquam bissextilibus, & ad eandem exercendam „consuevit Præpositus ponere Commissarium generalem ad tres annos inter bisextiles exi„stentes super omnes Decanatus jurisdictionum. Qui Commissarius consuevit Præposito „respondere pro primo anno *centum sexaginta sex* Florenos Postulatens. & totidem „pro secundo anno. Et pro tertio anno centum septuaginta Florenos Postulatens. & ultra „hoc quolibet anno unum aprum, vulgariter *een Beer* circa Martini (scil. festum) aut sex „Postulatens. pro eodem".

Tum in eodem Codice subsequuntur Decanatus sub ejusdem jurisdictione comprehensi.

DECANATUS BOLSWARDIÆ.

. . . . GRANDIVORUM.

. . . . . . : WAGENBURGI Superioris.

. . . . WAGENBURGI Inferioris.

. . . . ALTAARUM.

. . . . FRANICKER.

. . . . SEXBERUM.

. . . . SCHELLING.

. . . . MEYNALDUM.

. . . . . . : JOERWAERDT.

. . . . . . TERRÆ NOVÆ voc. *op die Bilte.*

Singulorum seriem ad caput cujuslibet Decanatus dabimus.

a Cunero Leovardiensi Episcopo, ut credendum est, observati.

Credendum est Leovardiensem Episcopum Cunerum veterem hanc Decanatuum partitionem servasse; novam per Diœcesin hanc instituisse difficulter existimare licet, non solùm propter turbata ab ipso ferè inaugurationis suæ principio religionis negotia, sed & propter ipsas Præpositorum & Arcbidiaconorum Traj. (quarum specimen dedimus) oppositiones, & antiqui juris ususque assertiones.

Quare in recensendis Ecclesiis, Monasteriis, piis donationibus, servatâ Frisiæ inter *Flevum* & *Lavicam* notâ in tres partes divisione, *Oostergoæ* sc. *Westergoæ* & *Septem Sylvarum*, in Piano Diplomate etiam observatâ, veterum Decanatuum, & quantùm poterimus Præfecturarum rationem habebimus; initium ducentes a capite ejus Diœcesis,

HISTO-

HISTORIA, seu NOTITIA

EPISCOPATUS LEOVARDIENSIS.

L E O V A R D I A,

Frisiæ & Diœcesis hujus caput, Leovardia.



RISIÆ Occidentalis Metropolis, & summi Senatus, multorumque nobilium Sedes, Oostergöensis tractus, Diœcesis hujus caput est. Etymon ejus, ut & aliarum ferè urbium varium; quod aliqui a solo nonnihil supra reliquam planitiem ad brachium maris se attollente, (cujusmodi loca editiora populari Lingua *Weerds*, solent appellare) & a rivulo in maris brachium exeunte, cui *Lee* * nomen fuerit, deductum, & hinc composito vocabulo *Leouuerdiam* dictam volunt. Alii a *Leuuio* quodam caupone, quem Frisii *Werd* dicunt, qui primus eo loci ad trajectum habitarit, atque ex tabernariorum more leonem in tabula depictum pro insigni tabernæ suæ usurparit, vocabulum id loco tributum memorant. Sed hos anicularum delirantium somnium referre arbitratur lib. *de Republ. Fris. pag.* 37. Ubbo Emmius. Ipse verò *ibidem* loco illi editiori a domino *Lewio*, qui in eo ipse habitarit, nomen inditum magis verosimile putat.

ejus etymon varium,

* hodiè *Ee*

& incertum;

aliud tamen alio magis verisimile.

Hanc tamen Emmii opinionem rejicit in sua Leovardia *Simon Gabbema* pag. 5. &c. ac primam stabilire contendit. Huic opinioni savet vox *Lywart*, quæ sæpè occurrit in membrana Trajectina, & omnium primò ad Ann. 1227. nec aliter indigenæ hodiè pronunciant, licet *Leovardiam* vocare ament qui Latinè scripserunt.

Mens. Alt. mot. Germ. part. 2. p. 116.

Putatur civitatis nomen & formam induisse Anno æræ Christianæ MCXC. Verùm perangusto mœnium ambitu, eo loci ubi hodiè Parœcia cum fano, cui patrio sermone *Niebovii*, id est, novi horti, aut aulæ nomen est, medio civitatis, uti ea jam habet, spatio ab occasu in ortum secundum boreum ejus latus porrecta.

Quandò civitatis formam induerit.

Erant verò tum cum oppidum hoc nasceretur vici duo alii, alter ad Occidentem, alter ad Orientem ei proximi, uterque cum fano suo, quorum iste ex fano *Oldehova* (idem ac vetus aula) hic *Hoca*, (*Hoeck*) quod angulum aut hamum significat vocitati, nunc ab aliquot retrò seculis maximâ sui parte cum ipsis fanis oppido additi, ac mœnibus ejus prolatis inclusi, nomenclaturâ priscâ cum Parœciarum jure servatâ.

Vici duo civitati dudum additi.

Habet civitas Diploma signatum IIII. Eid. Julii Anno æræ Christianæ M. CCCCXXXII. Bolsverdiæ, ubi tum Ordines Ostergöæ & Westergöæ Comitia agebant, quo duæ jam dictæ Parœciæ, *Oldehova* & *Hoca* totæ civitati sunt adscriptæ ac Senatus ejus Jurisdictioni subjectæ, non solùm qua intra mœnia, sed etiam qua extra earum ædificia solumque sita erant: idque, ut ait Diploma, omnium Provinciæ Ordinum bono; jussique omnes, qui in judicatu erant, omnesque civitates Decreto isti sine contradictione parère.

Duæ Parochiæ olim civitati adscriptæ.

Tertia his Parœcia postmodùm accessit.

Tertia postmodum iis juncta;

Prior Parœcia, *Aldehova*, Deo in honorem SS. Viti, ac sociorum ejus, Modesti & Crescentiæ Martyrum nuncupata erat.

Altera, *Nyehova*, D. Mariæ Virgini erat sacra.

Tertia, quæ excrescente oppidanorum numero accessit, dicata fuit S. Catharinæ Virgini & Martyri; hodiè Ordinum Frisiæ, ex Hamconio armamentarium.

earum Divi Tutelares,

Primariæ Ecclesiæ collatio, seu *Jus Patronatus*, ut vulgò vocant, erat penes hæredes Frederici Burmanninga, viri nobilis, *Ecclesiæ S. Viti*, ut in dandis mox tabulis legitur, *Parochiani*. Filii ejus, Altetus & Renaldus, Germani fratres jus illud Anno 1300. contulerunt in Abbatem & Cœnobium Horti S. Mariæ, juxta sequentes tabulas;

Collatores;

In nomine Domini & individuæ Trinitatis: Universis Christi fidelibus, hasce litteras inspecturis & audituris in perpetuam rei gestæ memoriam. Ne ea, quæ geruntur simul cum tempore labantur: cum humana memoria sit labilis, omniumque habere memoriam Divinitatis sit potius quam humanitatis. Nos Altetus & Renaldus, fratres Laici, filii quondam Frederici, dicti de Burmanninga, Parochiani Ecclesiæ S. Viti in Olde-Hove, publicè plenèque recognoscimus & profitemur, in his scriptis, Nos scientes, volentes, ætate majores, ex plena deliberatione, communicato insuper consilio cum amicis nostris, pietatis intuitu, in remissionem peccatorum nostrorum; ac in remedium & subventionem animarum nostrorum parentum jam defunctorum, contulisse, dedisse, jus Patronatus, cum omni jure, quod tenuimus, habuimus, possedimus, pacificè & quietè, in dicta Ecclesia in Lieuwerth, *viris religiosis & famosis, Abbati & Conventus Monasterii Horti S. Mariæ, Ordinis Præmonstratensis in Oestergoe; nomine dicti Monasterii perpetuo possidendum & tenendum, ac tenore præsentium liberaliter, integraliter, absque omni dolo & pactione quacunque dumus, confirmamus, datum & collatum dilucidè & planè in Nomine Domini protestamur: ita quod hæc collatio, donatio piè facta, nec à nobis seu successoribus nostris ac hæredibus fraudis consilio nequeat aliquatenus revocari seu ullatenus infirmari. In cujus rei testimonium præsentem paginam sigillis honorabilium virorum, Abbatum de Bethania & Clarocampo petivimus sigillari. Acta sunt hæc Anno Domini* 1300. *Dominica* oculi mei *&c.*

Ex hodierna loquendi norma conjiceretur Fredericum hunc laicum fuisse, sub Parochia S. Viti Presbyteri; præcipuè cum duo ejus filii in dicta charta numerentur.

Sed cum *Parochianus*, ex Cangii *Glossaria ad mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores*, in veteribus Codicibus, ut in Chronico Montisserení Anni 1128. 1211. & alibi non semel, sit *Parochianus Presbyter*, in lege *Alemann. tit.* 13. §. 1. *Curio seu Parochus*, non absonum est credere

Parochianus antiquus.

Fredericum illum fuisse S. *Viti in Aldenbova* Curionem seu Parochum; eui non obstant duo ejus filii, cum ante saeram ordinationem eos illi venisse non alienum sit a prisci temporis, illiusque adhue ævi eonsuetudine. Sie *Fredericus* primus esset ad *Aldenbovam* Pastur, qui occurrit; alios infrà dabimus.

Novam Eeclesiam novamque turrim Leovardienses ad *Aldenbovam* Anno 1532. eondiderunt, quorum fundamenta jecerant Anno 1529.

Vicariæ, aliæque *Præbendæ* plures ad varia altaria in his Eeclesiis fuêre, & qui eis deserviebant, *Vicarii* ac *Præbendarii*, ut ex Emmio ipso mox referemus.

& Fraternitates,

Fraternitates, ibi, ut & alibi, ad diversa etiam altaria variæ. Nota est inprimis *Fraternitas* S. Antonii ad Divi istius altare.

Fraternitas etiam *jaculatorum* ad ejus tituli altare; io quod *jus*, quod vocant *Patronatus*, erat Anno 1566. *Jacobo Cantorio*. Denique *Fraternitas* nominis Jesu, a Carolo Imp. Anno 1548. 12. Dec. Bruxellis confirmata, de quo sub Xeodochiis mox erit sermo.

Præter Parœcias, Sedem ibi fixerant Sodalitates Monastieæ quatuor, eum fanis splendidis amplisque; virilia sexûs duæ, duæ item velatarum virginum. Illæ iostituti erant S. Franeisei, & S. Dominici.

Cœnobia urbi quatuor;

Dominicanorum seu Jacobæorum Cœnobio fundando vetus stirps Kamingana auspieia dedit, ex Simonis Gabbemæ *Descript. Leovard. pag.* 10. sub Annum 1228.

*Gabbema p.*164.

Sed eum Leovardia Anno 1392. ad Boream vergendo in Ortum eonflagraret, Cœnobium istud unà cum æde sacra igne absumptum fuit, juxta Schotanum in *Descript. Leovard.* Fundamenta novæ ædis jacta dein Anno 1487. joxta Diploma *Aldermanni*, Scabinorum ac Senatûs feriâ 2. Pentec. ab eodem relatum. Cœnobium idem oppidaoorum zelo ad vicinorum gentiom stuporem mirè ditatum ac ampliatum fuit.

Monachorum duo; Jacobæorum,

& Franciscanorum,

Joaones Wiarda, olim ad Ducem Burgundum ablegatus, Bonningæ munificentiâ adjutus, Franciseanorum Anno 1473. Cœnobium extra urbem primùm condidit, mediocriter ab eo dotatum, *Gulilæum* voeatum.

Gabb. pag. 224.

Anno dein 1498. Cœnohium istud, muris eontiguum, ne hostia illie, in urbis ruinam aut incommodum, se subducere aut munire posset, ex Leovardiorum placito destructum, atque intra mœnia receptum est. Portæ, ex Cœnobio etiamnum nomen † *Galilææ* adhæret, *Eæ* ad Orientem pridem sito, cujus reliquiæ hodiè vieani villa.

largissimè ditata.

Ad tantam amplitudinem oppidanorum munificentiâ intra urbem exinde exerevit, ut * Ædes justitiæ undecim annorum spatio in solo ægrorum receptaculo Sedem illie tenuerit, Senatûsque ibidem habita eomitia; pro quo annoè bos aut ejusdem valor ad XXII. Florenos aureos eis redditus: gravati adhæc erant Missâ quotidianâ ad usum ergastuli Satellitum, per Sacellanum, sacerdotem secularem anteà persolvi solitâ, sine debito tamen habendæ eoncionis ad populum: eoncionem nihilominus præter Missam quotidianam, singulis dominieis & solemnioribus diebus illic habebant.

Horum munus ac stipendium.

Hinc qoeruli Gubernatori de parco ad sustentationem emolumento, ad eorum querelas adauctum paululùm ex lato Bruxellis Anno 1556. 27. Dec. regio Mandato stipendium; eâ tamen

† *Galilier-poort.* * *Kanzlerye.*

lege, ut Monasterium quotannis ad Senatûs beneplacitum solemne sacrum pro Regis ineolumitate persolveret.

Anno demùm 1571. Ædes justitiæ jam ante inehoata, perfecta est cum ampla ad ejus memoriam inseriptione, a *S. Gabbema* laudata *pag.* 531.

In Jacobæ Eeclesia conditus Hesselus Meckmans ad vieum præfecturæ Menaldumanæ *Boxum* hastâ transfixus, eum hac sepulehrali inseriptione:

Hesselus Meckmant, Frisium moderante Merode,
Pro patria Martis signa suprema tuli.
Deinde fui sævis belli præfectus in armis,
Dum regis & Frisiam Nassoviane Comet.
Sex octogiuta; quingentos terque bifurmis
Janus agens annos, Antoniique diem.
Lustraque quina videus vitæ, dum fortiter hosti
In BOXUM *iusto, latus trujicit hasta meum.*
Scipio de Meckmaus, Emrens Grombaccha parentes,
Hic statuunt mœsti mœsta sepulchra mei.

Sanctimonialium Cœnobia, duo; Albarum, &

Ex Sanctimonialium Cœnobiis, Albarum erat unum, *Reguiissarum S. Augustini* juxta *Relat. Rom.* Jacobi Torrii: sed instituti S. Dominiei, ex M. S. Codiee quem teneo, S. Catharinæ Senensi devotum.

Grisearum.

Alterum Grisearum sororum, tertiæ Regulæ S. Franeisci, ex eodem Codice M.S. & Ant. Matth. *Analect. Tom.* VII. S. Annæ ouncupatum; ex *Fiswert* juxta Gabbema jussu Saxoniæ Ducis intra urbem transplantatum Anno 1510. priore ædificio solo tenus destructo, ne hosti esset receptaculo.

Alia insuper pietatis majorum monumenta;

Eranique eadem in urbe insignia ξενοδοχεῖα, πτωχοδοχεῖα, νοσοκομεῖα, pietatis majorum monumenta atque indieia, qui magnis impendiis eà struxerant ac dotaverant.

in quibus præcellit Xenodochium nominis Jesu.

Xenodochia in his amplissima duo erant, *eorumque Ecclesiæ*, ex Relatione Jacobi Torrii, D. *Jacobo Majori*, & *S. Antonio Abbati dicatæ.*

Alterum ξενοδοχεῖον, ait ibid. Emmius *p.*46.

A fæmina prædivite moritura ortum primum habuit, quæ res suas omnes testamento in usum inopum leguvit, simulque societatem quandam instituit, cui testamenti sui curam & tuteiam demandavit, ei nomine Jesu nomen impositum. Jussit vero testatrix, in hanc sententiam: ut scilicet viri XII. *e præcipuis totius Civitatis, quos ipsa tum primum nominavit, hæreditatis universæ, quæ in censu annuo non minus quam aureos* MCC. *dispensatores sint, iidemque potestatem habeant in locum eorum, qui aut morte aut casu alio e societate decedent, alios cooptare: ut unus ex iis quæstor sit annuus, atque is domi suæ ceteris epulum det solenne die* XV. *Januarii ex pecunia hac eadem legata, ad conservandum rei memoriam: reliqui cursus omnes conferantur ad juvandos egenos veste, & ritus aliis maxime necessariis. Atque hoc institutum postea auctum a Ritscone Bolemio, qui & ipse res suas istic contulit, ab eo, ut dixi, nomen invenit & retinuit: manetque ad hoc usque tempus. Verum quæstor nunc est perpetuus. Olacrmannus autem, & ipse unus ex* XII. *annuus jam est: idque munus, ut olim quæsturæ, per omnes in orbem decurrit. Hic egenis, qui tesseram exhibent, qualibet hebdomade panes distribuit: socios quotannis convocat bis sumptu suo: daturque interdum etiam unus epulum, cum gratulandum novis sociis in locum defunctorum surrogatis, virum ex symbolis, ne quid solatiis inopum decidat. Singuli vero socii non ex lege, sed ex more stuferos* XXVIII. *de suo in egenos conferunt.*

Orpha-

& Orphanotrophium,

Orphanotrophium in urbe quoque hac est luculentum & amplum, nutriendis educandisque tenuis fortunæ pupillis, & aliis pauperculis pueris & puellis dicatum; cujusmodi ad LXX. capita honestè illic habentur, & instituuntur, atque insuper ubi adoleverint, etiam dote aliqua aut pecunia egredientes ex eo juvantur.

Ad hæc Schola primaria ad usum juventutis, cœpta a Suffrido Petri;

Ad civitatis hujus decus quoque pertinet Schola primaria, Gymnasium eruditarum artium & linguarum, jam olim florens.

Suffridus Petri, Leovardiensis Frisius, relicto Lovanio, ubi in Collegio Trilingi Buslidiano Linguam Græcam docuerat, ad patrium solum reversus, ubi patrem senem reperit, Scholam illic Anno 1553. pueris erudiendis aperuit; qui institutione & curâ suâ tantum effecit, ut minus biennio Latinam Linguam loquerentur, & Græcam utcunque callerent.

nunc multùm aucta,

Hæc autem & docentium numero, & discentium multitudine, & stipendiorum incrementis magnopere dein aucta fuit. *Continua ferè successione*, inquit † Soffrid. *præcipuam totius Provinciæ Scholam Leovardiæ fuisse, Historiarum lectione discimus, & nostrâ etiam memoriâ quam insignes eruditione viri hic instituendæ juventuti præfuerint*, *quis ignorat*, &c.

† *Suffrid. de Script. Fris. Dec.* 12. §. 8. *in Guil. Cantero.*



Divi Viti Ecclesia Leovardiæ.

Ecclesia *D. Viti* primaria in Cathedralem a Pio IV. erecta, in eaque Collegium Canonicorum institutum fuit.

Porrò primaria D. Viti Ecclesia, a Pio IV. ut jam meminimus, in Cathedralem fuit erecta, instituto in eâ decem Canonicorum ac Decani Collegio, ex Cœnobio Horti-Mariano ad muros urbis Leovardiæ; primis decem Canonicis ex istâ Ordinis Præmonstratensis Abbatiâ adsumptis, atque in eorum subsidia totidem *Præbendis* ad S. Vitum in Canonicatus transformatis: addito Episcopali Cathedræ Bergomensi *Regularium S. Augustini* ad portas Leovardienses divite Cœnobio, atque Præmonstratensium *Præpositurâ*, Cœnobio destitutâ in ipso Bolverdiensi oppido, B. Mariæ Virgini nuncupatâ.

Unus ex his Canonicis decem assumendus erat in Archidiaconum, qui per dimissionem vel decessum Archidiaconi Ultrajectensis eam dein jurisdictionem per Leovardiensem Ecclesiam exerceret, quam ipse de jure vel consuetudine exercebat. Alter Canonicorum creandus Archipresbyter *Civitatensis*, seu civitatis ipsius Leovardiensis; cui specialis ejus Pastorum, seu Rectorum cura incumberet. Alius ex prioribus tribus Canonicis designandus erat *Pœnitentiarius* Diœcesanus. Penes alios duos, Doctores vel Licentiatos seniores, unum Theologiæ Professorem, alterum Jurisperitum, potestas, quoties à Leovardiensi Episcopo requirerentur, Diœcesim hanc visitandi, &c. prout hæc latius patent ex allegato Pii IV. Pont. Max. Diplomate. Sed offensæ & oppositiones, per Frisiam, ut & alibi, non exiguæ.

Parmensis ea de re litteræ ad Frisiæ Ordines,

Margareta Gubernatrix jam Anno 1564. Kal. Aug. Bruxellis litteras dederat ad Frisiæ Ordines ac Leovardiensem Senatum; "Hispaniarum "Regi Philippo placuisse, Episcopalem Leo"vardiæ Sedem constituere, ut Frisicæ genti "non minus quam aliis ejus regni regionibus de "Præsule esset prospectum; hac de causa in Ur"bem ad Pontifices Maximos Paulum atque "Pium, ambos ejus nominis IV. ablegasse Fran"ciscum Sonnium, Sacræ Theol. Lovanii Do"ctorem, nequid temerè statueret, adultæ tem-

 porum

REMIGIUS DIRUTIUS,

Episcopus Leovardiensis I.

Remigius Dirutius, (cujus dotes ac munia hic recensentur, interim ad Sedem Leov. designatus, Concilio Prov. Ultrajecti interfuerat.

* Erat autem Dirutius hic in Casletensis territorii pago de Volkerinchove natus, J. U. D. anteà Concilii Mechliniensis Adsessor, libellorum supplicum Magister, & Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Brugensis.

Fundavit Lovanii Collegium, inquit Sanderus, quod a fundatore *Dirutio*, *Dirutii* vocatur.

Ut designatus Leovardiensis Episcopus Anno sesquimillesimo supra sexagesimum quintum, interfuit Synodo Provinciali Ultrajectinæ, de qua proximè meminimus. Sessione enim, ut ex actis ejus M. S. fit manifestum, "Rmus D. Remigius "Dirutius electus & confirmatus Episcopus Leo-"vardiensis tam suo, quam Rmi Dni Joannis "Mahusii electi & confirmati Episcopi Daven-"triensis nominibus exhibuit Rmo Dno Archi-"episcopo (Schenco) litteras clausas Illmæ Du-"cissæ Parmensis Gubernatricis ad dictum Rmum "Dnum nostrum Archiepiscopum scriptas, qui-"bus innuit sua Celsitudo Illma, de suo consilio "& advisamento antedictos Rmos Dnos Episco-"pos Leovard. & Daventr. ad hoc Concilium "Provinciale, non obstante quod nondum sint "consecrati, admittendos esse, quo suia pru-"dentiâ, & consilio in eâdem Synodo Provin-"ciali negotia ejusdem juvarent dirigere, suâ-"que prudentiâ, doctrinâ & experientiâ tra-"ctare".

Verùm Leovardiensem Sedem ob causas jam memoratas nunquam adiit, post obitum Rmi Dni Petri Curtii I. Brugensium Episcopi ad Brugensem Cathedram promotus.

Sed ob Frisiorum oppositiones Sedem hanc nunquam adiit, ad Brugensem translatus, ubi & obiit.

† Senio gravis Anno 1617. Kal. Oct. ad Superos ivit, in navi illic Ecclesiæ sepultus. Hic pro-patrui sui Michaelis antedicti Collegium opulentè dotavit. *Scripsit* verò *Remigius* Episcopus *Consilia quædam*, & *lecturas Canonicas*, quæ partim Lovanii in Collegio Dirutiano, partim apud adsines Rommelios JC. Brugenses MSc. latent.

At negotium Sedis illius Anno 1569. apud Frisios qunque de voluntate eorum protractum, qui Anno 1564. patrio juri ac libertati adversum, publico decreto pronuntiaverant.

* *Sand. Rer. Brug. lib. 2. p. 217. Arnold. Havens. de erect. nov. Episc. pag. 57.*

† *Sanderus ibidem.*

Albanus valitius apud Frisios instat pro Sede Leov. replenda,

‡ Ferdinandus enim Albanus erectæ apud Groningam Sedis exemplo, tum præfractis populi moribus impulsus, Anno 1569. litteras in Frisiam dedit, in quibus, ut locum facerent Episcopo, severè hortabatur: " Prolatam diu "quippe rem pietati gentis, & juxtà saluti di-"catam ajebat, hominesque publicè inquietos, "velut in licentiæ regno, immodestis moribus, "& solutiore vitâ usos, reverentiam exeussisse "Romanæ Sedi, & juxtà Carolo Cæsari à ma-"joribus tributam. Quod malum, quia divi-"num omne atque humanum temerasset, clero "etiam ipso per uberrima otia in luxum atque "superbiam prolapso, disciplinâ opus esse, quâ "animorum illi morbi coërceantur, & in viam "redeant humanæ mentes in devia errorum ni-"miâ licentiâ effusæ. Et quoniam antiquæ Ec-"clesiæ morbis non alio remedio quam ordina-"tionibus Episcoporum, Censorumque subven-"tum fuisset, ita rectè, & prudenter Paulum, "& Pios Pontifices Romanos cavisse, ut Pro-"vinciæ Belgicæ, quas frequentia populi ac "commerciorum fortuna ad magnitudinem re-"rum, & simul vitiorum extulisset, crescente "per prospera pravitate plures quoque Episcopi "ordinarentur, Frisicæque genti multâ Cœno-"biorum opulentia, & cleri otio in libidinem, "ac luxum effuso, Cunerus Præsul decernere-"tur. Quare ne Philippi Regis auctoritati, ac "sanctionibus Romanorum Pontificum quid de-"cedat, hortari se, ac munitum mandato regio "jubere, ut eundem Antistitem Frisii recipi-"ant, & quidem ocyus, pareantque ei e for-"mula ac præscripto Episcopalium tabularum, "quas ipso Sedis natali in conventu Ordinum "Frisiæ exhibiturus esset".

suasioni minas superaddens,

„Quod Ferdinandi Albani mandatum, Marga-„retæ nuper Gubernatricis, validius tum fuit, „propterea, quod Albanus quæ decrevisset exe-„qui, etiam per vim, & arma certus confusionem „omnium rerum, & tristes vindicias spreti im-„perii minaretur. Quare fundamentum ab eo tem-„pore Sedi per Frisiam substructum, ipseque „clerus, Ferdinandi Albani Decreto obsecutus „est.

Sic Cunerus Petrus ad eam Sedem destinatur,

In hoc munus destinatus,

‡ *Pier. Winsemius Rerum Fris. sub Philippo II. l. 21. Simon Gabbema in Descript. Leovard.*

CUNE-

CUNERUS PETRI,

Episcopus Leovardiensis II.

S. T. D.

Ejus natales, studia, munia, zelus, Scripta.

* Erat autem Cunerus Petri natione Zelandus, ex Duivendicensi pago, vulgò tamen Brouwerhaviensia nuncupatus, quia in municipio isto enutritus. Lovanii in Gymnasio Castrensi Philosophicis studiis perceptis, cum maximam ibi ætatis partem degisset, in studiis cum Sacrarum Litterarum, aliarumque Artium, tum Theologiæ sic diligentissimè versatus est, ut Professoris dignitate in Parcensi Norbentini Ordinis Abbatia donatus, & Doctoratus Lauream Anno 1560. eadem in Parcensi Abbatiâ consecutus, Sacras paginas utriusque Testamenti publicè sit professus. Pastor etiam Ecclesiæ ad S. Petrum eodem anno Lovanii constitutus, populum concionibus assiduis erudivit per multos annos, non minus interim scriptis editis adversus illuviem sectarum, aliisque decertans, quæ in *Bibl. Belg.* Valerii Andr. & alibi recensentur.

De *Sacrificio Missæ.* Lovan. 1572. in 8.
De *meritorum Christi & Sanctorum consensu.* ibid.
De *Cælibatu sacerdotum.* ibid.
De *Principis Christiani officio.*
De *Verâ Ecclesiæ Christi designatione.* Lovanii 1568. 8.
De *gratiâ, libero arbitrio, Prædestinatione, justificatione, indulgentiis, & D. Petri Cathedræ firmitate.* Coloniæ in exilio scripsit & edidit. An. 1583.
De *cura corporis humani pro Clericis aliisque piis hominibus è Sacrâ Scripturâ & Patribus.* An. 1587. Coloniæ.
Cursum D. Virginis in usum religiosorum Ord. D. Benedicti auxit & emendavit. Ingolstadii 1587. & alia.

In Episcopum Leov. designatio, ac confirmatio,

Anno autem 1569. ad Philippi Regis votum accedente Pii IV. Pont. Max. consensu, secundus Leovardiensium designatur Episcopus.

Cunero designato confirmatoque Leovardiensi Episcopo præscriptum fuit juramentum ab eo præstandum sub ingressum in prædictam Cathedram coram Illmo Gubernatore aut vices ejus gerente, potioribus prælatis, atque Pastore ad S. *Vitum*, ubi Capitulum Cathedralis Ecclesiæ constitutum foret, solemniter renovandum. Illud ex MS. Bibl. Sasboldiana hîc appono.

præstitum ad inaugurationem juramentum.

Ego Cunerus Petri, Episcopus Cathedralis Ecclesiæ Leuwardiensis, promitto & juro ad hæc sancta Dei Evangelia dictam Ecclesiam ceterasque tam regulares, quam seculares sub civitate & Diœcesi Leuwardiensi noviter erecta, sitas, Deo adjuvante fideliter in Catholicæ fidei veritate conservare, muneraque omnia Episcopalia diligenter ac solicitè obire, ac adimplere. Bona ad Episcopatum prædictum & detem ejusdem spectantia nec directè nec indirectè alienare, aut pensionibus aliisve oneribus prægravare, juraque & privilegia, immunitates & exemptiones earum Ecclesiarum atque Ecclesiasticorum omnium, quatenus illis per Concilium Tridentinum non est derogatum, nullo modo infringere; ceteraque omnia facere, quæ Catholicum & bonum Episcopum atque Pastorem decent. Sic me Deus adjuvet & omnes Sancti ejus.

Præstitit autem juramentum hoc xı Dec Ann. 1569. ante meridiem Joannes de Raet Presbyter, tamquam Procurator R^mi in Christo & D^ni, Domini Cuneri Petri Episcopi.

Administrandæ Sedis ratio ab Albano præscripta.

Ante discessum sequens Diploma & administrandæ Sedis ratio, Ferdinandi Albani manu XVIII. Kal. Dec. signata, fuit e Bullâ Pii IV. Pontificis excerpta, Cunero tradita.

" Episcopo fiduciariæ à Philippo Rege, & " Ferdinando Albano ad Archiepiscopum Ultra- " jectinum, & Monasteriensem, litteræ dabun- " tur, quibus de sanctione Pontificis, & juris- " dictione novi Episcopi doceantur.

" Episcopus mandatorum tabulas exhibebit " Præfecto, & Senatui Regio, qui eum coram " Religiosis D. Viti, & præsente Magistratu op- " pidano in possessionem Sedis mittent, & ad " quos isto nomine litteræ dabuntur.

" Episcopus introductioni suæ diem præfiniet, " deductusque cum clero à Præfecto, Senatu " Regio, Magistratu, ac vicinâ Nobilitate in Ca- " thedrale D. Viti fanum, juramentum dicet, è " formulâ isti actui præscriptâ.

" Religiosi ad D. Vitum obedientiam vicissim " Episcopo promittent; si gravatè id fecerint, " quod Ultrajectino obligatos se censeant, litte- " ris approbatoriis Ultrajectini, & Bullâ Ponti- " ficis se muniet.

" In possessionem Sedis missus conciones habe- " bit, populum in Catholicâ Religione erudiet, " visitabit Ecclesias, inque cleri oppidani mores, " & doctrinam Presbyterorum inquiret, cum po- " testate morum religionisve suspectos corrigen- " di, degradandique.

" Ordinem quoque Mendicantium curabit, ut " ritè doceat, scandalaque ac errores Relig. e- " mendabit.

" Locis vacantibus pios eruditosque Pastores " ædituosque dabit, Scholarumque non tantum " Leovardiæ, sed per omnem Frisiam curam " geret, ac quid doceatur, expendet.

" De consilio Pastorum, & Magistratus oppi- " dani, Seminarium è præscripto Concilii Tri- " dentini constituet.

" Librariorum officinas lustrabit, dabitque o- " peram, ne quid habeatur, toleretur ve præter- " quam quod Edicto Regis congruat.

" Concilii Tridentini decreta promulgabit, si " non omnia, saltem ea quæ doctrinam specta- " bunt, & ad captum populi erunt.

" Et quoniam, quo minus id jam antè ab Ar- " chiepiscopo Ultrajectino factum esset, per Se- " natum Regium stetisset, aliter hâc de re edo- ctum,

* *Valerius Andr. in Bibl. Belg. Simon Gabbema in Descript. Leov. aliique.*

"ctum, ita velle, ut Concilium Tridentinum "pro sanctione Pontificis, & ex decreto Philippi "Regis vulgetur.

"Dabit operam Episcopus, ut Clerus Edictis "Philippi Regis de Religione pareat, contumaces "in carcerem mittat.

"Magistratum aliosve iisdem Edictis non parentes "ad Senatum Regium, eo tardo, aut "connivente ad Præfectum Provinciarum de"feret.

"Episcopus Abbatias collegiaque monastica "utriusque sexus visitabit, tam ordinario jure "Episcopo subjecta, quam è potestate sibi à Ro"mano Pontifice data.

"Vetustate, aut incuriâ collapsas ædes sacras "refici curabit.

"Officium facienti Episcopo Præfectus, Se"natusque Regius omne subsidium præstabunt; "& si res exigat, plures nomine Regis adjun"gentur.

"Laurentius, Decanus ad D. Gudelam comi"tem Episcopo se dabit, eique dum singula pa"ret, à consiliis erit.

"Episcopus in omnes fidei ac hæreseos suspe"ctos inquiret, jureque cum iis aget.

"Integros ab infectis discernet, Regioque "Senatui in Magistratuum creatione operam "commodabit, delectumque præscribet.

"Et quia sua Sanctitas sex beneficia Sedi assigna"vit, Cathedrale D. Viti fanum, Abbatum Hor"ti-Mariæ, tum Canonicorum Regularium "Cœnobium apud Bergumanos, & Præpositu"ram Bolsverdiensem, adnitetur Episcopus, ut "beneficia Sedi applicet, exigenteque necessi"tate, tueatur se Procuratore Fisci, & Diplo"matis Pontificum, ac ipsius Regis mandato.

"Episcopus omnia singulaque faciet, quæ ad "conservationem Catholicæ Religionis, quie"tem & pacem publicam spectare judicaverit".

P. Winsem. l. 2.

**An. 1570.*

Cunerus mandatis Pontificis Pii, Philippi Regis, & Ferdinandi Albani instructus *Lovanio studiorum civitate excessit, comites habens Laurentium Metzium, D. Gudelæ apud Bruxellenses Decanum, ac S. Joannis ad Trajectum Præpositum, electum Sylvæ-Ducensem Episcopum, Buchonem Montzymam, Viglii Zuichemi nepotem; confectoque decem dierum itinere, pridiè *Purificationis D. Virginis Mariæ* Leovardiam pervenit, primus post tot seculorum ambitum Pontificatum illic inchoaturus. Mox a Segero Grosbecio, (qui absente Frisiæ Præfecto Comite Megano, Vicarium per Provinciam imperium gerebat) in arcem regiam evocatus, noctem in ea egit, dieque postero in urbem effusus, stipatusque multâ procerum civiumque frequentiâ ac Clero universo cruces ac vexilla præferente, in Cathedrale D. Viti templum a Grosbecio deductus est, ubi mitrâ Hierosericeâ argenteoque pedo præfulgens, præsenti populorum catervæ benedictionem impertiit: vespertino cantu peracto eâdem pompâ ad griseas Sanctimoniales processit. Celebrato postridie sacro, cujusvis ordinis primores, quos ex omni Provinciæ orâ evocaverat, læto epulo excepit.

& S. A. Grbbema. ibidem. Solemnis in urbem adventus, in Cathedram inauguratio,

festivum epulum,

xv. Kal Martii hæc Sanctio., Præsulibus, Abbatibus, Archidiaconis, Præpositis, Decanis, Prioribus, Officialibus ac Pastoribus a Cunero indicta;

ad Præsules & Clerum Sanctio.

"Quandoquidem Pontifex Pius IV. sub gravi "pœna nobis injunxerit, atque Rex Philippus se"verissimè mandarit Concilii Trident. ut primùm "Sedis Leovardiensis possessionem adiissemus, "promulgationem, unâ cum accuratâ ejusdem "observatione; nolentes huic deesse officio, in "Domino vobis omnibus præcipimus, ut Do"minica *Oculi*, quæ est tertiâ in quadragesi"mâ iv. Kal. Mart. Tridentinum Concilium "pro concione publicetis, cunctosque sub"ditos ad ejusdem observationem adstringa"tis, tam circa ea quæ Ecclesiæ notas, Mis"sæ sacrificium, purgatorium, invocatio"nem Sanctorum aliaque fidei dogmata in iis "comprehensa concernunt, quam quæ spectant "morum reformationem; inprimisque Decre"tum Sess. xxiv. cap. 1. De Sacramento matri"monii, quod sic habet: *Qui aliter quam præsente Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi seu ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit: & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti Decreto irritos facit & annullat.* "Hæc robur habeant a die promulgationis ter"tio, eaque frequenter circa hoc aliaque De"creta iteretur, ne quis imposterum ignoran"tiam obtendat. Cæterùm quivis per districtum "suum sensim sigillatimque ea inculcet populo, "quæ circa fidem & mores in hoc Ecclesiæ Con"cilio stabilita sunt. Unde & transsumptum si"bi comparare satagant, vitamque, mores ac do"ctrinam ad illud componere studeant; ne, quod "horremus, gravissimas pœnas in eo contentas "cogamur infligere".

Exin v. Kal. mensis ejusdem, promulgatis, ut præscripserat, Concilii Tridentini Sanctionibus Cathedralem Sedem ad D. Vitum posuit, locumque nupero motu (Anni sc. 1566, &c.) populi profanatum, lustro adspersit. Senatus quoque Regius Antonium Lavailium, Petrum Friteman Senatores, & Joannem Carolum Fisci Advocatum e suo cœtu delegavit, qui de dignitate & persona Episcopi apud populum agerent.

Cathedralis Ecclesiæ lustratio,

Scribit Suffridus Petri Lavailium speciosâ & gravi Oratione in laudem Cuneri verba fecisse, ac ad obedientiam Sedis quosque hortatum; Præsidium quoque Regii Senatûs eidem Episcopo addixisse.

Lavailii Oratio,

Joannes Carolus, vir eruditus, idem nomine Philippi fecit, eo, juxta Winsemium, modo, ne Principis Jurisdictio, aut jura Majestatis regiæ arctarentur. Ita in possessionem Sedis immissus Cunerus, beneficia doti suæ adjecit.

Namque nonas Martias in Bergumanum Cœnobium, vice dotis Sedi suæ assignatum secessit, litterasque Ferdinandi Albani manu vii. Kal. Decemb. signatas, Abbati exhibuit, hujus tenoris.

ad Bergumanum Cœnobium accessus, atque Albani ad Præsulem litteræ,

Misimus litteras nostras ad Regis Senatum, eique potestatem fecimus quædam exponendi, quæ ad utilitatem publicam & simul Regis spectare videntur. Quapropter peto, & nomine Regis mando, ut iis quæ denuntiabuntur, pareas, faciasque fidelis subditi erga Regem officium, qui id e re sua esse censuit.

Hic quidem Albani litteras, & simul Senatus Regii declarationem respuens, ita rescripsit;

queis Præsul respondet.

Cœnobium nostrum Episcopo tradere nostræ potestatis non est. Subjecti Capitulo Windesimano cujus membra sumus, multa à Pontificibus privilegia, multas immunitates obtinuimus à sacris Conciliis & ipso Carolo Cæsare, post ab ipso Concilio Tridentino approbatas. Quod ad sacramentum attinet, id Præsidi nostri ordinis diximus, quod separari nos ab eo sociisque non sinit. Adhæc Ordinibus Frisiæ innexi anti-

antiquâ & veteri societate; & ita quidem, ut nostro arbitrio hoc negotium agi non queat: & quoniam Regi ejusque Præfectis & administris semper ab officiis fuimus, ita perinìquum est, Cœnobium hoc everti, plurium familiarum nutricatui, quæ in solo hoc sterili numerantur, iterque Groningam versus facientibus inserviens. Taceo reditus nostros largitionibus pauperum accisos, & ita quidem ut vix duo aureorum millia quotannis faciant. Itaque frugalitatem professi, & inculpatum vitæ otium obeundis sacris dedimus, egimusque ut ad exemplam exorbitantis alibi cleri decens disciplina hoc in loco vigeret. Nullius criminis factique conscii sumus. Quare jus nostrum Episcopo cedere, neque Ordinis nostri regula, nec Pontificum Conciliorumque Diplomata admittunt.

Delegatorum nihilominus e Senatu Regio Præsidio, Bergumani Cœnobii possessionem adiit; paulò post *Præpositura* etiam Bolsvardiensis, quæ Episcopo quoque dotis vice fuerat assignata.

In ejusdem, Senatûs præsidio, uti & in Bolsverdiens. *Præfecturæ*, & in Horti-Mariani Cœnobii possessionem immissio: Collegii Canonicorum, quibus leges ordinat, institutio.

III. Nonas Martii in Horti-Mariani Cœnobii possessionem immissus est, ex quo *Capitulum*, ut vocant, Canonicorum x. ipso etiam in eorum numerum computato, præscriptis per Pium IV. solemnibus ritibus erexit, quibus & sex dein Canonicos, proventu ex totidem S. Viti *Præbendis* desumpto adjecit, qui ipsa in Quadragesima Dominicâ, *Lætare*, per Laurentium Metzium, Buscoducens. Episcopum in possessionem deducti sunt. Eo tempore & ordinationes erecti Capituli evulgavit, & faciendis sacris, fondendisque ad Deum precibus ac Hymnis tempora constituit.

Dominicus Benedixius, Pastor hactenus ad S. Vitum, Archidiaconus, Joannes Ivo ejusd. Ecclesiæ Pastor, Decanus, D^nus Anna, Pastor in *Jouwert*, *Officialis*, ut vocant, Cuneri Episcopi designatus est.

Synodus indicta ac habita.

Tum VII. Kal. Maji Synodus per Provinciam Clero indicta, ac tridui spatio Leovardiæ celebrata, designatis e regio Senatu Senatoribus, Petro a *Fritema* & Focone *Rommartio*, qui sanctiones Concilii Trid. sartas tectas curarent, Præsulique Cunero una cum Archidiacono, Dominico Benedixio per universam Frisiam in adeundis Ecclesiis operam atque auctoritatem præstarent.

Ecclesiarum per Diœcesin, aditus; quin & annua perlustratio.

Sic mense Julio, adscitis in comitatum Senatoribus Regiis, universam Ecclesiam perlustravit. Quin & annis singulis, quibus sedit, Diœcesin solicitus obiit.

Visitationis series;

Habeo ad manum *Acta & Ordinationes Cuneri, Episcopi Leovardiensis a 28. Januarii Anni 1570. quo die venit in Phrisiam, usque ad 30. Januarii Anni 1574. quo die intellexit de se factas querelas.*

In his notatum invenio, Ecclesias circa Leovardiam fuisse *ditiores*: *Wirdumum* præ ceteris surfure novelli dogmatis fuisse respersum. 27. Febr. Anno 1570. *consecratam a Cunero Ecclesiam & plurima altaria Leovardiæ in Aldenhova, per Iconoclastas violata*; uti & Nyenhovam & S. Catharinæ illic Ecclesias. Anno 1572. 1. Junii consecratam Ecclesiam Crucigerorum in *Sneek*.

Cunerus dein 1573. 8. Sept. reconciliavit & visitavit Ecclesiam in *Garryp*, quæ sanguinis effusione polluta fuerat.

& alia gesta.

Dominica post Pascha consecravit & benedixit Abbatem veteris Cœnobii, vulgò *Oldekloster*, in Ecclesia Bolsvardiana.

Ceterùm non sine contradictione, sed in laboribus & cruciatibus multis Episcopalis cura a Præsule suscepta & gesta.

Oppositiones factæ ab Ultrajectinis;

Præter offensas enim & oppositiones a novaturientibus & novellarum dogmatum sectatoribus Cunero objectas, oppositiones ei non leves fuere ab Archidiaconis Trajectensibus; inprimisque a Præposito & Archidiacono S. Joannis Ultrajecti, & a constitutis ab iis Decanis.

Incidit in manus meas hæc Buchonis a Monzyma Archidiaconi S. Joannis vernacula Epistola, qua *jurisdictionem Cunero Episcopo nomine suo per Westergoam tuendam & administrandam prius concessam, ob quasdam rationes & motiva revocat*, & alteri committit, &c.

Eedele, vermogende, hoochgeleerde en zeer discrete Heeren,

Buchonis in id literæ.

Alsoe ick anderen tyden gecommitteert hadde den Eerw. Heer in Gode, Heer Cunier Bisschop van Lieuwerden, om van mynen wegent myn jurisdictie ende Archidiaconaetscap van Westergoe te bewaren ende te administreren, nu ist zoe dat ick om zekere redenen my daer toe moverende ende porrende, van nieus die commissie gegeven hebbe den Eerbare Heere brenger van dese, om die selfde myne jurisdictie te bewaren ende te regieren; verzoekende op ul. myn Eerw. Heeren die selfde te willen admitteren tot exereitie van de zelve zyn commissie, ende my mainteneren in myn oude possessie. Dit doende zult my zonderlinge vrientschap doen, ende zal God Almachtich bidden voer ul. myn Eerw. Heeren welvaren.

Eerw. vermogende, hoochgeleerden ende zeer voersiennige Heeren, God zy met uwer Eerw.

t'Utrecht den 17. van Meerte,
Anno . . . 74.

Uwer Eerw. goetwilligen dienaer ende vriendt,

BUCHO VAN MONZYMA.

Concordiæ cum iis specimen.

Alia charta in manus devênit, qua hoc inter Episcopum Cunerum, atque Archidiaconos Decanosque concordiæ specimen exhibetur.

D. Gendulphus Pamel ex consilio D. Episcopi constituet Decanos sub nominibus & sigillis Archidiaconorum sine aliqua mentione R. D. Episcopi; similiter recenter in aliquam Ecclesia beneficiatos instituet, quem hac in parte nostrum constituemus Commissarium seu Vicarium.

Cupiuntque Archidiaconi ut sua R^tia illi dignetur præbere adsistentiam, quo leges institutionum integraliter solvantur, neque sese de emolumentis inde provenientibus velit immiscere, vel aliquid sibi usurpare, vel in aliquem usum convertere sine consensu & scitu Archidiaconorum.

Placuit R^mo ex relatione D. Pamelii.
3. Sept. A^o. . . . 77.

Gendulphus iste, cognomento *Pamel*, Cunero Episcopo erat a Sacris.

Ex Codicibus rationum Eccl. Traj. MS. manu ejus signatis comperio, proventus obvenientes ex institutionibus in Pastoratus & *Præbendas* per *Oostergoam* & *Westergoam*, inter Episcopum Cunerum & Archidiaconum Traj. dispertitos fuisse.

Cune-

Cunerus hic a quibusdam malevolis cupiditatis & avaritiæ insimulatus est.

Accusationes, de cupiditate

Sed ex prædictis actis & ordinationibus conspicuum est, quod Ecclesias & Monasteria minimùm per cursum visitationis gravarit Episcopus. Quin proprio ære & sumptibus iter ac visitatio ab eo peracta fuerit.

& immodestis moribus, dilutæ.

A Pierio Winsemio in *Fris. Hist.* aliorum famâ sugillatur de *immodestis moribus*, *per sacrorum cultus luxu ac commessationibus fœdatis.*

Sed cum nihil simile in Catholico scriptore vel per umbram offenderim; quin ex antedictis *actis* visitationis liqueat, Episcopum hunc non semel vasa vini oblata recusasse, quandóque & famem, sitim, aliaque incommoda, in tenuioribus Ecclesiis passum esse; autumandum est partium studium, præconceptum avitæ religionis odium, Cœnobiorum Præsules ob census queis gaudebat Episcopus, indignatos, ansam rumoribus bis præbuisse, cui & ipse suffragari videtur Winsemius, asserens; "Ego existimo "Cœnobiorum Præsules in partem Reip. tunc "adscitos, fundatione Sedis, & Episcopali au"ctoritate offensos, exitium ei paravisse, quo "Pontificum & Albani sanctionibus, quas Gan"davensis conventio aboleverat, Cœnobitarum "censui detracta, ac Sedi decreta, iisdem Cœ"nobiis intercessione Præsulum redderentur".

Captivitas,

Demum post annorum octo decursum, invalescente factiosorum furore, occupataque Leovardia captum Cunerum antistitem, tamquam *imperiis Frisiæ contumacem, & superstitionibus populum trahentem* (sic differit Winsemius) Harlinganæ arci captivum induxit Lalaious.

in Bergumano Cœnobio custodia, exilium, exulis gesta, obitus sepultura,

Inde remissus est in Bergumanum S. Nicolai Cœnobium, assignatis ei in annuum censum florenis octingentis. Reliquus eosus Provinciæ cessit. Biennio exacto dimissus, Monasterium Westphalorum pervênit, ubi aliquamdiu Chori-Episcopi munere functus, post Coloniæ in Ubiis vixit exul, ibidemque Sacras litteras explicuit. Vitâ ac munere isto defungitur Coloniæ XV. Februarii A. M. D. LXXX. ætatis XLIX. vir longiore vitâ, fortunâque feliciore dignus, sepultus ibidem in Æde summâ ad aram trium Magorum sub humili sarcophago.

Epitaphium,

EPITAPHIUM

PIETATI SACRUM.

OCCIDUÆ FRISIÆ CUNERUS EPISCOPUS (HOSPES)

PRIMUS ET EXTORRIS DORMIT IN HOC TUMULO.

GAUCO GAUKEMA, FRISIUS, CANON. AQUISGRANEN. PONEBAT

InItIo annI UnDeCIMI.

R. I. P.

Encomium Antistitis Laur. Beyerlinck in *Chronog. orbis univ.* Sweertius in *Athenis Belg.* Veroulæus in *Lov. Acad.* aliique conscripsere.

STATUTA
PRIMÆ SYNODI LEOWARDIENSIS,
Sub Reverendissimo Domino CUNERO PETRI A BROUWERSHAVEN, primo ejusdem Diœcesis Episcopo.

PRÆFATIO.

UNERUS Petri, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Leowardiensis, universis & singulis Dominis, Prælatis, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Prioribus, & Pastoribus, quibuscumque per Jurisdictionem nostram, Occidentalis Frisiæ, salutem in Domino sempiternam.

Tametsi quæ sacro Concilio Tridentino decreta sunt, generatim sufficiant, ut in recta fide vitam omnes honestam transigamus, pro antiquo tamen aliarum Diœcesium more necessarium erat, ut etiam quæ pro nostræ Diœcesis statu particulatim viderentur expedire, quibusdam statutis decerneremus; partim ea quæ in magno illo & celeberrimo Concilio statuta sunt, memoriæ causâ inserendo, partim quæ pro loci & temporis ratione judicata sunt convenire, juxta ejusdem Concilii Tridentini sententiam addendo: neque enim quisquam eo consilio hæc edita existimare debet quasi ex iis quæ augustissimâ illâ Synodo statuta sunt, hæc sola observari velimus: ea enim, velut bases & fundamenta quæ nullius auctoritate convelli possunt, hîc præsupponimus, eaque, inviolata ab omnibus juxta † publicationem nuper factam, servari cupimus. Itaque pro munere divinitus nobis incumbente, & cura quam pro totius Diœcesis salute mandato Apostolico gerere tenemur, tum hæc, tum illa omnia vobis omnibus & singulis servanda in Domino præcipimus: Hortantes ut divini præcepti memores, sincerâ conscientiâ sine præjudicio in alteram partem declinando, ea custodiaris; scientes quæ a Præpositis Ecclesiæ constituuntur, Dei auctoritate a Vicariis suis constitui, ideóque non humana, sed divina præcepta censeri debere: quibus non propter iram aut ex necessitate, sed propter conscientiam parendum est. Sive enim Deus, ait præclarus ille Ecclesiæ Doctor Bernardus de præcepto & præcepti dispensatione, sive homo Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum cura, pari reverentia deferendum. Datum Leowardiæ 25. April 1570.

† Nota, quod Concilium Tridentinum in Frisiâ publicatum sit.

CUNERUS PETRI DE BROUWERSHAVEN,
Episcopus Leowardiensis.

Domino Augustini Nautæ
Vicarii Snecensis,
Ad Reverendissimum Dominum Episcopum.

Infinito animos ditas Cunere thesauro
Dum Frisiis profers Ethica diva tuis.

Ejusdem ad Lectorem.

En hic lector habes Christi decreta renati,
Quem nuper dederant tristia schola neci.
Ordo nunc decorat Frisiam sacer atque profanus
Cuneri constans Præsulis Auspiciis.

Statuta primæ Synodi Leowardiensis, sub Reverendissimo D. Cunero Petri. Primo ejusdem Diœcesis Episcopo, Assistentibus illi Vigilantissimo Domino, Dominico Bendixio Pastore in Oldenhove & Canonico ad suæ Rever. petitionem, atque clarissimis viris Doctore Petro a Frittima, M. Fockone Rommarts, Regiæ Majestatis Curiæ Frisiæ Consiliariis ad hoc deputatis die mensis Aprilis 25. Anno 1570.

1. *De Synodo.*

Statuimus & ordinamus ut singulis annis feria tertia post Dominicam, Cantate, Synodus celebretur, ad quam omnes Prælati, & qui curam animarum habent in habitu Ecclesiastico comparebunt.

2. *De Sacramentis in genere.*

Cum Sacramentorum administratio res sancta sit, ideoque sanctè tractanda, meminerint, quibus ea commissa est, ut magna cum reverentia, gravitate, in statu gratiæ sobrii & prudentes ea administrent, cumque in omnibus rebus pro pace & tranquillitate debeat esse legitimus ordo, statuimus & ordinamus, ut nemo curam animarum habens, cessante periculo, extra limites suæ Parochiæ Ecclesiastica Sacramenta administrare præsumat absque Pastoris loci licentia speciali: ubi tameo Ecclesiam vacare contigerit, poterit implorari mioisterium proximi Pastoris.

Item mandatur, ut Pastores nullum usurarium ad Sacramenta admittant, nisi osuras restiiuere voluerit & promiserit; similiter nullum hæreticum, aut alium publicè facinorosum sine legitima pœnitentia & confessione ad Sacramenta vel sepulturam Ecclesiasticam admittant, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ.

3. *De Baptismo.*

Quia maxima est Sacramenti Baptismi necessitas, injungitur sub pœna arbitraria omnibus curam animarum habentibus, ut subditis suis præcipiant ut ipsi diligenter cureot ut infantes quam citissimè a die partus ad Ecclesiam baptizandi deserantur; serioque suos adhortentur, ut quos sciunt parvulos suos ad Ecclesiam non mittere, sine dissimulatione Pastori soo vel Decano, vel Episcopo, denuncient, scientes se gravissimè reos futuros in Judicio Dei qui hac ratione proximum suum perire sinunt. Porro quibus administratio hujus Sacramenti committitur, curent ut illud cum omnibus Ecclesiæ solitis ceremoniis administrent, ac verba illa sine quibus Sacramentum non perficitur, videlicet, Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, tractim & perfectè pronuntient, quæ in casu necessitatis cum ablutione sufficiunt.

Proinde fontem ipsum consuetis temporibus consecrent & mondum servent, Chrisma quoque & Oleum sacrum semper honesto loco custodiaot.

Item præcipitur, ut secundum decretum sacri Concilii Tridcotini, unus tantum, sive vir sive mulier, vel ad summum unus & una, baptizatum de baptismo suscipiant inter quos ac baptizatum illius Patrem & matrem spiritualis cognatio, matrimonium impediens, & initum dirimens, contrahitur.

Volumus etiam ut diligenter in usu retineatur, quod nomina baptizatorum cum nominibus. susceptorum & parentum, fideliter describantur.

4. De

4. *De Confirmatione.*

Doceant Pastores frequenter suos subditos & instruant de fructu & utilitate Sacramenti Confirmationis, quod sicut baptismus iterari non potest, moneantque ut adulti non nisi jejuni ac confessi a suo Episcopo id petant, adjuncto sibi aliquo qui confirmandum sustineat, inter quem & confirmatum confirmatique patrem & matrem, sciant contrahi cognationem spiritualem, quæ matrimonium contrahendum impedit & dirimit contractum.

Item quando ferendum est Chrisma, volumus ut non nisi a Sacerdotibus sine convivio & sumptibus adferatur, feratur autem deinceps feriâ sexta post Pascha ex Leowardia & feria septima sequenti ex Bolswardia.

5. *De Eucharistia.*

Præcipitur omnibus Sacerdotibus sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, ut sanctam Eucharistiam non nisi ex legitima materia, id est pane azymo & vino naturali de vite expresso consecrent, & si quis in Missa non serio consecrare aut sacram communionem non recipere deprehenditur, præter suspensionem ab officio, arbitrariâ pœnâ gravissimè puniętur.

Item Decani diligenter advigilent, ut Pastores sanctè & reverenter mysteria hæc pertractent, mundo & honesto loco asservent, præsente semper lumine, & quando ad ægrotos deferunt, ea gravitate & honorificentia id fiat, quæ tantæ majestatis præsentiâ digna sit.

Singulis mensibus Hostiæ, pro infirmis reservatæ, renoventur.

Nemo in mortale peccatum lapsus sine sacramentali Confessione hæc sancta contingere audeat.

Nullus Sacerdos nisi horis suis canonicis ad primam usque perlectis celebrare præsumat, & in toto officio devotè, humiliter, & graviter se gerant, nec fabulas ullas cum quoque admisceant, donec Missa sit persoluta.

Observent Decani & corrigant eos qui in festo Paschæ a Dominica palmarum usque ad Octavas Paschæ non communicant, vel etiam diebus festis Missam non audiunt.

6. *De Pænitentia & Confessione.*

Doceant Pastores ut subditi contrito corde integrè confiteantur omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem memoriam habent una cum circumstantiis, quæ speciem peccati mutant, vel multum aggravant, specificando quantum fieri poterit quoties in illa inciderint, ut pro qualitate delictorum salutaris pœnitentia imponatur.

Observent etiam ut nonnisi in Ecclesia palam & publicè præterquam in articulo necessitatis excipiant. Provideant etiam ne, quæ salutem subditorum aut Confessionem haud concernunt, admisceantur, ut maximè ne a confitentibus aliorum nomen & fama lædantur.

In primis verò caveat Confessarius ne confitentem aut ejus peccata, quovis signo aut nutu quoquo modo prodat sub pœnis a sacris Canonibus constitutis, & ne ullo modo in absolutione principalia verba omittat, ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

Item statuimus & ordinamus, ut omnes semel in anno suo proprio Sacerdoti confiteantur, vel si alicui alteri cupiant confiteri, ab eo licentiam petant, vel saltem testimonium ad eum deferant, quo de legitima Confessione constet: quod qui non observant Decani corrigant.

7. *De extrema Unctione.*

Pastores sæpius & maximè apud infirmos ex Apostolo Jacobo declarent, quam salutare infirmis est Sacramentum extremæ Unctionis. Et omnibus suis subditis, qui annum decimum quartum attigerunt, præcipiant, ut quoties in gravem aliquam infirmitatem, unde timetur mortis periculum, inciderint, statim curent se hoc Sacramento præmissâ Confessione muniri.

Qui vero notabili tempore infirmus fuerit, & vel confiteri, vel hoc Sacramento inungi non petiverit, loco sacro non sepeliatur.

8. *De Ordine.*

Nemo ad tonsuram clericalem & Ordinis Sacramentum nisi secundum præscriptum Concilii Tridentini, & ad sacros Ordines nisi debitè confessus accedat.

9. *De Matrimonio.*

Statuimus & ordinamus, ut ad Matrimonium præcedentibus secundum decretum Concilii Tridentini proclamationibus procedatur, idque nonnisi sub Missæ sacrificio palam in Ecclesia, præmissâ Confessione, celebretur.

Item ne quis per ignorantiam decipiatur, bis in anno populus illius decreti admoneatur, quod nullum matrimonium ratum est, quod aliter quam præsente Parocho & duobus testibus contrahitur.

Noverint etiam Pastores & diligenter observent matrimonii impedimenta, quæ subjectis versibus solent comprehendi:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas;
Affinis, si jura pari nequeat persolvere sueta.

Dein magna habeatur ratio extraneorum, ne qui alibi fortè conjugati sunt nostros adulterio commaculent, quapropter ad conjugium non admittantur, nisi proclamationibus in iis Parochiis factis ubi quatuor postremis annis habitarunt.

10. *De purificatione puerperarum.*

Volumus antiquam Ecclesiæ consuetudinem in usu retineri, ut mulieres post consuetum tempus aut saltem triginta dierum spatium a partu, solemniter in Ecclesiâ compareant, acturæ gratias omnipotenti Deo, & prolem suæ bonitati per merita gloriosæ Mariæ Virginis commendaturæ.

11. *De vita & honestate Clericorum.*

Meminerint Clerici, ut secundum doctrinam Apostoli in omnibus se præbeant exemplum bonorum operum in pietate, in doctrina, in integritate, in castitate, & sobrietate, nequaquam Laicorum more conditionis suæ obliti incedant, sed sine barba, cum tonsura & habitu clericali,

 ab

ab omni levitate, choreis, aleis, lusibus illicitis ac negotiis sæcularibus, mercatura & servilibus abstineant, potationes & commessationes vitent: tabernas non nisi necessitatis causâ ingrediantur.

Curent etiam summâ diligentiâ ut templa, altaria, locus sacræ Eucharistiæ, Chrismatis, fontes, ornamenta, & alia quibus in Divino officio utuntur, munda & integra sint.

Præcipimus etiam omnibus clericis sub obtestatione divini Judicii, & pœnâ maledictionis æternæ, ne concubinas aut suspectas mulieres in domo vel extra detineant, aut cum eis consuetudinem habeant; & contra eos secundùm formam Concilii Tridentini sine dissimulatione procedatur.

Item ne aliter de Sacramentis aut aliis Ecclesiæ dogmatibus doceant, quam Sancta Catholica & Romana Ecclesia, ac sacrum Concilium Tridentinum tradit, sub pœnis arbitrariis & a sacris Canonibus constitutis.

Item si quis in Sacris constitutus aut Beneficiatus horas canonicas non legerit, per privationem fructuum & ipsius beneficii adversùm eum procedetur, & multo magis contra eos qui sacra, conciones, aliaque debita officia non persolvunt.

Rursus si quis in turpe ebrietatis vitium inciderit, prohibemus sub pœnis arbitrariis, ne ipse postridie celebrare audeat, & Decanis injungimus ut semper in hoc diligenter invigilent.

Cum vero accidit, quod deplorandum est, clericos suæ vocationis oblitos postposito timore Dei non aliter vixisse, quam si matrimonio juncti fuissent, præcipimus sub gravissimis pœnis, & prohibemus ne in baptismo aut nuptiis solemnitas aliqua per ipsos adhibeatur.

Item volumus & juxta decretum sacri Concilii ordinamus, ut ante decimum quartum annum nemo Ecclesiasticum beneficium obtinere possit, qui etiam horas suas canonicas legere, tonsuram & habitum clericalem deferre teneatur, sub pœnis in sacris Canonibus constitutis.

12. *De Beneficiis.*

Item statuimus & ordinamus nominationes ad Pastoratus, vel alia Beneficia fieri debere sine pacto aut pollicitatione dandi vel accipiendi, neque nominati ad aliquos sumtus obligentur, sympofia quæ in iis fieri consueverunt, sub gravibus pœnis arbitrariis penitus abrogantes: quod etiam in electionibus Decanorum volumus observari, statuentes ut nominationes & electiones per unum & alterum deferantur nominato.

13. *De Exequiis.*

Item volumus exequias, septennarium, trienarium & anniversarium juxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem, & Patriæ morem, sicubi exoleverint, in usum revocari, & diligenter observari. Jura quoque Ecclesiæ vel Presbyteris antiquitus post tricesimum diem debita ex consuetudine, sicuti & alia universa jura integrè persolvi.

14. *De Religiosis.*

Inhærentes iis quæ a sancto Concilio Tridentino de Religiosis sunt constituta, volumus inviolabiliter observari: ut nemo aliquid sine sui Superioris consensu habeat aut retineat, sed quidquid vel dono vel quacumque alia ratione receperit, Superiori exhibeat, ejusque discretioni & distributioni committat: & ut sacræ virgines, quarum pudicitiam Christus nimiùm æmulatur, numquam mixtim cum viris, sed separatim comedant & bibant.

Perversum quendam abusum, quo monasteria divino cultui dedicata, aliquando tabernarum more ad sympofia & compotationes eliguntur, detestantes, prohibemus ne extra horam prandii, & sine naturali necessitate, alimentorum aliquid sumatur.

Item irreligiosum quendam abusum abolentes, præcipimus ne in Sacerdotum demortuorum domos (ut fieri solet) potaturi aut commessaturi irruant, aut quidquam faciant quod Christiano luctui adversetur; sub gravi pœna arbitraria, invocato, si opus sit, brachio sæculari.

Hortamur in Domino Prælatos ut dispensationis suæ memores, utiliter bona Conventus, ad communem utilitatem Conventus expendant, & præcipimus, ut computum singulis annis legitimè factum, Episcopo exhibeant. Caveant etiam, ne bona Conventus repræsentata pecunia in notabilem successorum præjudicium elocentur.

15. *De Templis & Cœmeteriis.*

Statuimus & ordinamus ut templa ac cœmeteria ad nullos prophanos usus applicentur, in templis juridica exercitia non habeantur, cœmeteria non elocentur, nec a bestiis depascantur. Quod si quis in templis sub divino officio, aut in cœmeteriis sub concione, aut summa Missa deprehenditur ambulare, duobus stuferis singulis vicibus, invocato ad hoc brachio sæculari, mulctetur.

Festa & Vigilias volumus juxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem observari, in quibus Pastores populo seriò præcipiant, ut integram Missam audiant, neve ante benedictionem sacerdotalem exeant; ab operibus servilibus, negotiatione & mercatura abstineant, officinas claudant, & non nisi usui humano necessaria sobriè vendant.

16. *De Hæreticis & Apostatis.*

Decani & Pastores diligenter advigilabunt & a fide dignis sæpius investigabunt, an inter subditos aliqui fiant Hæretici vel Apostatæ, quos summo studio, quanta possunt cum modestia & charitate studeant ad Ecclesiam & ordinem suum reducere; eosque ordine Evangelico servato, denuntiabunt Episcopo.

17. *De Ludi-magistris.*

Mandamus & præcipimus ut Pastores locorum, præfecti & æditui diligenter curent, quo Scholam, & honestum Ludi-magistrum in suo loco habeant, qui fidem in manu Episcopi sit professus, & Juventutem in timore Domini & rudimentis Catholicæ fidei instituat. Quod ut expeditius fiat & firmius observetur, ordinamus ut singuli immobilium possessores, unum aureum viginti stuferorum in singulis pagis ad tam pium ac necessarium opus erogent; & electio (salva examinatione, & admissione Episcopi) & destitutio (cum consensu & requisitione Episcopi præcedente) sit penes Pastorem, loci Præfectum, nobiles, & æditues.

18. De

18. *De Æditnis.*

Æditui singulis annis legitimum compotum illis exhibeant, ad quos de consuetudine pertinet, & nequaquam suum Pastorem excludant.

19. *De Testamentis.*

Præcipimus ut intra anni spatium a morte testatoris piæ ejus voluntati satisfiat; alioquin anno finito ad nos executio deducatur.

20. *De Decanis.*

Decani advigilabunt ut omnes suo officio legitimè perfungantur: omnes excessus & defectus, transgressiones præceptorum Ecclesiæ, statutorum Concilii Tridentini, & hujus nostræ Synodi sine dissimulatione discretè corrigantur; ita tamen ut causas criminales & matrimoniales ad Episcopum referant; & si in aliis negligentiam eorum Advocatus Fiscalis prævenerit, studium ejus locum habeat.

21. *De Libris.*

Quod ad libros attinet, volumus inviolabiliter sub gravissimis pœnis observari Indicem a Patribus Tridentini Concilii, auctoritate Sanctissimi Dni & mandato Catholicæ Majestatis, cum appendice jam proximè editum & publicatum.

22. *Mandatum de Apostatis.*

Decani nostro nomine requirent, & hortabuntur omnes qui ab ordine Sacerdotali vel professione Monastica defecerunt, ut intra sex septimanas ad suum quisque ordinem & statum revertatur; alioquin limites nostræ Diœcesis, invocato ad hoc brachio sæculari, egredi compellantur: idem etiam hæreticis denuntiari volumus, ut ad Ecclesiam Catholicam, accepto a Pastoribus consilio, quam citissimè revertantur.

23. *Mandatum de Presbyteris.*

Mandatur omnibus, qui se Presbyteros asserunt, ut legitimo documento de ordine suo & consecratione Decanis fidem faciant, quæ ad Episcopum una etiam cum suis transmittant.

24. *De Monialibus.*

Porrò Sanctimoniales juxta sacrum Concilium a Monasterio non exeant, nisi ex legitima causa ab Episcopo approbanda: neminem etiam intra septa Monasterii sui admittant sine ipsius Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtenta.

F I N I S.

Iconomachia, quæ sub Annum 1566. per Belgium grassabatur, etiam Leovardiam invaserat; contractæ per eam in ædibus sacris imagines, statuæ Sanctorum dirutæ, eversa altaria, pulsi mystæ & alii sacrorum administri.

Ecclesia Cathedralis alterâ vice per Iconomachiam violata, punitis a Deo sacrilegis.

Primaria Leovardiensis Ecclesia alterâ jam vice, Anno 1570. die 10. Julii per Iconomachiam violata fuit. " Cum autem, inquit *Torrius*, Iconomachia institueretur in æde Cathedrali, " & statua S. Christophori a tribus Iconoclastis " secaretur in partes, omnes tres punitione divinâ sacrilegii adeò nefandi pœnas luerunt: & " Petri quidem cognomento *Vake*, qui statuæ " pedem secuerat, pedem ilicò gangrena invasit; *Feco* tympanista, cum pugione oculos " statuæ eruisset, subito utroque privatus oculo, & exindè cæcus *Feco* est dictus; tertius, cum præ pondere statuam auferre nequiret, funemque eidem ut detraheret, injecisset, " justo Dei judicio ut fur in patibulo necatus " est ".

Jac. Torr. in Rel. Rom.

" Ecclesia Cathedralis tota nunc, ex eodem Torrio, diruta, & heterodoxi pro prædicationibus suis frequentant templa quondam " Fratrum Dominicanorum, & Fratrum Minorum Observantium ".

exindè tota diruta fuit.

* In Ecclesiis his pridem, ait Emmius, Sacerdotum missitantium magnus numerus, gradibus diversis distinctus; in quibus, qui primi ordinis erant, quos Pastores vocant, plerumque viri erant insigniter eruditi ac auctoritatis magnæ, magnis sæpè rebus agendis adhibiti, qui cœtus suos, suos conventus habebant, constituebantque ea quæ ad sacra & ritus spectabant.

Sacri ibi & in aliis Leov. Ecclesiis ministri olim plures.

Pastoratus summus Leovardiæ, juxta Sibrandum Leonem, ditionis erat Abbatum Horti D. Mariæ.

Pastorum ibidem series.

Hi sub Ano. 1488. ex Abbatia sua eliguot in Leov. Pastorem, *Jacobum Zelandum.*

Sib. Leo in vita Abb. Lidl.

Jacobus Zelandus,

Jacobus *hic, natione Zelandus à venerabili patre Abbate* Folkero *ob insignem eruditionem receptus, juvenilem ætatem morum probitate velut ipsa canicie superans, sic ut ante maturam ætatem sacerdotii gradu decoraretur. Prior designatus munus illud seu Spartam nactus, optimè coluit, in* Bajum *virginibus præfectus, summa laude monasterii clavo præfedit. Attamen invidiæ pœnam sustinens ob moram factorumque rectitudinem, ab ipsis sororibus monitus, à* Romberto Gabbinga *nobili & bellicoso, sibi cavere coactus est; Sic nempe in caput suum jurarat. Electionem liberam Ecclesiæ* Vinsumensis *adeptus, in tricis callidè semet subducit, & monasterium relinquit, majori dulcedine captus studiorum, impetrata ab Abbate venia, Sacelluno conducto,* Lovanium *adiit: Juris utriusque scientiam adeptus, ovans redeit. Hinc Ecclesiæ in* Sexbirum *præfectus, frequenter* Lidlumense *frequentat collegium. Summâ usus liberalitate venturæ dignitati præludia struit.* Leovardienses *precibus à patre Abbate* Horti Mariæ, *cujus ditionis Pastoratus ille consistit, impetrarant, ut delectu habito Ordinis Præmonstratensis Collegio Pastorem eligere possent. Hac ratione evênit, ut* Zelandus *illi præficeretur Ecclesiæ. Proinde summa Pastorali cura actus, dum videt civium increscere luxum, divitias, & superbiam, triumphum & choreas, ab imo pectore † gemiscens, de abitu meditatur. Hæc eo meditante, commodum ipsi præsentatur proprii monasterii electio. Quod, confirmatus post consecrationem acceptam, solo rexit quadriennio. Hic structura tametsi abstinuerit, magnam æris alieni copiam*

vitæ ejus compendium.

† ingemiscens

* *Ubbo Emm. de reb. Fris. pag. 43.*

so-

folvisse dicitur. Aqua intercute laborans sensim vires deficiunt. Vocato patre Abbate Du Taconc *viro ornatissimo, collectis omnibus liberam impetrat manumissionem. Dato salario annuo* Medum *profectus, solitariam vitam eligens, paulo post moritur, trecentos florenos aureos monasterio relinquens.* Lidlum *delatus in choro Abbatum tumulatur Anno partæ Salutis* CIↃ. CCCC. XCII.

Manno & Feddo.

NANNO, alii MANNO, & FEDDO, Pastores ad Aldenhnvam, seu aulam veterem sub Ann. 1498. quibus Cæsar Albertum Saxonem proponit in Vicarium suum perpetuum & *Potestatem* per Frisiam.

Dnus RERARDUS REDERSMA, Vicarius sub id tempus ad Aldenhovam.

Brito Aita,

BRITO AITA, ad Aldenhovam Pastor.

Hujus consilio, ait Emmius *, *ac operâ Saxoniæ Principes & Burgundi, & ipse populus multum solebat uti.*

Hermannus Doccumiensis,

‡ HERMANNUS DOCCUMIENSIS, Doccumi honestissimis parentibus natus, & in litteris humanioribus, deinde in Sacra Theologia feliciter versatus, naturâ & institutione eloquens, cum sacris initiatus esset, Leovardiæ ad S. Vitum summus Pastor constituitur.

Eo autem in ministerio se Ecclesiæ talem præbuit ministrum, ut omnibus gratus ac venerabilis esset; utpotè qui non modo vitæ integritate & concionum salubritate, sed & scriptorum lumine omnibus suis præesse cuperet.

Scripsit cùm alia quædam, tum etiam *in 17. priores Psalmos Davidicos commentaria*. Et cum ad 18. pervenisset, in mentis alienationem incidit, undè & periit.

Vixitis circa Annum Christi 1514.

Dnus *Stephanus*, Pastor ad Aldenbovam, &

Codex MS. Georg. Egm.

Mr. *Franciscus*, Pastor ad S. Catharinam Leovardiæ sub Ann. 1540. His Anno 1541. 29 Martii a Georgio Egmondano, Ultrajectino Episcopo per disertum Diploma, quod tenemus, causa matrimonialis Harlingæ cognoscenda, & cum appellatione terminanda, commissa est.

Stephanus Sylvius,

STEPHANUS ille, cognomento SYLVIUS, in *Ungieterpo*, territorii Upsterlandiani pago natus, cum parentes haberet obscuros, ipse suâ industriâ his præluxit; perceptis enim utcunque litteris humanioribus & Sacræ Scripturæ principiis, Ordinem Sacerdotalem suscepit: quem adeptus, ludum litterarium aperuit domi suæ. Qua ratione cum & concionibus in templo & prælectionibus in Schola sese strenuè exerceret, id consecutus est ut inter Sacerdotes & Ludimagistros suâ memoriâ parem non habere crederetur multo tempore in Frisia. Itaque cum utramque ob hanc causam sæpius ex aliis in alios pagos electione populari invitatus transmigraret, tandem Pastor in *Tzumgo* electus est, qui pagus est Territorii Franekerani. Ibi cum aliquandiu versaretur, rem & Ecclesiæ promovendæ & profligandæ barbariei strenuam egit, habens discipulos complures in utraque lingua feliciter institutos.

Hanc igitur famam consecutus, istinc Leovardiam vocatus est, non ut Scholam administraret, sed ut Pastoratum Parochiæ susciperet ad S. Vitum in Aula veteri. . . Floruit autem circa Annum 1556.

"Circa Annum 1558. si *Simoni Gubbema* † ha-
"benda fides, multis debacchabatur, in Romani
"cultus corruptelas. Unde & fidei inquisitor
"Wilh. Lindanus 2. Maji Anni 1559 examen
"instituit circa dogmata illius & mores" Hujus aliquot bic reddit specimina ex annotatis dicti Lindani, prout ea de ore Dni Ivonis Joannis dicitur excepisse. Dogmata ejus hæc feruntur; *Quod post hanc vitam alius locus non sit extra cælum & inferuum: quod fideles in fide perseverantes recta cælum conscendant, infideles ad infernum descendant: quod candelæ non ad Sanctos ligneos qui cæci sunt, sed ad mundum apponi deberent; frustraneum esse simulacra hæc in Ecclesiam invehere. Peregrinationes ad S. Jacobum Compostellanum, aut Romam præposteras esse; magis proficuum pauperes invisere. Consultum cuilibet intra se descendere; illic se reperturos quid agat aut omittat. Necessarium sincerum fidem habere in Christum, & bona opera exercere; verùm per hæc pro peccatis non satisfieri, nisi per merita Christi Jesu. Quod Sacramentum altaris aliud non sit quam epistola obsignata, in confirmationem data, ad impetrandam remissionem peccatorum: sed hinc certum sibi non esse, quod sit corpus ac vera caro & sanguis Domini nostri. Sanctos invocare præceptum non esse; eum qui illud omitteret, neutiquam delinquere, cum id nec Dei præceptum, neque in Scriptura expressum sit. Oportere vitam ac gesta Sanctorum, eorumque fidem seduò & constanter sectari.*

Multa ex his dogmatibus, ut conspicuum est, ambiguè proposita, quorum plurima extra assertionem de Sacramento altaris, orthodoxum sensum patiuntur, & per sinistram expressionem aut per odium in pravum dogma distorqueri possunt.

Quidquid id est, de nulla Heterodoxia cum incusat Suffridus Petri; quin potius eundem post annos aliquot in cura Leovardiana peractos, vocatum asserit *Groningam, ubi Pastoratu summo ad S. Walburgam per aliquot annos functus*, vita decessit, ut illic dicemus. Suffridus Dec. 11. §. 9

† ANTONIUS NICOLAUS, Pastor in *Beintumo* pago, &

MARTINUS ELIACUS, Pastor in *Tzumgo*, a Cath. fide devii, Calviniano ritu Anno 1566. chlamyde nigra induti, pileo tecti, & turbâ gladiis ac scopletis armatâ stipati, primum sermonem habuêre ad populum in Aldenhova.

Syttio Abbes, & alii cum eo a fide Cath. devii.

SYTTIO Abbes, ad Aldenhovam, *

ADRIANUS WARNAARTH filius, ad Nyenhovam,

DOMINICUS JUSTI filius, ad S. Catharinam Pastores, eodem anno 13. Mensis Sept. a fide Cath. desciscentes, Calviniano quoque ritu sacra peregêre.

Dominicus Benedixius,

* DOMINICUS BENEDIXIUS, Pastor iis temporibus ad S. Vitum. Hic Sneeæ natus parentibus honestis, & litteras humaniores tum ibi, tum deinde Harlemi sub doctissimo Dno Mro Cornelio eruditus, Lovaniumque inde profectus, ubi operam Jurisprudentiæ dare cœperat, Anno 1546. sacris initiatus, cum administratis diversorum Pagorum Ecclesiis gradatim ascendisset, Anno 1556. Parochus urbis Sneeanæ a Magistratu constitutus est; ubi cum novem annos ac sex menses Ecclesiæ præfuisset, Leovardiam vocatus, perpetuus Vicarius ad S. Vitum, & Anno 1567. porrò ibidem Pastor à Magistratu urbis, accedente tum Comitis Arenbergii, tum Senatus Regii suffragio, electus & confirmatus est. Hic se strenuum exhibens, in-

* *Emm. de reb. Fris. sub Leov. pag.* 43.
‡ *Suffrid. Petri de Script. Fris. Dec.* 9. *cap.* 6.
† *Relat. Leov. pag.* 400.

† *Relat. Leov. pag.* 454.
* *Suffridus in append. ad Wilh. Hedam, & de Script. Fris. Dec.* 14. *p.* 1.

choa-

choatam olim utcunque Græcæ & Hebraicæ Linguæ cognitionem assiduis vigiliis sibi excnlendam duxit. Et cum in Græcis quidem litteris Snecæ virum doctissimum collegam in Pastoratu suum D. *Gellium Eloftanum*, qui posteà Bolvardiensis Ecclesiæ Pastor factus est, ducem nactus esset, in Hebraicis planè ipse sibi Mercurius esse coactus est.

Hoc igitur subsidio comparato, non modò viva voce, quâ plurimum valebat, sed etiam calamo, quo multa absolvit, multa cudit, multa meditabatur, fidem Catholicam strenuè propugnabat, operamque suam Ecclesiæ & Episcopo indefessam præstabat.

Habebat enim singularem quandam gratiam in concionando, & efficacissimè monebat populum, ita ut aculeos quosdam in eorum animis fixos relinqueret. Anno 1570. sub Cunero Petri primo Episcopo, primus Archidiaconus Leovardiæ constitutus est: quam dignitatem quo dignius administraret, Lovanii sacrarum Legum Licentiatus creatus est. Progressu temporis cum rerum potirentur illi, quibus ante annos aliquot & in publicis concionibus & in privatis disputationibus acrius obstiterat, in exilium actus Coloniæ aliquandiu se continuit. Hinc in civitate Ratingensi Pastoratum adeptus, per triennium ferè mansit. Inde Dusseldorpium commigravit, ubi Canonicatum consecutus, antequam tempus *strictæ residentiæ* (quam vocant) complevisset, in Dom. obdormivit 14. die Jan. 1586. Scripsit autem, juxtà Suffridum Dec. 14. p. 417.

Sermones de vitanda peccat. occasione. De humilitate. De ira. De invidia. De incontinentia contrà luxum & crapulam. De pura castitate, & quædam alia.

Suffridus ibid. Ivo Joannis, Orthodoxi Pastores.

IVO JOANNIS, Pastor ejusdem Ecclesiæ ad S. Vitum, erecti tum Capituli Decanus primus ordinatus est; vir in primis eruditus, pius ac modestus, qui uti Ecclesiæ semper fidelis, ita & Capitulo suo & Episcopo, & universo denique populo charissimus erat.

Vitâ autem defunctus est Ivo Joannis circa Annum Domini 1580.

STATUS

ECCLESIÆ LEOVARDIENSIS.

Proscripto Cunero Episcopo, sub Vicario Apostolico Fœd. Belgii, Provicarii Frisiis fuêre.

Post relegatum Cnnerum Leov. Antistitem, alius ad eam Sedem ob temporum acerbitatem non fuit designatus. Canonicorum quoque Collegium sensim, capite sublato, concidit. Sedis quoque ejusdem vacantis Vicarius Generalis, nullus remansit: sed sub Vicario Apostolico, Vicarii Harlemenses illius sollicitudinem retinuêre; quales continuatâ successione fuerunt,

JOACHIMUS HAMCONIUS, S. T. L. Sasboldi Vosmeri Vicarius Generalis, Lingensis Pastor, &c. De quo *Bat. Sacræ part.* 2. *pag.* 73.

LEONARDUS MARIUS, S T.L. Vicarius Generalis Eccl. Harl. Begghinasii Amstelodamensis Pastor & Rector. De quo *Bat. Sacræ part.* 2. *p.* 404.

BALDUINUS CATZIUS, S.T.L. Vicarius Generalis Ecclesiæ Harl. &c. de quo *Bat. Sacra part.* 2. *p.* 336.

HENRICUS BLESSIUS, S. T. L. Pastor Amstelodami, &c.

JOSEPHUS COUSEBANT, S.T.D. Provicarius Cast. Episcopi, Begghinasii Harl. Rector, ac Sacellanus Curatus, &c. De quo *Bat. Sacræ part.* 2. *pag.* 333.

THEODORUS GROENHOUT, J.V.L. Vicarius Generalis Eccl. Harlemenus, &c. modò Pastor Noortvicensus. De quo *Bat. Sacræ part.* 2. *p* 364.

Intra ipsam autem urbem constitutus Pastor, veteri retento nomine, Decani seu Archipresbyteri Leovardiensis titulo potiebatur; quorum seriem hîc habe.

Proscriptâ jam religione Catholicâ Ivo Joannis, qui constantissime ad mortem usque in strenuo labore perseverans, obiit Anno 1585. Ipso quo moriebatur anno secutus est, — Pastorum Leovardiensium ab illo tempore series.

PETRUS VELLENIUS, anteà Sacellanus Abbatiæ in *Foswert*, Leovardiæ defunctus Anno D. 1609.

Sub ipsius tempus, in Frisiam ab Archiduce directus fuit,

JOACHIMUS HAMCONIUS, Friso, S. T. Lic. Archiepiscopi Phil. & Traj. Sasboldi Vicarius General.

LAMBERTUS ENGELBERTI LAMBRINGA, Frisn, Coll. Lovaniensis, S. Theol. Licentiatus, a præfato Sasboldo Vosmero Vic. Apost. Pastor constitutus ab Anno 1606. — *Relatio Jac. Torrii, p.* 294. *Hasten. Annot.*

Obiit autem Pastor Leovardiæ, & Frisiæ Archipresbyter 10. Augusti Anno D. 1630. — *Necrol. Harl.*

Hunc subsecutus est,

D. Mr. VITUS JACOBI, in *Zuchtelen* patriæ Juliacensis pago natus Anno Dom. 1589. 1. die Aprilis, inde *Zuchtolenias* dictus, Sacræ Theol. Licentiatus, in *Trialwalt* vicino Bolsvardiæ pago primus a proscriptâ Religione Pastor, inde Leovardiam evocatus, quatuor ultra triginta annos illic Pastorem egit; fuitque & Frisiæ Archipresbyter. Munere eo ac vitâ defunctus est Leovardiæ 21. Jan. * Anno D. 1649. Unus fuit e tribus Anno 1635. a Capitulo Harl. in Phil. Rovenii *Coadjutorem* & successorem expetitus. — *Relat. Jac. Torrii. Necrol. Eccl. Harl.* * *In effigie mortualis dies notatur, 23. Sept.*

Lemma ejus cum allusione ad pronomen *Viti*, *Vita mundi vitam*.

Memoria Viti juncto carmine decorata fuit:

Ziet hier de ware deugd met harders zorg verknocht;
Ziet hier Gods yver geest, die niet dan zielen zocht.
't Is Vitus: *'k zeg genoeg: zucht Zuchtel, en gy Vries.*
Beweent in Vitus *dood uw overgroot verlies,*
Houd op: hy weende noyt in al zyn ongemack
Van vier en dartig jaar, al droeg hy 't lastig pack
Van 't afgesolde lyf: achter een haage muur,
Dat hy om Gods eer leed, en viel hem nooyt te zuur.

‡ JOANNES SPANGEN, Friso, ex cognomine pago oriundus, Sac. Theol. Bacc. form. successor Viti Jacobi, fuit Pastor Leovardiensis, ac Frisiæ Decanus; sed intra annum calore divino ac febri absumptus, Leovardiæ moritur Anno D. 1650. ex Necrologo nostro 3. Octobris, sed juxta Typum illic editum 23. Septembris, ætatis suæ XXXVII. Lemma ei sub Typo positum, *Felix qui consummavit*, cum carmine hoc vernaculo; — ‡ *Annot. R. D. Thiara.*

O vroome worstelaer die moedigh in het velt
Voor Godes volck en kerck, u onlangs had gestelt.
Doch yver, en de brand der liefde was zoo groot,
Dat Leeuwaerd binnen 't jaer haer harder weer zagh dood.

JOANNES VANDER STOCK, Henrici filius, Lugduno-Batavus, ex Medicinæ Doctore congregationis Oratorii Presbyter, mortuo Spangio creatus est Pastor Leovardiensis, atque ut Archipresbyter toti Frisiæ intendat, peste illic absumptus 27. Sept. A. D. 1656.

THEODORUS DE BRUISMA, Bolsvardiensis, S. Theol. Baccalaureus formatus, post *Joannem Vander Stock*, cujus fuerat Sacellanus, Pastor Leovardiæ constitutus, postquam fidelem illic operam etiam antea navasset, obiit Pastor Leovardiæ 6. Novemb. A. D. 1667.

WILHELMUS PETRI, Zuchtelenus, prædicti Viti Pastoris nepos, Adami Pastoris Enchusani germanus frater, cùm annis XVIII. Pastor Maccomiensis fuisset, Theodoro huic in munere Pastorali successit; insuper Frisiæ fuit Decanus. Verum * *Admodum Rev. ac Ampl. D^{nus} Wilhelmus Petri Zuchtelenus, Pastor Leovardiæ, ac Archipresbyter Frisiæ, obiit ibidem 6. Augusti A. D.* 1674.

* Necr. Harl.

GUILIELMUS FOPPENS, Bruxellensis, origine Friso, Lovanii absolutis studiis, primùm in *Hemelom* circa Stauriam missus Anno 1658, ibi commoratus ad Aon. 1660. ob persecutiones, corporisque infirmitates destinatur in pagum Hollandiæ Borealis, *Langedycum*; ubi ad Annum usque 1674. moratus, sufficitur Guilielmo Zuchteleno ut Pastor Leovardiæ, & Archipresbyter Frisiæ. Illic demùm obiit 3. Julii Anno D. 1699. ætatis anno LXV.

Necr. Harl.

ALARDUS VAN HAFTEN, Ukrajectinus, S. Theol. Doctor Rom. anteà Pastor in *Maesland*, *Maesland-sluys*, pagisque vicinis, Foppenio a G. Pet. Sebasteno Archiepiscopo utriusque muneris, Pastoralis scilicet ac Decani, datus est successor.

Hujus Natales, eximias dotes, & præclara merita hîc non teximus, ne *laudemus hominem in vita sua*, &c.

Leovardiæ, ex lege *Concordatorum*, legere potest P. unus *Societatis*, & unus de *Observantia S. Francisci*, quibus possunt adjungi socii.

Clero dudum illic, ex *Jac. Torrio*, collaborarunt duo Presbyteri S. Francisci Minoritæ duo, ac nous Dominicanus.

J. Torrii Rel. Rom.

Anno 1695. P. *Ernestus Wyssekerke*, & P. *Judocus Ardenois* e Societate J. ibi erant. *Godefridus van Lent*, & *Josephus Kissemaker*, Ord. Minoris observantes & P. *Joannes Indervelde*, Ordinis Prædicatorum.

Val. Andr. Bibl. Belg.

Viri adhuc inter Leovardienses eruditi;

Viri eruditi; Bern. Gerbr. Fermerius,

BERNARDUS GERBRANDUS FURMERIUS, Leovardiensis, Frisius J. C. & Historicus, exemplo *Suffridi Petri*, quem laudat Præceptorem, se Patriæ illustrandæ potissimum addixit, Ordinum Frisiæ Decreto & auctoritate. Scripsit, *pro antiquitate Frisiæ Apologiam*, adversus *Ubbonem Emmium*. Franekeræ, 1603. 4. Cum *Suffridi Petri* similis argumenti libris.

Annalium Frisicorum libros IV. Arnhemi, 1612. 4. Præterea *Chronicon Episcoporum Ultrajectensium, ac Comitum Hollandiæ, auctore Joanne de Beka*, cum appendice Suffridi Petri, ab An. CIↃ. CCC. XLV. ad An. CIↃ. IↃ. LXXIV. in lucem protulit, 1612. 4.

Georg. Ratallerus.

GEORGIUS RATALLERUS, Leovardiæ in Frisiâ natus est Patre Joanne, è vetustâ ac nobili Ratallerorum familia, circa An. D. CIↃ. IↃ. XVIII. Post obitas Gallieas Italicasque Academias in Belgium redux, primum in supremo Antesiæ Concilio; mox in magno Belgicæ consistorio apud Machliniensés Senator ac supplicium libellorum Magister, & demum supremæ apud Ultrajectinos Curiæ Præses fuit, Legati munere functus ad Daniæ Regem: vir totus a gratiis factus, quippe in quo doctrina, dignitas, virtus & ante omnia humanitas ex æquo certarent. Quædam e Poeticis ejus lusibus lucem viderunt. Decessit morte plane subitaneâ in ipsa curia, atque in sinu penè Collegarum, die VI. Octob. CIↃ. IↃ. LXXXI. jam sexagenarius.

Joan. Basius.

JOANNES BASIUS, Leovardiensis Frisius, J. C. & causarum Patronus in Patria, Jurisprudentiæ studia Lovanii absolvit; Lauream que è Galliis reportavit. Scripsit *Paradoxarum disputationum Juris civilis* libros IV. Fuit postea *Basius*, relictâ patriâ, Senatui Delphensi in Hollandiâ à Secretis.

Joan. Fungerus.

JOANNES FUNGERUS, Leovardiensis Frisius, puer Lovanii ingenii fructum cepit: post obitas dein Germaniæ, Galliæque Academias sumptamque supremam Juris Lauream, in patriam redux, Leovardiensis Scholæ Rector fuit. Scriptorum ejus seriem vide in *Val. Andr. Bibl.*

Joan. Guil. Velsius.

JOANNES GUILIELMUS VELSIUS, Leovardiensis Frisius, Medicus ac Mathematicus, memoratur a Suffrido Petro, qui & Consulatum Leovardiensem aliquamdiu gessisse refert, postulanteque ægrotantium frequentiâ medicinam factitasse.

Joann. a Leovardia, Franciscanus.

JOANNES a LEOVARDIA, Ordinis Minorum Doctor Theologus, scripsit *De Providentia divina. In Hexameron. In Decalogum. De Synagoga Judæorum.*

Floruit circa Annum CIↃ. IↃ. XC.

Sibrandus Leo.

SIBRANDUS LEO, Leovardiæ, patre Leone naupego natus, Lidlumani Cœnobii Præmonstrat. Canonicus, Menaldumanæ, dein & Bellocomanæ Ecclesiæ Pastor, patriâ extorris in *Casemaria* sui Ordinis *Præpositura* mortuos Anno 1588. Inter alia scripsit sermone eleganti vitam ac res gestas Abbatum Lidlum. ex quo plura desumpsimus. Vide Suffridum de *Script. Fris.* Dec. XIII. §. 8.

SUB

SUB DECANATU,

ET

PRÆFECTURA LEOVARDIANA.

WIRDUMUM,

Wirdumi, nobilis Leov. Præf. ac Dec. pagi Paroch. Ecclesia, Divus Tut. *Vicaria, Vicarii.*

OOstergoæ pagus amplissimos, Leovardiæ vicinus, arcibus familiarum nobilium multis insignis.

Huic fanum egregium duabus turribus conspicuum, D. Martino, Turonum Episcopo dudùm nuncupatum. In eo & pridem ex Codicc Traj. Eccl. *Præbenda.* Vicarius Anno 1481. Simon Joanois *Bene.* Hujus possessionem Anno 1558. XXIX. Aprilia adiit Dnus Wolphardus Tirithi. Ecclesia hæc, ut jam nunc diximus, furfure novellorum dogmatum cum primis fuit adspersa.

Sub eâ Parochiâ natus

Sub Wirdumensi Parochia Anno D. CIↃ. IↃ. VII. 15. Kal. Nov. natus est

Viglius Zuichemus:

VIGLIUS ZUICHEMUS, in Barnhusia prædio paterno, peramæno loco sita, fossis undique cincta, & fructiferis aliisque arboribus consita, quæ tum ad Monasterium Canonicorum Regul. in *Bergum* pertinebat, ac postea patri Viglii ab eisdem Canonicis in emphyteusim data fuit.

ejus natales,

Ortus autem est eâ familiâ, quæ inter Frisiæ primas & oobilissimas. Zuichemi cognomentum tulit ab avito similiter prædio & municipio Zuichemensi, agri Leovardiensis, ad primum ab urbe lapidem.

studiorum primordia,

Primis litteria imbutus est Daventriæ, Hagæ Comitis, Leydæ, & Lovanii circa Annum CIↃ. IↃ. XXII. ubi & Græcas in Collegio Trilingui Buslidiano didicit, & prima Juris elementa accepit. Inde quarto post anno Dolam Sequanorum concessit ad majorem ingenii fructum capessendum, & per litteras Desiderio Erasmo inootuit: quæ illi in Andreæ Alciati, J. C. præstantissimi, notitiam & amicitiam fores aperuère.

Itaque Anno Dom. CIↃ. IↃ. XXIX. Aveoionem, ad Rhodanum Fluvium se contulit; pulsumque inde sæviente epidemieâ lue Alciatum, & Bituriga accitum, (postquam anno eodem die octavo Maji, Valentiæ, quæ Galliæ Academia est in Delphinatu noo incelebris, Doctoris insignia accepisset) secutus est. Alciato in Italiam revocato, cathedram ejus biennium tenuit & docuit.

peregrinationes,

Hinc in Italiam dum cogitat, celebres Germaniæ Academias visit; Friburgensem & in ea Bonifacium Amerbachium, Sigis. Gelenium & Hieroo. Frobeniom, Tubingensem, & inibi Jacobum Jonam, aliosque. Patavium ubi venit, Franc. Curtium præceptorem habuit, & juvenis adhuc ac peregrinus, ut ipse alibi scribit, in Professorum numerum atque ordinem coöptatus est Anno CIↃ IↃ. XXXII. atque Institutiones Justinianas publicè prælegit, cum applausu fructuque audientium, ac stupore Italorum, hominis exteri ac Belgæ facundiam admirantium. Hic annum unum substitit, & à XIV. annorum peregrinatione, patriæ amor animum subiit. Dum redit, in itinere Erasmum Friburgi; Frobenium Basileæ de via salutavit, & Græcas Theophili Institutiones, è Bessarionis Card. Bibliotheca Venetiis depromptas, typis ejusdem Frobenii edi curavit.

familiares,

In patriam reversum Franciscus, Monasteriensis Episcopus Anno CIↃ. IↃ. XXXIV. Curiæ suæ constituit Judicem; Carolus V. Cæsar Anno CIↃ. IↃ. XXXV. Cameræ Imperialis Assessorem. Guilielmus Bataviæ Dux CIↃ. IↃ. XXXVII. Academiæ Ingolstadiensis Professorem, postquam similem conditionem sibi antea in Academia Regio-montana à Joachimo II. Marchione Brandeburgensi oblatam recusasset, qua de re ipse ad Geor. Sabioum An. 1535. rationes suas perscribit, quò minus adbuc è foro ad scholasticam ullam docendi tranquillitatem redire tunc statuisset.

monia;

Denique Maria Belgicarum Provinciarum pro Carolo V. fratre Gubernatrix Viglium Anno CIↃ. IↃ XLIII. Belgio restituit, oblatâ Senatoriâ dignitate in supremo apud Machlinienses Concilio. Carolos verò constituit eundem Concilii status & Sanctioris Præsidem, atque Ordinis aurei Velleris Cancellarium Equestri honore insignitum. Postremò, Jacobâ, Damantiæ uxore elatâ Gandavi Præpositum nominavit: ex Valeri *Bibl. Belgica, ad S. Joannem apud Gandavenses fuit Præpositus.* Ecclesia hæc hodiedum D. *Bavonem* Tutelarem veneratur, undè & ab eodem Valerio * alibi ad *D. Bavonem Præpositus* nuncupatur.

inter ceterâ Præpositi Gandavenses:

In elogio, tumulo ejus appenso, Cathedralis illius Ecclesiæ *primus*, in moderno quodam Scriptore † *postremus* Præpositus *mitratus* commemoratur.

Dec. 10, c. 10.

Suffridus Petri muniis Viglii annumerat *Cöadjutoriam* hisce verbis: . . . " Non multo post " Abbas S. Bavonia Viglium sibi *Cöadjutorem* po- " stulavit, cujus petitionem cum Rex certior " factus authoritate suâ, ut Patronus, compro- " basset, Viglius *Cöadjutoriam* S. Bavonia acce- " pit, & in ministerio Regis permaosit, ex quo " alioqui se extricare constiiuerat ".

Non absimile vero est *Abbatem S. Bavonis*, de quo hic Suffridus, eundem esse cum *Præposito* a Valerio designato; maximè cum muneris *Præpositi* in toto hoc capite non memioerit Suffridus.

undè mitrâ velatus visitur.

Hinc dignoscitur, cur mitrâ refulgens conspiciatur Viglius. Numisma tenui æreum, in quo signa ejus gentilitia mitrâ erant velata.

Fundationes piæ,

Cum igitur ut in Epitaphio legitur, Ecclesiam suam piis fundationibus, plurimis munimentis decorasset, Academiam Lovaniensem structo sui nominis Collegio non minus liberaliter, quam magnificè dotasset; natale solum pagum inquam Zuichemensem novi Hospitalis beneficio perpetuò sibi demeruisset; tandem post longas vigilias (ut merito suo Symbolum usur-

* *Val Fast. Acad.*

† *Les Delices des Pais-Bas*, pag. 106.

pant *vita vigilia est*) post indefessos labores plenus dierum, plenus honorum, Regi fidus, patriæ, carus, utilis omnibus, injurius nemini, magno sui relicto desiderio, quievit io Domino Bruxellis Anno CIↃ. IↃ. LXXVII. postridie nonas Maji, ætatis suæ LXX. sepultus Gandavi, ad S. Joannem in Mausolco, quod construi ipse sibi vivens jusserat. Moriensque condito paullò ante prid. Idus Martii testamento, cognatos hæredésque suos ita alloquitur: "Rogo autem "enixè eosdem, quos ego propriorum libero-"rum loco semper habui, ut amorem benevo-"lentiamque fraternam inter se colere ac con-"servare studeant, mutuoque sibi (si opus fue-"rit) adsistant, ac unusquisque honoris promo-"tionisque alterius curam eam me mortuo ge-"rat, quam ego vivens erga ipsos semper exhi-"bui, hoc ipsis præcipuum testamentum ac "mnemosynon relinquens". Quibus verbis videtur mihi Viglius, vir summus alludere ad illa Sallustii in Bello Jugurthino, ubi *Micipsa:* "Nunc quoniam mihi natura finem facit, per "hanc dextram, per regni fidem, moneo ob-"testorque uti hos, qui tibi genere propinqui, "beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu "malis alienos adjungere, quam sanguine con-"junctos retinere" &c.

obitus,

Testamentum,

E scriptis ejus editis omoium manibus teruntur,

scripta,

Commeatarii ia Titulos x. *libri* II. *Institut. de Testamentis*, Basileæ, Lovanii & alibi. De quo libro versus elegantes protulit Guil. Martenus J. C. cujusmodi de Amasonide Marsi cujusdam lusit aliquandò Martialis:

Sæpius ia titulo memoratur, Viglius ano,
Qaam levis in tota Maynus Jasonide.
Viglius hinc Zephyris, & notas Viglius Euris,
Et sua cum Viglio fama perennis orit.

Comment. in *Tit. Digest. de rebus creditis*; & *ad Tit. C. De Edicto D. Adriani tollendo*, quem Ingolstadii prælegerat, excudit à morte Viglii Coloniæ Gymnicus, 1585. 8.

Theophili Institutiones Græcè à Viglio primùm erutæ, & editæ, cum doctissima ad Carolum V. Cæsarem Præfatione. Basil. Typis Frobenii, 8. & Lovanii typis Rescianis, 4. 1536.

Alia in Collegio a se condito Lovanii adservantur, ut de Vita sua, munere Jurisconsulti, Consilia seu Responsa Juris, Diarium Germanicum. Epistolæ variæ cum Viglii, tum aliorum ad illum. De familiis Principum Imperii Germaoici, Mandata & Instructiones variæ datæ a Viglio ad viros illustres & Tractatus Fœderum.

vitæ Encomiastæ,

Vitæ ejus seriem dedit Valerius Andreas in *Bibl. Belg.* sed prolixiorem Suffridus Petri, Friso & ipse, in *Hist. de Script. Fris.* Dec. XSI. §. I. ex quibus & pleraque nostra hausimus.

Compendio sic laudatur ab Emmio sub Leovardia *pag.* 49. inter viros doctos & illustres Leovardienses. *Sed omnes*, inquit, *qui e vivis abiere, longè superavit Viglius Zaichemus, non in ipsa urbe, sed ia agro urbi proximo aatas, in urbe verò a teneris educatus; de quo tacere qaam non paria gloriæ ejus dicere præstat. Paria autem dicere difficillimum.*

Inter plura Epitaphis, doctissimus consultissimusque vir, D. Cyprianus Vomelius, Cameræ Imperialis assessor illi sequens posuit, quod ex Suffrido Petri hîc subjicio;

atque Epitaphium,

Viglius hic Zaichemus habet post fata quietem,
Præside quo celebris Belgica tota fuit.
Quippe magistratu licet hoc illastrior ano
Haud cedat doctis, Cæsare dante, viris.
Hic tamen illius valdè amplificavit honorem,
Inclyta tam virtus nomen & hujus erat:
Tantas in eloqaio nitor, atque scieatia legum
Tanta, tibi quondam Scævola quanta fuit.
Id quod perpetuò monumenta diserta loquuntur,
Quæ juvenis merisa luce frui voluit.
Jamque suæ decies septem numeraverat aanos,
Quum Lachesis vitæ fila suprema trahit.
Frisia mæsta parens, tibi ne solatia desint,
Heroas tales ede fabiadè aovos.

Sub Wirdumo continetur,

WYTGAERDUM,

Ubi stationem habet Presbyter, S. J.

ZWICHEM,

Vicus Leovardianæ Præfecturæ, medio ab urbe lapide, exiguus, ad lacus, & humiles campos, in quo præter fanum, arx cum fossis & hortis splendida, atque Hospitale a Viglio Zuichemo ejus pridem Domino, & Ecclesiæ collatore, ut jam diximus, conditum.

Zwichemi pagi, arx & Hospitale.

HEMPENS,

Leovardianæ Præfecturæ ad Austrum vicus, cujus Ecclesia ad honorem D. Martini a duabus sororibus *Hiddemanis* ædificata.

Hempens Ecclesia, Divus Tutelaris, conditores.

HUYSUM,

Extra Leovardiæ Pomœria pagus, quo via lapidibus strata ducit. Parochialis ei Ecclesia, ex institutione Præposito Traj. reddens VI. Flor. aureos.

Huysum Ecclesia, census, Pastor,

WILHELMUS, Anno 1482. Presbyter in *Huysum*, Decanus erat Leovardiæ.

HILDEBRANDUS GOFFREDUS, Frisius Huysemensis Pastor, Theologus, & Mathematicus, obiit An. Dom. CIↃ. IↃ. Collegit, *Statuta Episcoporum Ultrajectinorum*, edita Goudæ 1484. 4. apud Gerardum de Leeuw.

Scripsit præterea, *Commentaria ia Epistolas Pauli.*

Ia Evangelia Dominicalia.
Postillam Evangelicam.
Vitas aliqaot Sanctoram Frisiæ.
Principia artis Geometricæ.

Quæ omnia manuscripta se vidisse testatur Suffridus Petrus de *Script. Frisiæ Decade* X.

TEERNS,

Recentior, ac modicus pagus ab Huysemensi abstractus, cujus fanum a proprietariis *Ublemanis* contructum.

Teerns ab *Huysemensi* Parochia abstractus Pagus, & fani conditores.

STEENS,

Ingens & antiquus pagus, *Steensede* olim appellatus, cujus Ecclesia S. Vito sacrata. Retrò faoum sedes *Hayoma*, aut, ut alii malunt, *Burmanniaga* seu *Burmania*, cujus possessores verosimiliter plurimùm ad fani extructionem contulêre.

Steens, Ecclesia, Divus Tutelaris, Conditores, Arces.

FIN-

FINCKUM,

Finckum,

Ubi sedes illustris *Holdinga.*

HYUM, seu *HIEM,*

Hyum, nob. Sedes, Pastorgs.

Ubi domos hæreditaria vetustæ stirpis *Æbinga.* Pastor *Hiemi* Anno 15 . . Antonius Folcardi, Bornbergius, de quo alibi plura ex Suffrido de *Script. Frisiæ.*

BRITZUM,

Britzum vetustus pagus,

Leov. Præfecturæ pagus, ex antiquis monumentis celebratus, præcipuè ex arce vetusta contra Nortmannorum incursiones, ut Winsemius *in Chronico* notat, ad mare Bornense olim conditum, *Britsenburg* nuncupatum, cujus rudera tres ferè pedes solo erant infossa.

vetus *Capella,*

Ad gressus quatuor Orientem versus fundamenta erant Capellæ veteris, in qua monumenta lapidea quatuor: primo hæc erat inscriptio;

BRITZANUS JOULSMA,
Defensor Frisiæ,
hic sepultus; obiit Anno 992. Id. Febr.

vetera monumenta,

Secundo carmen inscriptum erat Ilstano Joulsma, & dies obitus assignatus Anno 993.

Tertium continebat Elogium Jeltze Joulsmæ, cui additum, *Obiit* 998.

Ecclesiæ conditores.

Quartum, Hotze Joulsmæ carmen funebre complectebatur, ultimi ex Joulsmannorum stemmate.

Horum Res ac possessiones Pastoratui & Patrono, juxta Sebotanum, videntur cessisse.

MEDUM,

Medum, fanum,

Pagus vocatur * Sibrando Leoni, non villa, quia fortè Prætoriâ dignitate carens. Exiguus hodiè ejusdem Præfecturæ vicus est ad parvum Leovardiâ milliare; in quo fanum modicum novum cum turricula novissimo seculo conditum.

animarum prisci, & moderni curatores.

Puerum ibi a S. Frederico resuscitatum narrat ibidem Sibrandus.

R. D^nus *Tiumme*, ex Annot. R. D^ni Andr. Thiaræ, primus post mutatum regimen & cultum Catholicum, fideles Catholicos circum Leovardiam curavit, & *ruri*, ut ipse ait, *palantes & valantes oves ad caulam reduxit*; interim dum R. D. Lambertus Engelberti oppidanos Catholicos pabulo divino nutriret.

Ad eosdem foris degentes excurrunt oppidani Sacerdotes, & speciatim eis deservit, vicum Wirdumo vicinum *Wytgaerdt* incolens, Societatis Jes. Presbyter: hic Anno 1691. erat Jacobus Velthoen, hodiè quidam ex eadem familia, gente Groninganus.

Sub Ferwerdiana Præfecturâ pagi undecim, & tria Cœnobia; Fosverdianum sc. Genauwertinum, & Horti-Marianum.

Primarius Præfecturæ pagus, à quo & Præfectura nomen ducit, est

FERWERT.

Ferwert, primarius cogn. Præfect. vicus, cum eminens Ecclesia, *Vicaria,*

Huic conspicua turris & Ecclesia in præcelso colle extructa, adeò eminens, ut mare ex Cœmeterio conspiciendum se offerat. In ea & *Vicaria.*

* *Sibrand. Leo in vita Abbat. Lidl.*

Sub pago eo pridem

FOSWERDIA,

& Benedictin. Cœnobium, ex Amalandia huc transplantatum, cum fano præstantissimo, deinde incenso.

Monialium S. Benedicti Cœnobium, & *Bethania* dictum, ex Amalandia in Ferverdiano territorio, Insulæ isti ab Occidente adverso, sub annum 1090. transplantatum, consentiente Conrado Traj. Episcopo XXII. Ecclesia per Episcopum hunc in honorem S. Joannis Bapt. consecrata. Anno 1397. ex *Chron.* M.S. Vorpeti, templum Cœ"nobii Foswerdani pulcherrimum, a Monachis, ut creditum fuit, Clari-campensibus incensum, totum exustum est Quapropter Foswerdici quatuor Clari-campios occidere in ultionem; undè multa mala secuta".

Videtur commune Fratrum & Sororum, ut frequenter per eam ætatem, Cœnobium fuisse; cui & jus erat Abbatem eligendi.

Ita lego in Cod. MS. Georgii Egmondani Ultraj. Episcopi, quod Fratres & Sorores dicti Cœnobii, mortuo D^no *Wilhelmo Groningensi*, sub Ann. 1540. in ejus locum elegerint D^num *Gerardum de Harderwyck*, Oeconomum Monasterii Præmonstratensium in Frisia, *Bethleem* dicti, & quod dictus Georgius Episcopus hanc electionem ratam habuerit per Diploma, quod hic damus, ex M. S. ejus Codice.

Confirmatio postulationis sive electionis Abbatis in Folswardiâ.

Electionis Diploma.

"*Georgius de Egmondt*, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Trajectensis, universis & singulis locorum sacrorum Rectoribus, ac Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscunque nobis subditis, ac illi vel illis ad quos Abbatis Monasterii de Bethania, aliàs Foswardia, Ordinis S. Benedicti, partium Frisiæ nostræ Diœcesis pertinet admissio conjunctim vel divisim, salutem in Domino sempiternam. Vacante alias Abbatiâ dicti Monasterii de *Bethania*, alias Foswardia, per obitum quondam D^ni Guilhelmi Groningensis, ejusdem Monasterii novissimi Abbatis, in cujus locum D^no Foppone hujus Monasterii & Ordinis Fratre per venerabiles fratres & sorores ejusdem Monasterii præhabita debita solemnitate electo, idem D^nus Foppo tametsi Pastorale officium assumpserit, paucos post dies electioni hujusmodi de se factæ libere & sponte renunciavit, deinde Dominus Petrus, Prior Conventus in *Smallene* Ordinis præfati per Fratres & Sorores Monasterii in Abbatem dicti Monasterii de Foswardia canonicè electus onus curæ Pastoralis hujusmodi acceptum recusans, dictæ electioni de persona sua factæ nequaquam consentire voluit. Tandem D^ni venerabiles Fratres ac religiosæ Moniales ipsius Monasterii de Foswardia Regulares & Capitulares, qui novi Abbatis ibidem electioni seu postulationi interesse debuerant capitulariter, sunt convocati & congregati, ne ex longa vacatione dictum Monasterium in spiritualibus & temporalibus gravissima incurreret dispendia, post Spiritus Sancti humilem invocationem, per viam scrutinii dilectum nobis in Christo D^num Gerardum de Harderwyck, Canonicum Monasterii Bethlehem Ordinis Præmonstratensis partium Frisiæ nostræ Trajectensis Diœcesis, curæ officiique Pastoralis peritum, in præfati Monasterii de Foswardia Abbatem rite & Canonicè postularunt, & assumpserunt. Et hanc postulationem pro electione habentes,

"postquam dictus Dnus Gherardus postulationi hujusmodi de persona sua bumiliter factæ de licentia sui Prioris humiliter consensisset amplexo atque professo, per eum jam Ordine S. Benedicti ejusque habitu assumpto, & per hoc ad eligendum in Prælatum prædicti Monasterii de Foswardia habili reddito, simul cum eodem nobis dictæ postulationis Decretum præsentari fecerunt humiliter supplicantes, quatenus eundem postulatum, & hujusmodi concordem postulationem, quam pro electione habere affirmant, auctoritate nostra ordinaria approbare & confirmare, ac ipsi postulato & demum confirmato manus benedictionis impendere sive impendi curare, ipsumque Monasterium suæ curæ & directioni in spiritualibus & temporalibus committere, ac eidem in Abbatem ibidem præficere dignaremur, prout in hujusmodi postulationis Decreto plenius continetur. Nos igitur diutinæ vacationi prædicti Monasterii de Foswardia occurrere cupientes, facta nobis fide de forma postulationis prætactæ, & qualitatibus personæ postulatæ prædictæ, ac inquisitione præhabitâ diligenter, quum nullum obstare invenimus impedimentum, quominus supplicatio prædicta non foret admittenda, & dicta postulatio suum debitum non sortiatur effectum, de Jurisperitorum consilio dictam postulationem & assumptionem personæ antedictæ Dni Gherardi de Harderwyek, quem ad dictam dignitatem Abbatialem habilem & idoneum comperimus, ut præmittitur, Canonicè factam admisimus, approbavimus & confirmavimus, prout admittimus, approbamus, & auctoritate nostrâ ordinariâ in Dei nomine confirmamus. Et ipsi Dno Gerardo regimen & administrationem dicti Monasterii & Abbatialis dignitatis de Foswardia in spiritualibus & temporalibus committentes, eundem Abbatem & Pastorem dicto Monasterio præficimus, ac manus benedictionem per Vicarium nostrum in Pontificalibus eidem impendi consentimus & mandamus. Quocirca &c. Anno 1546."

Varii illic Abbates.

† PAULUS ÆGYDIUS COSTERUS, ex priore Thabor. Cœnobii, Fosverd. Abbas; cui *Chronicon Frisiæ*, populari sermone conscriptum, nuncupavit *Andreas Cornelius*, Stauriensis.

HERMANNUS, Fosverdiani Cœnobii Abbas Anno 1482.

GERARDUS WITTENIUS, Anno 1550.

PETRUS ibidem Abbas, Anno 1565.

MARRUM, aliàs *MERRUM*,

Merrum celebratum a miraculo resuscitati pueri,

Vicus Ferverderanæ Præfecturæ apud Ostergöos, inter *Ferwert* & *Hallum* medius, in quo, ex Sibrando Leone puer virtute Frederici Abbatis resuscitatus a mortuis ad celebrationem sui Cœnobii.

& a Sede, *OdeBotniæ.*

ODE-BOTNIA pagi hujus incola Anno 1409.

JESLUM,

Jeslum, sani fastigiata turris ac census.

Ejusdem Præfecturæ in Ostergoïs pagus, cujus Ecclesia, acuto & eminenti gaudet fastigio. Ex institutione Past. curæ. Præposito Traj. veniebant v. flor. aurei.

† *Suffridus de Script. Fris. Dec.* XIV. § 97.

HALLUM,

Hallum,

Pagus Præf. Ferverd. amplissimus, sub quo vici & Sedes nobilium variæ, inter alias *Goslingana*.

Ecclesia; *Vicaria*,

Ecclesia ibi Paroch. & in ea *Vicaria*.

Pastores Ecclesiæ Hallumensis olim,

antiqui Pastores;

Dnus FREDERICUS FEIKO, Cœnobii Horti D. Virginis conditor, & primus Abbas, &

Dnus SARICUS, Decanus in *Gryn*, & VII. Horti-Mariani Abbas, aliique.

Cœnobium Horti-Marianum;

In pago enim Hallumensi M. P. V. a Leovardia in Septentriones Ferverdianæ Præfecturæ in Oostergoa ad fines Westergoæ viguit pridem celebre Præmonstratensium Cœnobium, in *Capella* ad honorem S. Mariæ Virginis, & D. Joannis Evangelistæ Annn 1163. a prædicto Frederico conditum, Hortus S. Mariæ, vernaculè *Maria-gaarde* nuncupatum.

Hujus initia, progressus & Abbatum seriem duximus ex Sibrando Leone, ejusdem instituti apud Lidlumenses Canonico.

ejus initia,

Anno Virginei partus 1163. Monasterium Horti divæ Virginis, vulgò *Mari-gaarde*, fundatur à Venerabili & Deo dilecto viro, D. *Frederico*, Ecclesiæ in *Hallum* Pastore. In pago prædicto honestis natus parentibus, patre *Dodone*, matre *Sibrich*, ibidem prima Grammatices præcepta didicit. Post *Monasterii* Westphaliæ litteris operam dedit. Cœnobium *Insula S. Mariæ* * frequentius accedens, Cœnobitarum pietate motus, ipsam Ordinis Præmonstratensis disciplinam amplexus, mirum in modum studuit promovere. *Hallemis* rediens, D. Feikonis Pastoris in *Hallum* sumptibus, sacerdos consecratur, illoque defuncto, successor declaratur. Hâc dignitate sublimatus, suis exhortationibus, coöperante Spiritu Sancto, hominum animos ita commovit, ut plures etiam genere nobiles, factisque insignioribus clari, posthabito mundo, in Ecclesiâ *Hallemensi* sumpto habitu candido, monasticem professi, ipsius subderentur, ordinisque disciplinæ.

Abbatum series.

I. Fredericus.

Fredericus horum confluxu quotidianisque incrementis fervidior factus, locum exædificandi Monasterii decernit: quod dum per se, utpote opibus destitutus, efficere nequit, nobilium matronarum *Siæ* matris *Renici*, cognomento *Magistri* nobilis de *Martena*, & *Gertrudis* in *Dresem*, *Kemponis* & *Asgonis de Blya* cognatæ, munificentiâ adjutus est. His patronis stipatus Anno 1163. novam erigit ædiculam sacram, D. Virgini, Sanctoque Johanni Evangelistæ consecrandam, primumque in eâ ipso die exaltationis S. Crucis sacrum celebrat; quâ elaboratâ adduntur & reliquæ domus receptui commodæ, sic ut plurimorum essent capaces. Tum *Steinfeldiam Eifliane* ditionis properat, & re cum Præposito communicatâ, Ordinis instituta omnia impetrat. Accrescente indies virorum ac feminarum multitudine, minus tutum judicans utrumque sexum unis habitare ædibus, locum ædificandi sacris Virginibus Cœnobiolum impetrat in *Bethleêm*. Quo tandem erecto, e vestigio illas simul transfert. Obiit autem vir pius in *Hallem* anno Præfecturæ XIV. In ædicula sacra ab ipso fundata altiori sarcophago tumulatus quiescit Anno Domini 1175. Vitam Frederici hujus illustrarunt in *Actis SS. Bollandini* ad diem III. Martii. Exturbata e Frisiæ finibus Orthod. re-

* *Vulgò* Marienweert *in Gelria*, *inter Rhenum & Vahalim*, *ad Lingiæ dextram propè Culenburgum.*

ligio-

ligione, Frederici Reliquiæ in Frisia absconditæ, demùm in Hannoniam ad Cœnobium *Bonæ spei*, Ord. Præmonstr. propè Binchum translatæ fuere.

Est mihi ad manum Cœnobii hujus Horti-Mariani M.S. Codex, quo & hujus primi Institutoris, & successorum Abbatum vitæ series continetur.

Sed quia Sibrandi Leonis descriptio & longius protenditur & elegantiori stylo concinnata est, in recensendis sequentium Abbatum gestis ejus potissimùm verba mutuabimur; aliqua tamen ad ejus narrationem, ex dicto Codice MS. hic & illic inserturi.

ENTO ABBAS II.

II. Ento. *Frederico* sufficitur D. *Ento Entetus*. Hic summâ laude præfuit annos octo. Monasterium majori ambitu auxit. Templum novum ingenti opere a fundamentis erexit recuperato miraculosè marsupio nummis distento, & in Rheni alveo amisso. Obiit Anno salutis 1184. 3. Non. Sept.

GERBRANDUS ABBAS III.

III. Gerbrandus. *Gerbrandus*, vir doctus ac prudens, octavo sui muneris mense in Domino moritur Anno 1185. 5. Non. Sept.

JOANNES ABBAS IV.

IV. Joannes. Vir hic omnibus modis laudabilis, Monasterium suis exstructum terminis consecrari curat Anno Domini 1190. Moriens D. *Syardum* ipsi notissimum, in dignitate subsequi postulat. Obiit Anno 1194. XII. Kal. Julii.

SYARDUS ABBAS V.

V. Syardus. *Syardus* ob ingentem pietatem inter reliquos Frisiæ Patres clarus extitit. Cum Fratribus eisdem utitur eduliis, nec lautioris quidquam admittit, & si quid hujusmodi allatum esset, Novitiis ab illo datum constat. Latissimis agris in *Bachoveen* ipsi a *Sylvanis*, quorum tunc temporis summæ in cespitum fodinis erant divitiæ, ultro oblatis, eò profectus novam Capellam, *Mariæ curiam* ab ipso nominatam, constituit. In pauperes semper benevolus fuit. Tantus ipsum divinæ contemplationis fervor urgebat, ut ad quasvis occasiones suos ad similem mentis aciem hortaretur, unde & Dominus viri hujus delectatus calore, indefessò multam ipsi miraculorum gloriam concessisse memoratur. Vitæ cursu feliciter acto, anno suæ dignitatis XXXVI. salutis 1230. migrat ad Dominum ipsa nocte S. Brictii Episcopi.

Vitam ejus conscripsit ejus successor Sibrandus, quam ad diem XIII. Nov. se illustraturos spondent Bollandini.

SIBRANDUS ABBAS VI.

VI. Sibrandus. Hic collectis omnium suffragiis Abbas nominatus, a *Goslico* & Reinero Macharii Steinfeldensibus confirmatur. Fuit *Sibrandus* corpore admodum gravi, carnoso, & pingui, quod ipsi in obeundis muniis difficultatem peperit, quamobrem plores sibi sacellanos adjungere cogitur. Ædiculam sacram, *Mariæ curiam* appellatam, erigit, & aliquot agriculturæ præficiendos conversos eò mittit. *Anastasiæ*, Illustrissimæ Duci Pomeraniæ novum in *Slavoniâ* Cœnobium crigenti, & huic Cœnobio virgines ex Collegio *Bethlemitico* imponi postulanti, Abbas *Sibrandus*, feminæ in Deum fervore gavisus, obsequitur, & decem ex præstantioribus eò destinat. Fuit insuper in *Sibrando* de Canonicis optimis litteris imbuendis ingens sollicitudo. Obiit anno Præfecturæ VIII. salutis 1238.

JARICUS ABBAS VII.

Erat *Jaricus* suo seculo litteris summopere excultus, nec Poeseos ignarus. Hic aliquandò Ecclesiæ in *Wartna* Pastor, relicto sæculari habitu Ordinem suscepit Præmonstratensem; dein ex Pastore in *Halum*, auctoritate D^ni^ *Sibrandi* Ecclesiæ in *Gryn* Decanus effectus est. *Jaricus* eo quo præfuit tempore de studiorum laboribus nihil remittens, Commentarios manuscriptos temporum injuriâ amissos, in *Cantica Canticorum* composuit, stylo admodum dulci & facili. Prospicit sibi de viris pietatis studio claris, quos *Prioratus* honore exornat, quod horum opera cultus constet divinus. Morbo correptus, Præpositura absolutionem efflagitat; quâ impetratâ paulo post moritur Anno 1240. x. Kal. Julias. Ante gradus Sanctuarii sepultus quiescit. VII. Jaricus.

JELGERUS ABBAS VIII.

Resignante *Jarico*, *Jelgerus* Ordine Diaconus, Abbas designatur. Natus in honestâ familiâ *Jelgerhusum*, patre *Edone* de *Jelgerahuscu*, matre *Baucka*, matronâ nobili, quæ soror *Dodonis Kempinga*, viri ob insignem probitatem inter reliquos Frisiæ nobiles clarissimi. Erat *Jelgerus* sommâ prudentiâ, rerumque multarum notitiâ clarus; unde aliquandò a *Sibrando* Abbate ad res arduas procurandas in Franciam ad Capitulum generale Præmonstratense missus est. Abbas electus, interfecto Episcopo Trajectensi à Drentoinibus, *Vestphaliam* adiit: prætervectus Monasterium, *Mindam* petit: ipsâ S. Paschæ vigiliâ sacerdotio inauguratus Trajectum mittitur, a Præsule necdum consecrato litteras adfert dimissorias, quibus impetratis Abbas consecratur. Ipso die S. Joannis *ad portam Latinam* primum sacrum celebrans, ab utriusque sexus hominibus præsertim, a matronia nobilioribus ex Oostergoa & Westergoa multis ditatur donariis; tantus erat omnium in viros Deo deditos favor & studium. Sub *Jelgeri* patrocinio erecta sunt Cœnobia duo: unum virorum, a *Gerico* quodam in *Wigaratorp* paternæ ditionis, quod ex proprio nomine *Gerkis-clooster* dici voluit; alterum à *Buvone* ex familia illustri *Harkama*, a se vulgò nominatum *Buven-clooster*: quo exstructo, decem ex *Bethlehem* adductæ virgines, pleræque genere nobiles, Ordinis institutum auspicantur. Obiit Jelgerus anno suæ administrationis XVIII. redempti orbis 1259. Ante gradus Presbyterii sepultus, diem Domini extremum præstolatur. VIII. Jelgerus.

THEODORICUS IX.

Hic Abbas Jelgero succedit, communi suffragio electus. Moritur suæ dignitatis anno XVI. 15. Kal. Febr. Anno 1275. IX. Theodoricus.

BAUKO ABBAS X.

Bauko, sexennio in Præsulatu transacto, moritur Anno redempti orbis 1280. 19. Kal. Januar. X. Bauko.

VAL-

VALTO a SCHELTINGA ABBAS XI.

XI. Valterus. *Scheltinga* in pago *Mindertserck* natus, *Baukoni* communi suffragio succedit, frater Theodorici Abbatis prædicti. Anno sui officii xx. moritur, salutis 1300. 1. Nonas Martii.

SIBRANDUS II. ABBAS XII.

XII. Sibrandus II. *Sibrandus* ejus nominis II. annis xiv. in administratione feliciter actis, moritur in Domino, Anno 1313. 3. Nonas Septembr.

POPTETUS ABBAS XIII.

XIII. Poptetus. *Poptetus* succedens, annis xvi. summâ laude Præfecturam administrat. Fato concessit Anno virginei partus 1329 Kal. Novemb.

JELGERUS II. ABBAS XIV.

XIV. Jelgerus II. Hic *Popteto* succedens, veram sectatur pietatem. Anno functi ministerii xiv. in Domino moritur, salutis 1344. 4. Idus Octobr.

VALTO, sive VALTERUS II. ABBAS XV.

XV. Valterus II. *Valterus* hujus nominis II. succedens, suo gregi tanquam fidelis Pastor præest; multa incommoda & damna perpessus summâ fert patientiâ; incidit quippe hujus temporibus cruentum Frisonum cum Hollandis bellum. Obiit officii anno quinto, a nato Christo 1350. Kal. Maji.

VORPERUS TZJAERDA XVI. ABBAS.

XVI. Vorperus Tzjaerda. *Vorperus*, nobili de Tzjaerdâ familiâ natus in pago *Hallumensi*, triennio saltem præest, vitæ innocentiâ clarus. Obiit Anno Domini 1353. Idibus Augusti.

FREDERICUS XVII.

XVII. Fredericus II. *Fredericus* hujus nominis II. annis xx. præest. Moritur Anno salutis 1372. 3. Kal. Julii.

HESSELUS XVIII.

XVIII. Hesselus. *Hesselus* summâ virtutum opinione præest annis xi. Moritur Anno 1385. 5. Kal. Aprilis.

GERBRANDUS XIX.

XIX. Gerbrandus. *Gerbrandus* optimè rem suæ fidei concreditam dispensavit. Anno officii nono hominem exuit, salutis 1394. 6. Kal. Junii.

VIARDUS XX. ABBAS.

XX. Viardus. Vicesimus Abbas *Viardus* totidem annos summâ laude præest. Moriens in medio chori sepelitur Anno 1410. 5. Kal. Dec.

LINDULPHUS XXI.

XXI. Lindulphus. *Lindulphus* unius anni percurso in dignitate spatio moritur Anno Domini 1420. „ Hic multa „ bona incepit facere, & ea compleviſſet ſi vixiſ„ ſet “, ex Codice M. S. *Horti-M.*

VIBRANDUS XXII.

Vibrandus, peracto in Pontificatu septennio, suæ pertæsus Præfecturæ certo consilio Ordinis mutationem meditatus, candidum habitum exuit. Canonicorum resumit habitum Regularium Anno 1427. XXII. Vibrandus.

TZIALLINGUS XXIII.

Tziallingus huic suffectus, summo studio Monasterii prædia ampliare studet. Moriens ingens sui desiderium posteris reliquit. Obiit Anno 1462. *Viardi* sepulchro illatus quiescit. XXIII. Tziallingus.

VILHELMUS ABBAS XXIV.

Vilhelmus, Abbas virginum in *Marna*, ditionis Groningensis, *Tziallingo* succedit. Hic exacto decennio de agris Monasterii amplificandis litteras emptionis Insulæ *Marcken* altius scrutatur. Hinc *Bruxellam* adit, ubi res agitur summo ab utraque parte juris processu, ipso *Carolo* Burgundo præsente. Dictâ sententiâ cuique sua dogmata, quibus possessionem tueri velint, exhibere præcipitur. Insulæ possessores amissionem futuram subodorati, summo astu rem tractant; simulant pacificationem; Abbatem ad convivium vocant; fit longa potatio in multam noctem. Interim ipsius famulum dato auro corrumpunt, acceptisque e vidulis omnium rerum litteris, soli famulo concreditis, claudunt & abeunt. Abbas fraudis ignarus securè dormit. Postridiè famulus nusquam apparet & litteræ ablatæ. Interrogatus a Duce *Carolo* de processu, nihil respondet; cui *Carolus*: *O potor, potor, ut potasti fecisti?* Abbas collectis reculis, re infectâ domum revertitur. Obiit Anno dignitatis suæ 23. salutis 1485. XXIV. Wilhelmus.

TAKO AEBINGA ABBAS XXV.

Hic generosis natus parentibus, summam in sui administratione officii probitatem & industriam exercuit, religionis splendorem ex illatâ reformatione mirè auxit. De abdicando munere cogitans, misso clam *Præmonstratum* nuntio manumissionem impetrat; unde graviter Cœnobitæ dolent, tali nolentes orbari Pastore. Absolutus Anno Præfecturæ xxi. salutis 1506. Biennio peracto clam semet subducit, *Lidlum* migrans. Anno 1512. 5. Kal. Aug. peste correptus in Domino moritur, ad pedes *Etheloci* de *Liaukama* Abbatis sepultus. XXV. Tako.

Ex Codice Pergam. Cœnobii Horti-Mariani Abbas hic quatuor altaria consecrari ac dedicari fecit: Summum videlicet, in honorem Dei & B. Mariæ matris ejus, S. Joannis Evangelistæ & S. Cæciliæ virginis. Secundum verò retro in Ecclesia in Australi ejus parte ad honorem Dei, S. Joannis Baptistæ, S. Augustini & S. Annæ. Tertium ad honorem Dei, S. Matthæi Evangelistæ, S. Antonii & S. Barbaræ virginis & Martyris. Quartum in honorem Dei, S. Bonifacii, S. Martini, & Mariæ Magdalenæ.

Subjungo Takonis Epicedion a Sacerdote Frisone compositum, ex dicto Codice M. S. Horti-Mariani desumptum.

O be-

O hominem bullam, quem te si Creta notarit
Prædicat Antimachus, thaamata rara docent.
En cecidit fato Tertessia lux lachrymanda,
Cajus ab infando funere Cirrha stapet.
Saxea si fatum præcordia moveris unquam,
Hoc moveat, credo saxea corda nimis.
Nemo mihi videor, cui non sit cornea fibra,
Hi lectis Elegis flesse negare qucat.
Pieridam immortale genus mortalibus ultrò
Velle suum famulis semperat arte sua.
Nec mirum in lachrymas solvatur, cum magis æquo
Candidulos Patres collachrymare videt.
Cur non si nattus multo carbone notatos
Fleverit ignivomam flere studebit apem.
Tristia pacificus si flevit fata Saulis
Jessides, cur non funera fleuda fleam?
Sint Phetontiades comites, compassio sit Dux,
Relligiosa queat contio flere Patrem:
Sufficis, Aonides jam ferto sameatia sursum
Lumina, ne gravis ludat Apollo leves.
Hic cinis, hic clausus viso campo Ezechielis
Intêgra facie, integer osse cubat.
Hic Pater insignis dormitat, & hic Hymenæis
Conviviis tandem lux veneranda redit.
Hinc fratres . . . lustrantia fundite tesqua,
Elysiis campis transeat absque mora.

Eodem Codice continetur Takonis *Epitaphium*, & *Apotheosis*; sed cum nihil præclari contineant, iis dandis supersedeo.

PAULUS ABBAS XXVI.

XXVI. Paulus. D. *Takone* recedente, D. *Beckholt* Abbas proclamatur. Hic ab ipsâ electione sui officii memor, *Takonis* vestigia virtutum exemplis sectatur. Eleemosynarum largus distributor, pauperum pater frequenter est appellatus. Morbo fatali correptus, suæ administrationis Anno XXVII. Idibus Decembris piè moritur, redempti orbis 1533. Hic in pueritiam devênit, ex Cod. MS. H. M.

PETRUS VENLO XXVII.

XXVII. Petr. Venlo. Hic virtutum tramite incedens, *Pauli* vestigia sedulò sectatur. Anno Præfecturæ VII. moritur in Domino, in choro, meritis exigentibus, tumulatus Anno partæ salutis 1540. 4. Idus Febr.

En Petri Epitaphium ex prædicto MS. Codice desumptum:

Qui non sinebas Paulum requiescere sibi,
Ecce jaces Petre, jam requiesce tibi.
Faxint ad superi te gaudia tendere cæli,
Horrendum est stygiis mergier inque rogis.

JOANNES HASSELT ABBAS XXVIII.

XXVIII. Jo. Hasselt. *Joannes Hasseltus* genere nobilis, variis virtutum exemplis antecedentium vestigia sectatus honestè præest; postmodum corrupti sæculi vitiis infectus, a pietatis & Ordinis tramite paululum deflectens, genio plus minus indulsit; convivia splendida & vinosa advenienti hospiti proponit. Reginam *Mariam*, Cæsaris sororem Anno 1545. dato epulo admodùm splendido, præsente D *Georgio Egmondano* Episcopo Trajectensi, hospitio excepit. Moriens Anno functi muneris VIII. salutis 1548. in prosceño VII. Fratrum in choro sepelitur, successori aureorum sex millia debitorum relinquens.

HENRICUS SMENCK XXIX.

Defuncto *Joanne*, D *Henricus Volvega*, Prior, XXIX.
Abbas declaratur. Fit ingens gaudium ob semel Henr.
ex proprio corpore creatum caput; at gaudium Smenkius.
illud non fuit perpetuum: nam prodigus nimis prioribus debitis plurima addidit; hinc tanquam Ecclesiasticorum omnium helluo, & dissipator, Præfecturâ indignus, officio privatur: præterea carceris squallori mancipatus, non definito termino miserè clauditur; in quo hærens diutius, ante obitum triduo liberatus, moritur circa festum Purificationis anni sequentis. Acta sunt hæc Anno 1558. in autumno.

GODEFRIDUS XXX.

Henrico incarcerato, *Godefridus* Buscoducensis XXX. Godefridus.
Sepulchri S. Mariæ in *Buvencloester* Præpositus, Abbas eligitur. Hic sobrius & parcus, Monasterii damna, suâ resarciit vigilantiâ. Gravi oculorum vitio laborans, anno Præfecturæ XII. absolutionem impetrat. Dato salario annuo, assignatisque colonis officio cedit Anno 1559. *Leovardiam* migrans ab omni officio divino exoneratus sibi vivit.

REGNERUS ASPEREN
ABBAS XXXI. & ULTIMUS.

Huic in administratione *Regnerus* in *Buvencloester* XXXI.
Præpositus succedit, confirmatus non Regnerus
consecratur temporis brevitate præventus. Ab Asperanus.
Episcopo Leovardiensi Cunero Leovardiam ad novum Collegium Canonicorum ex Diplomate Pontificio translatus, ampliori salario præ ceteris suis fratribus Canonicis decoratus vivit splendidè.

Sub eodem Hallomensi pago, & aliud olim Sub eodem pago
viguit Cœnobium sexûs feminini ex instituto virginum
D. Bernardi, Claro-campensi Abbati subditum, Cist.
Gernaert, seu *Genesareth*, aliàs & *Nazareth* di- Cœnobium Gernaertinum, &
ctum. Nazareth dictum.

L[illegible]CHTAVERT,

Feverdianæ Præfect. vicus, idem fortè qui Luthaverum, Div:
Luthaverum, cujus Ecclesia D. Gertrudi Sacra, Tutel.
Pastorem suscipiebat a Lidlumanis Abbatibus. Collator.

D O C K I N G A,

Doccumi varia nomina,

UT † habet Membrana Trajectina, qua scriprione & Stokius utitur, nativè *Dokhem*, id est, Doconis villa, Werumensibus ferè semper *Dokkum*, apud Emmium Latinè *Doccumum*, Oostergoæ alterum oppidum est, elegans, & solo undique felici.

Paroch. Ecclesia, Divo Martino sacra.

Parœcia & templum ejus unum, cœmeterio spatioso ac amœno cinctum, S. Martino Turonum Episcopo sacrum, quibus vacabant Symmistæ duo. Sed præter hoc, fanum Monasticum cum cucullatorum claustro ibidem fuit, consecratum memoriæ D Bonifacii Frisonum Præconis, ad oppidi Pomœria, ut suo loco vidimus, a relapsis Frisonibus occisi. Altero hoc majus & turri sublimi arduum ac conspicuum fuit, nunc, turri solâ exceptâ, solo æquatum.

Altera D. Bonifacio inscripta, claustralis,

Canonicorum Regularium & in communi viventium pridem, ut Trajecti, juxta Schotanum hæ ædes fuere, qui dein S. Norberti disciplinam suscepêre: fuitque hoc, juxta eundem scriptorem primum & antiquissimum totius Frisiæ Orientalis Cœnobium, lapsu temporis Abbatia celeberrima, SS. Augustino & Norberto dicata, ex omnibus Frisiæ Cœnobiis a Schotano antiquissima habita.

Canonicorum Regul. primum, dein Præmonstratensium,

Hujus Antistes, juxta Emmium, Pastor quoque Ecclesiæ oppidanæ antè religionis statum immutatum audiit, & operâ Vicariâ in peragendis sacris duorum Sacerdotum inferiorum usus fuit.

cujus Pastor primatius ipse Antistes:

Contubernium illic ad honorem S. Antonii.

Est & Doccumi Xenodochium, & Nosodochium, & Orphanotrophium, pietati in miseros & egentes destinata omnia.

Contubernium, Xenodochium, alia pietatis monumenta,

Post Bonifacium Doccumum incoluit, Evangelium Christi illic annuntians Wilhehadus, Anglus, primus Bremensium Episcopus, de quo *Bataviæ Sacr. part.* I. *p.* 85. & post hunc Ludgerus, de quo sub pago Wierumensi.

primi fidei præcones,

Doccumum & pagos Doccumo vicino, hodie curat Presbyter ex Societate Jes.

nundinæ,

Nundinæ Doccumi annuæ quatuor. Quarum una ad diem VI. Junii, postridiè S. Bonifacii, patriæ Præconis.

& Viri eruditi,

Viri inter Doccumenses Eruditi;

Corn. Kempius,

* CORNELIUS KEMPIUS, natus Doccumi in Frisia, bonis ibidem litteris ac moribus operam dedit. Scripsit, *De origine, situ, qualitate, & quantitate Frisiæ* libros 3. Suffridus Petri *lib. de Scriptoribus Frisiæ Dec.* XIV. §. 3. *Kempii* vitam ac studia pluribus complexus est. Obiit Groningæ circa Annum Domini CIↃ. IↃ. LXXXVII.

Henr. a Bra.

HENRICUS a BRA, Doccomiensis, Frisius, Medicus, nulli nostrâ ætate secundus, inquit Suffridus Decade XVI. §. 7. *de Script. Frisiæ:* celeberrimas Italiæ Academias, Romanam, Florentinam, Bononiensem lustravit, & per Germaniam in patriam cogitans, doctoralem Basileæ lauream Anno CIↃ. IↃ. LXXX. ætatis suæ XXV. adeptus est, artemque medicam Campis apud Trans-Isalanos, Leovardiæ, & Doccumi factitavit, scripsitque varia Medica.

Hermann. Doccom.

HERMANNUS DOCCUMIENSIS, Friso, Theologus & Pastor Leovardiæ ad S. Vitum, vixit circa Annum CIↃ. IↃ. XIV. de quo sub Leovard. Pastoribus.

ac Jul. Beyma,

JULIUS BEYMA, Doccumi in Frisia natus, Jurisprudentiam Lovanii didicit, titulumque Licentiati Aureliis in Gallia adeptus est. Patriæ redditus, in suprema Frisiorum Curiâ Ordini Senatorum adscriptus fuit. Reliquit *Comment. ad Instit. Juris Justinianeas. Tract. methodicum in universam materiam contractuum. De pignoribus, usuris, fructibus & mord.* Moritur Leovardiæ Anno Dom. CIↃ. IↃ. XCV. ætatis suæ LIX.

Sub Præfectura Dongerana.

WIERUM,

Wierum, nobilitatum natalibus D. Ludgeri, illic etiam Pastoris, & Sede Rienic. *Itsma.*

Præf. Dongeranæ ad Occidentem *Paseni* amnis vicus perantiquus ad marinum aggerem, in quo nobili domo natus est D. Ludgerus, qui & Pastor nascenti illic Ecclesiæ datus, post VII. annos, juxta Vorperi *Chronicon Fris.* MS. ministerio Ecclesiæ ejusdem impensos, primus evasit Monasteriensium Episcopus, de quo fusè *Bat. Sacr. part.* I. *p.* III.

Rienico *Itsma*, nobilis Friso, vici illius incola erat Anno 1483.

Vicinus vico huic

HOLWERDT,

Holwerde, quasi agger sanctificatus D. Ludgeri præclaro miraculo;

Ejusdem Præf. ad Occidentem *Paseni* pagus amplus & antiquus, denominatus non a caupone *Hollio*, ut Emmio placuit, sed ab *Heylig*, priscis Frisonibus, *Hollig*, & *Weert* seu aggere; quia ex veterum annalium fide D Ludgerus cæco illic visum reddendo, aggerem hunc nobili miraculo illustrarit. Pago huic forum equarium ad diem 7. Septembris. Fano fastigiata turris accessit Anno 1661.

ubi variæ nobilium Sedes. Præter vicos alios Dong. ad Occid. *Pasens* Præf. notus est vicus *Nes*, Paroch. ejus Ecclesia, & illius census.

Variæ ibidem nobilium Sedes, ut *Tielsena*, *Boltana*, & aliæ.

Tonnawerdt, *Hantum*, *Hiaura*, *Waenens*, *Nes*, totidem sunt Dong. ad Occidentem *Pasens* Præfecturæ vici.

Nessæ vico annuæ sunt nundinæ.

Parochia ei dudùm, ex cujus Pastoritia institutione veniebant floreni aurei tres.

AELSUM,

Aelsum, Sedes nobil. & grisearum Sororum asceterium,

Doccumo conterminus Dongeranæ ad Orientem *Paseni* vicus exiguus, in quo Sedes *Mockema.*

Illic & grisearum pridem Monialium tertiæ regulæ asceterium, ex Sylvestrium regione eo transplantatum.

NIEU-

† *Mens. Alt. not part.* 2. *p.* 43. *Ubbo Emm. de reb. Fris. pag.* 61.

* *Val. Andr. Bibl. Belg.*

NIEUKERK, & *NIEUWIER*,

Nieukerk, & *Nieuwier*, Latinè *Nova Ecclesia* in antiquis monumentis celebrata, uti & ejus *Plebani* ac *Scholastici*, & vicina Cœnobia.

Dongeranæ Præf. ad Orientem Paseni, non ignobiles vici, uterque Latinè, *Nova Ecclesia*.

In litteris Honorii III. & Capituli Colon. Anni 1224. apud Emonem Werumensem est mentio *Magistri plebani* in *Nova Ecclesia*. Et in aliis ad Monast. Episcopum, *Magistri J. Scholastici* de *Nova Ecclesia*.

Ex Altingio *Not. Germ. Inf. part.* 2. *p.* 131. "verosimilius est hic intelligi fanum aggello "tumulo tunc nuper impositum, *Nyewier* no- "mine, cui in plano, inquit, subjacet Præmou- "stensium Canonicorum Cœnobium, *Sion* ini- "tio dictum, vulgò *L. Vrouw ten Berghe*; & pro- "ximè ejusdem Ordinis Monialium alterum sub "Doccumi mœnibus appellatione opposità, "*L. Vrouw ten Dalle*, apud quam Vallem qui- "dam Horti-Mariani Canonicus, juxta dictum "Emonem * Sigardo Abbati dormienti nasum "sacrilegâ manu penè præcidit". Quidquid sit de hoc *Præmonst. Canon. Cœnobio* SION initio dicto, in Cod. M. S. Leovardiâ ad me misso, reperio sub *Nieuwierensi*, seu *novæ Ecclesiæ*, Parochia ad novissima usque tempora viguisse Cistercienfium Monialium Cœnobium seu *Prioratum*, sub Claro-campensi Abbate, Anno 1580. demùm destructum.

* ad Ann. 1230.

Paesens, & natus ibi Petrus Didrichus Pasc.

PAESENS, abjectus hodiè piscatorum vicus, a Paseno amne denominatus, e quo ortum duxit,

PETRUS DIDRICHUS, Paseanius, Friso, qui Groningæ docuit, & *Dialectices compendium* conscripsit, editum Argentinæ 1556. 8.

Sub Præfectura & Decanatu Collumano

COLLUM,

Collum, ejus arx, portus, nundinæ, Ecclesia, Vicaria, Decanus.

Præfecturæ hujus, a quo tota denominatur, in solo fœcundo vicus præstantissimus, cum portu commodo, ubi priscis temporibus arx vetusta, *Ter Luyne*. Duæ ei nundinæ, ad Kalendas Junias una, altera ad Kalendas Septembres. Ecclesia S. Martino erat sacra, cujus cultus, stante Catholica fide, celebratissimus; ibi & pridem *Vicaria*. D. *Gerardus*, Presbyter in Gaest, Anno 1482. Collumanus erat Decanus.

BUERUM,

Buerum, sub quo Cisterc. asceterium.

Ejusdem Præfecturæ pagus non exiguus in solo fœcundo versus Ommelandos, in quo olim Cistercienfium virginum Cœnobium, seu *Prioratus*, *Galilæa* dictus, sub Gerrieæ Abbatiæ Præsule.

OLDWOLDA,

Oldwolda, ubi Præmonstr. Monial. asceterium.

Ejusdem Præf. pagus, sub quo pridem Præmonstratensium Monialium asceterium, seu *Præpositura*, *Feen-klooster*, & *Mons Oliveti* appellata.

Sub Octopagica Præfectura, a VII. *Parochiis, seu Baptisteriis denominata,* est pagus,

SUTRHUTSUM, seu SUIDERHUTSEN,

Suyrhutsum,

A cespitibus celebris, cujus Parochialis Ecclesia, grassante Bellonâ, destructa, denuò restaurata est; eadem sors fuit sequentis Ecclesiæ.

Pars IV.

BUITENPOST,

Buitenposta,

Pagus Octop. Præf. amplissimus & amœnissimus; cujus fanum a militibus custodiis incensum, eleganti formà restitutum est.

DROOGE-HAM,

Drooghe-Ham,

Ejusdem Præfecturæ pagus, sub cujus Parochia olim

BUWANUM,

Buwanum, Præmonst. Monialium Cœnobium; hujus initia, & institutor.

Præmonstratensium virginum Cœnobium seu *Præpositura*, ex Lidlumano sub Priore Tjardo progenita, a Buwone Hartiema Anno 1242. fundata, *Sepulchrum* S. *Mariæ* alio nomine vocata; de cujus initiis, institutore & æde sacra sic disserit Vorperus Thaborita *Chron. Fris. cap.* 32.

Eodem tempore fuit in pago sancti Augustini vir quidam dives & nobilis nomine Buvo, *nec uxorem habens, nec liberos, qui construxerat jam pridem sacellum beato Nicolao in suo patrimonio ex conniventia Episcopi Monasteriensis, in cujus Diœcesi prædicta Ecclesia erat sita, quam etiam sufficienter ad sacerdotalem sustentationem dotaverat. Videns postea fratrem Gerricum ex suis jam bonis ad honorem omnipotentis Dei claustrum construxisse Monachorum, sese hoc amplius ad similia facienda incitatum suspicabatur. Accito igitur per nuncium Domino Elgero, Abbate Horti-Mariæ Ordinis Præmonstratensium, aperuit ei suæ intentionis secretum, dicens, se relictis seculi vanitatibus omnia quæ possidebat eidem penè velle resignare: quod & ita factum est. Nam Abbas prædictus curam ipsius Monasterii ab Episcopo Monasteriensi, in cujus Diœcesi est constructam, in districtu videlicet octo pagorum (vulgò* Acht - kerspelen) *suscipiens, introduxit in illud Moniales Ordinis Præmonstratensium ex* Bethlehem *assumptas, cujus prima Ecclesia consecrata est Anno Domini* 1245.

AUGUSTINUS-GAE,

Augustinus-gae, ejus Parochia, D. Tutelaris,

Octopagicæ Præfecturæ pagus, cujus Ecclesia S. Augustino, Ecclesiæ Doctori sacra, Præposito Traj. ex Pastoritia institutione reddebat flor. aureos quinque.

Claruit pagus is natalibus, ut jam vidimus, nobilis & divitis viri, *Buvonis*, Buwani Cœnobii Institutoris, qui & in pago eo, sub fundo sibi proprio, Sacellum ante exstruxerat B. Nicolao sacrum.

Nobilitatus insuper agger iste natalibus *Gerrici*, potentis, divitis, ac religiosi viri.

Sub eodem quippe pago viguit

GERRICUM,

nobile Gereonis Cœnobium; ejus institutor, origo, progressus, diversa nomina.

Seu *Gereonis* Cœnobium, Abbatia Ordinis Cisterciensis, & *Jerusalem* dicta a Gereone Anno 1240. fundata. Hujus initia sic refert *Chron. Fris.* MS. *cap.* 32. Vorperus Thaborita;

Fuit in Cuilsum *Parochiâ sancti Augustini vir quidam dives & potens Gervicus, sive* Gerehe *nomine, non habens liberos. Is Deum cupiens bonorum suorum facere hæredem, cœpit claustrum ædificare in* Viegerathorpe *suorum prædiorum. Qui accedens*

H 2 ad

ad Sidachum Abbatem Clari-campi intentionem illi aperit, petens sibi in devotis & idoneis personis Deum timentibus, aliisque Ordini Cisterciensium necessariis provideri. Quod & Dominus Sidachus omni quâ potuit diligentiâ facere curans, præfecit eidem monasterio in primum Abbatem fratrem Vibrandum in Clari-campo professum, virum bonum, doctum & nobilem : vocaturque hoc monasterium Latinè Hierusalem, *& vulgò* Gercbia - cloester.

Anno 1580. & hoc destructum fuit Cœnobium.

Als. not. part. 2. p. 45. Dresum, seu Vresum, unde orta Gertrudis, virgo Deo devota.

Sub Dantumana Præfectura *Dresum*, *Wolterwolda*, *Dantumerwolda* (à qua Præfectura tota nomen sortitur) *Mormerwolda*, ubi D. Bonifacius occisus fertur, (quasi *Moordenaers-wolda*, id est *latronum sylva*) & *Ackerwolda*, Dantum. apud Oostergoos Præf. vici non ignobiles.

VRESUM,

Fortè idem cum *Dresum* seu *Driesum* vicus, Dantum. Præf. M P. II. Doccumo ad Vulturnum; undè, ex Sibrando Leone orta Gertrudis virgo, quam reliquis a se auctoratis præfecit Fredericus, Horti - Mariæ Abbas I.

RINSMAGEESTA,

Rinsmageestæ nundinæ, Parochia, Divus Tutelaris, viri illustres,

Amplissimus & eminentissimus Præfecturæ Dantumanæ in Oostergoa pagus, arborum densâ serie, & trinâ nobilium sede decoratus. Nundinæ illic ad diem 29. Augusti in quam incidit Decollatio S. Joannis Baptistæ, cujus honori dicata Parochialis Ecclesia, in qua & *Vicarus*.

Rinsmageestæ originem debet Vorperus, *Thaborita* dictus, Ecclesiæ Rinsmageestanæ Pastor, postmodùm Cœnobii Can. Reg. propè Snecam Prior.

* *Val. And. Bibl. Belg.*

* VORPERUS THABORITA, in Rinsmageesta Frisiæ pago natus, primùm Pastor Ecclesiæ Patriæ, dein Canonicus Regularis S Augustini in Thabor juxta Sneeam, scripsit Latinè *Chronicon Frisiæ* libris III. ab Exordio gentis ad An. Dom. CIO. IO. XXXV. In quibus, inquit Suffridus †, & ordinem bonum in distinguendis rerum temporibus, & judicium summum declaravit in rerum ipsarum delectu, ne lectori fabulas obtruderet ac nugas. Lectum fuit MS. Hagæ Comitis apud *Cornelium Dunium*, J.C. Mihi communicatum a Dno Corn. Alckemadio.

Sub Parochia Rinsmageestana,

CLARUS CAMPUS,

nobile Cisterc. Cœnobium, Clarus Campus;

Vulgò *Kluercamp*, primaria quondam apud Oostergoos Dantumanæ Præfecturæ Abbatia Ordinis Cisterciensis, inter Frisiæ Cœnobia antiquissima, plurium aliorum ejusdem Instituti, uti & *Hortus D. Mariæ* Præmonstratensium, fœcunda parens P. II. Doceumo versus occasum.

Nomen sortitur a Clara vidua ejus fundatrice, in pago Rinsmageesto in loculo plumbeo conditâ.

ejus initia, institutrix,

Schotanus & Emmius prima ejus initia referunt ad Annum 1165. Emo, Werumensis Abbas, hujus meminit ad Annum 1165. Membrana Trajectina ad Ann. 1230.

Abbates,

Primus ejus Cœnobii Abbas, *Eyso*, Clarocampensibus ex Cœnobio Riddershuisano, oppido Brunswiccusi ad Austrum contiguo, & jam penè collapso, immissus.

Alter Abbas *Gerbrandus*, qui Tetbardom, primum veteri Cœnobio Abbatem, dedit.

† *de Scripp. Fris. Dec.* 2. *c.* 8.

Sidachus, Anno 1240. Gerrico Monasterio *primum Abbatem dedit fratrem Vibrandum in Clari-campo professum*, ex Chronico Vorp. Thab. Cœnobia, ab eo progenita,

Joannes Goch, Anno 1478. Claro-Campensis Abbas.

Gerardus Zutphaniensis, Abbas illic Anno 1545.

Eyso Wittsingius, Abbas ibidem Anno 1559.

Gerardus Agricola, Orphanotrophii Franckerani præcipuus fundator, postremus ejus Cœnobii Prior.

In principio fervoris sui, inquit Vorperus Chron. cap. 12. *floruit odore sanctæ conversationis, cæteros ad similes Abbatias fundandas alliciens; quod alia monasteria ex illo prodeuntia indicant.*

Ex Campensi Cœnobio prognata duo Monialium apud Frisios asceteria, *Sion* scilicet, & *Genesareth*, seu *Nazareth*, de quo jam mentio fuit,

Tria virorum Cœnobia, nimirum Floridi Horti seu Veteris Monasterii; S. Bernardi in *Auwert* sive *Aduert*, & Gereonis Monasteriom, de quibus suo loco.

Plurima ad hæc Campensi Abbatiæ per Frisiam & per Hollandiam Cœnobia suberant. latissima extensio,

Abbates Claro - campenses primum inter Frisiæ Abbates locum tenebant. & auctoritas.

FEENWOLDA,

Feenwoldæ arx, Abbatum Secessus;

A cespitibus denominatus pagus Præfecturæ Dantomanæ, ubi arx saxea, secessus pridem Abbatum Claro-campensium. Fanum ibi cum turri, posteriore ævo exstructum.

Sub Præfectura Tzyetzercana.

TZIETKERKA,

Tzyetzerkerka, a qua tota Præfectura denominatur.

Tzyetzerkanæ Præfecturæ, a qua tota Præfectura nomen trahit, non ignobilis vicus.

OLDKERKA,

Oldkerka, elegans ejus fanum,

Amœnissimus ibi pagus, cujus fanom eleganti suggestu, sedilibus & scamnis ornatum; sub hujus Parochia

BETHLEEM,

& Præmonst. asceterium,

Vulgò *Barlebeim*, Virginum Præmonstratensium Cœnobium seu *Præpositura*, sub Annum 1110. a Frederico I. Horti Mariani Abbate conditum. *Fredericus enim hic*, inquit Sibrandus Leo, *minus tutum judicans utrumque sexum simul habitare, sacris virginibus seorsum Cœnobium statuit*, in Bethlëem, *ad honorem B. Mariæ Virginis*. Horti Mariani Abbatibus mansit subditum.

Nobiles virgines (haud dubiè illius Instituti) juxta Schotanum, *Hist. Leov. pag.* 329. Monasterium istud novissimis temporibus occuparunt.

BERGUM,

Bergum, ejus nundinæ,

Amœnos & latè extensus Tyetzercanæ Præfecturæ pagus, cui duæ nundinæ, quarum prima die inventionis S. Crucis, altera ad exaltationem S. Crucis.

Sub ejus Parochia pridem viguit

BERGUMANUM,

Canonicorum Regul,

Canonicorum Regularium Cœnobium, D. Nico-

Cœnobium, Sedi Leov. assignatum, Paroch. Ecclesia, Collator,

Nicolao Episcopo & Confessori dicatum, vulgò dictum, *Prioratus S. Nicolai*, Capitulo Windesimensi subditum.

Illud, ut jam nunc diximus, Sedi Leovardiensi ex Pii IV. Diplomate unitum, ipsaque Bergumana Ecclesia ex eodem Diplomate, in Parochialem Ecclesiam erecta est, cui Leovardiensis Episcopus de idoneo Rectore provideat.

G A R Y P,

Garyp, Ecclesia Paroch. arces,

Ejusdem Præfecturæ pagus, densâ arborum serie obsitus, in qua præter Parochiam, ex cujus institutione 11. flor. aurei, cum 8. stuf. veniebant, arces ibi nobil. frequentes ad XIV. usque, e quibus notæ etiamnum *Solckemana, Schroetsmana*, *Galckebiemana*, &c.

& Can. Reg. Cœnobium,

Pridem illic & Cœnobium Canonicarum Regularium, seu *Prioratus*

S Y G E R S W O L D A.

Sub Præfectura Smallingana

B O R N B E R G U M,

Bornbergum, Smallinæum Monialium S. Bened. Cœnobium,

Dictæ Præfecturæ pagus, clarus natalibus Antonii Folcardi, de quo plura Suffridus *.

Virginum illic *Benedictinarum* Cœnobium, quod & Abbatia, *Smalinæum* dictum, a rivo *Ee* denominatum. In Cœnobio hoc sub Schieringanorum & Vetcoperorum tempus ablegati Frisii & Groningani comitia habuere. Virgines hæ, Abbatibus ejusdem Instituti contermini, subditæ erant, qui Priores eis designabant.

Rectores,

Prior earum sub medium sæculi XVI. D^nus^ Petrus a Groninga, cui Georgius Egmondanus, Traj. Episcopus Anno 1548. 16. Martii potestatem facit virginum professiones excipiendi seq. Diplomate ex Codice ejus MS. desumpto;

ac facultates eisdem a Georgio Traj. Episc. concessæ.

Georgius &c. devoto nobis in Christo D^no^ Petro a Groninga, Priori Conventus Monialium Ordinis S. Benedicti in Smalene, *partium Frisiæ nostræ Diœcesis, salutem in D^no^ sempiternam. Ut tu & tui in dicto Prioratu successores de cætero futuris temporibus Virginum præfatum Conventum in* Smalene *intrantium, ac Religionem & Ordinem ejusdem assumere volentium professiones recipere, ipsisque juxta regulam dicti Ordinis velum imponere, & benedictionem impendere, aliorum Superiorum licentiâ desuper minimè obtentâ vel requisitâ, liberè & licitè possis & valeas, possint ac valeant, Tibi & eisdem tuis successoribus dicti Conventus Prioribus auctoritate nostra ordinariâ tenore præsentium ex speciali dono gratiæ potestatem concedimus & facultatem, nostrarum testimonio litterarum. Datum Anno* 1548. 16. *Martii.*

Sub Yderana Præfectura

Y D A E R D,

Ydaerd,

Præfecturæ apud Oostergoos Yderanæ vicus, diversus ab *Hydaerd* Westergoorum vico.

R O O R D A H U S U M,

Roordahusum,

Ejusdem Præfecturæ vicus mediocris, ex quo ortus,

* *Suffridus Script. Fris. Dec.* XVI. §. 10.

Ex Valer. Bibl. Belg. Viri illustr.

BOETIUS EPO Rhordahusanus, natus An. CIↃ. IↃ. XXIX. parentibus honestis & Catholicis: factis in Patria studiorum initiis, Coloniam An. D. CIↃ. IↃ. XLIII. ablegatus, literarum ac Linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ præceptis imbuendus, titulumque Philosophi capit Anno ejus sæculi XLIX. ætatis XX. Et dum ibidem docendi tyrocinium facit, juveni studium arridet Medicinæ. Swollam inde concedens An. CIↃ. IↃ. LII. biennium docet. Hinc Lovanium profectus, Homerum & Hesiodum ibidem publicè interpretatur. Hic Theologiæ ac Juris scientia adolescenti placet. Lovanio evocatus atque invitatus ab *Eustachio Chapuysio*, Sabaudici apud Lovanienses Collegii fundatore, docendi Provinciam Niceæ Allobrogum, in alio ejusdem Chapuysii Collegio, sibi imponi patitur. Non ita multò post Lutetiæ Parisiorum annum unum duntaxat hæret ac docet, Jurisque studio deinceps (ceteris postpositis) sese mancipat. Atque in hac peregrinatione sua dum veluti motoriam agit fabulam, variis variarum vulpium caudis (ita enim de se ipse scribit, præfanda ad sua Antiquitatum Ecclesiasticarum syntagmata) agitatus, nunc horum, nunc aliorum dogmatum fæce respersus, nunc etiam Calvini, quasi cujusdam majorum gentium Dei, consalutatione apud ipsam Genevam lætatus, & Calvinianis in Regno Francico tinctus præceptiunculis, redolentibus in speciem nescio quid censoriæ reformationis, tandem vir factus perfectior reipsa deprehendit, pollicitationes illas dogmatum fuisse, & esse ab antiquitatum Ecclesiasticarum veritate remotissimas; ut cum postea merito & errorum fœdissimorum vehementer puduerit ac pœnituerit, & piissima mater Ecclesia gremio suo complexa, ritu debito refoverit. Atque ab eo tempore animum antiquitatibus potissimùm Ecclesiasticis indagandis adjecit; acceptaque Tolosæ suprema Juris utriusque laureâ, An. Dom. CIↃ. IↃ. LX. ætatis XXXI. Lovanium reversus, ad docendum se, suaque componit. Ubi biennio exacto An. CIↃ. IↃ. LXII. III. Non. Octobris, dum Universitas Duacena auspiciis regiis initium capit, solenni in urbem pompa, cum ceteris Professoribus ac Doctoribus *Boetius* introducitur. Hic annis XXXVII. summa in docendo dexteritate, in consulendo, rebusque publicis tractandis prudentiâ, exactis, jure ac titulo Comitis Palatini, solus ex primis illis, velut colonis Lovanio Duacum deductis, superstes, ac primarius Juris Pontificii antecessor, moritur septuagenario major An. Dom. CIↃ. IↃ. XCIX. XVII. Kal. Decembreis, apud Patres Societ. Jesu conditus, brevi hac, uti jusserat, inscriptione, decem duntaxat vocibus constante:.

Boëtii *corpus quiescit hic*, Eponis
Animam respice, ô Jesu, benigniter.

Multa scripsit, queis Philologiam, Historiam Sacram, Jus cum Cæsareum tum Pontificium egregiè illustravit, quorum elenchum vide in Valerii *Bibl. Belgicâ.*

W A R R E G A,

Warrega,

† Præfecturæ Yderanæ pagus mediocris, anteà ex Sibrando Leone *Raevier* dictus; cui, quia in a prælio contra Wilhelmum Holl. Comitem fortiter se illic Frisii defenderant, *Werrega*, a *Werren* nomen inditum.

† *Sib. Leo. vita Abb. Horti D. Mariæ p.* 372.

WARSTIENS,

Warstiens,

Alius ejusdem Præfecturæ pagus, cujus Ecclesiæ Pastor ex Pastoritiâ institutione reddebat flor. aur. tres.

WARTNA,

Wartna, Præfecturæ Yderanæ vici,

Ante Annum 1200. oppidum non ex minimis, sed eluvione eversum, modò pagus exiguus. Ecclesiæ in *Wartna* sub Ann. 1230. Pastor *Jaricus*, relicto sæculari habitu Ordinem suscepit Præmonstratensem, creatus dein Abbas Lidlumanus ordine VII.

& eorum novi Pastores.

Cura Warregana vicinorumque locorum sub regimine Petri P. M. Sebast. Arch. demandata fuit Petro Elst, origine Elstensi, ortu Embricensi: sed illi in pagum Elstensem adversus R. D. Joannem Peerboom immisso, successor datus est Joannes van Houten, & ipse Embricensis.

Sub Præfectura Rawerdiana

RAUWERD,

Rauwerd, Ecclesia,

Pagus Raw. in Oostergoia Præf. antiquus & latè extensus, cui cum turre, Ecclesia in colle edito exstructa, D. Laurentio sacra.

Capella;

Præter hanc, in pago, stante cultu Catholico, Sacellum, *Flansum* appellatum, in quo Presbyter aliundè adveniens, annuè sacra faciebat, & sermonem habebat ad populum, iis, qui eò accedebant.

epulæ illic, Sedes nobilium variæ.

Sacris peractis mensa sternebatur, in qua perna cocta & vas cerevisiæ erant apposita. Convivæ bibebant dies aliquot ad Divi Tutelaris honorem, & ad memoriam illius, qui ex testamento hæc otia condiderat Viguit & in pago *Rawerdino* sororum, tertiæ regulæ Cœnobium *Engwirdanum*, Anno 1478. conditum.

Sedes illic *Heringa*, *Inwinga*, *Iubimmerina*, aliæque.

IRNSUM,

Irnsum,

Vicus Rawerdianæ Præfecturæ quæstuosus, in quo Sedes *Douma*.

Divus Ecclesiæ Tutelaris, S Marcus Apost. & Evangelista.

POPPINGA-WIER,

Poppinga-wier,

Ubi Patronus, S. Nicolaus.

TERSOOL,

Tersool,

Patronus, S. Vitus.

SIBRANDA-BUYRT,

&

DEERSUM,

Sibranda-buyrt, & *Deersum*,

Hic D. Petrus Apostolus, illic S. Martinus * Turonum Episcopus dudùm erant in veneratione. Tractum hunc & vicinum inter Leovardiam ac Sneeam medium, primus a mutato regimine excoluit,

Præf. Raw. vici, eorum Ecclesiæ, Divi Tutel. Nobilium Sedes, & animarum Curatores.

"R. Dnus PAULUS a TADEMA, Friso, "ex primariis Frisiæ stemmatibus, sed ferè A-"catholicis ortus, mirabiliter a Deo extra Pa-"triam ad fidem Catholicam conversus; qui & "moribus, & pietate, & doctrinâ Theologicâ "egregiè ibidem imbutus, in Patriam a divina "Clementia destinatur, ut ubi spiritum vitæ ac-"ceperat, divinæ gratiæ spiritum iis redderet.

"Vir verè Apostolicus, arguens, obsecrans "opportunè, importunè, in omni patientia & "doctrina, sitiens animarum salutem:

"Dives in omnes, pauper sibi propter Christi "amorem, obiit Leovardiæ Anno Christi 1655. "mense Majo, cujus *deservitura* inter Sneeam "& Leovardiam in Præfectura Barana, Rawer-"diana, Yderana, Uttingerana". Hæc ferè de eo scribit Rdus Dnus Andr. Thiara, dudùm Pastor in *Oosterenda*, qui ejus se *sacrificio* pluries *interfuisse* asserit. "Hujus, inquit idem, suc-"cessores in Præfectura Rawerdiana,

"R. Dnus *Eduardus Sostra*, Friso. In Yderana "& Uttingerana Præfectura, Rev. Dnus *Bavo* "*Gaitsma*.

"At Barana Præfectura venit tunc præcipuè "sub cura patris S. J. vel etiam nulli sacerdoti "hi se subdiderunt; sed quisque pro libitu, tem-"pore necessitatis, quem vellet quærebat undi-"que Sacerdotem.

"Rdo Dno *Sostra Sneeam* misso, divisam hanc "*deservituram*, inquit idem, reunivit sibi R. D. "Gaitsma; cujus successores,

R. D. *Nicolaus Vincent*, e vicino Leovardiæ agro Friso, posteà Maccumensis, modò Medenblicanus Pastor.

R. D. *Joannes Till*, Embricensis, posteà Pastor in Hillegom, &c. Embricæ mortuus Anno 1698.

R. D. *Joannes Bruyninck*, qui solus Pastor loci, obiit in Irnsum Anno 1691. in festo S. Joannis Evangel.

In defuncti locum successit,

HERMANNUS PEESE, Tubantinus, Theologus Lovaniensis.

Eo ad curam *Degnekamp* in patria destinato,

BERNARDUS FOCK, & ipse Tubantinus, Theologus Lovaniensis, anteà Vice-Pastor Leidæ, & dein Pastor in *Slootdyck*, & vicis conterminis.

Huic in patriam ad *Deldenam* curam evocato, suffectus

JOANNES DE JAGER, Amstelodamensis, Theologus Lovaniensis, anteà Trivialium Hussiæ Scholarum Rector; mortuo A. Dno Franc. Groenhoutio, in Zaandam Orientalem ad curam *Vitulus* dictam destinatus.

Absolutâ jam *Oostergoâ*, ad *Westergoæ* territorium amplissimum pertransimus, ubi primùm occurrit,

* *Jac. Torr. in Relat. Rom.*

STAURIÆ DECANATUS.

Stauriæ, antiqui Decanatus sub Præposito S. Salvatoris, aut etiam S. Joannis;

Ex M.S. Codice Eccl. Traj. Anni 1482. comperi, ut jam antè dictum, quod *Stauria* & *Gaesterlandia* tota, Decanatûs nomine pertineret ad *Præpositum* S. *Salvatoris* Ultrajecti

Certè ex aliis Codicibus & Membranis palam est Stauriæ & vicino Westergoæ tractui proprium fuisse Decanum; licet Chartæ plures, & maximè posterioris ævi eundem cum reliquo Westergoæ tractu subjiciant Præposito S. Joannis in eadem civitate Trajectina.

Ipsi seculares Scriptores attestantur, quod Geestana Præfectura, hodiè inter *Sylvestres* numero VII. recensita, sub Ultrajectinorum Præsulum, Saxonumque Ducum regimine Westergoæ accenseretur, atque inter amplissimas ejus territorii Præfecturas numeraretur.

Oppida, † Emm rer. Fris. l. 1. p. 18. & pagi. * Schot. descript. Fris. p. 225.

De eâ enim differens Ubbo Emmius †, sic ait; *Geestana inter Slotam & Staveram porrecta, utroque comprehenso oppido, tota ea longitudine fluctibus pulsatur.*

* Schotanus, disertè quoque asserens quod jus municipale Saxonicum Geestanam Præfecturam cum *Oldevaerda* & *Noordwolda* conjungeret, *Gaesterlandiæ* pagos hoc modo recenset;

Wyckel,	*Scarle,*	*Nyegae,*
Sindel,	*Warns,*	*Elahuysen,*
Olaemardum,	*Molckwerum,*	*Harich,*
Neemardum,	*Coldum,*	*Rugahuysen,*
Aurls,	*Colderwolde,*	*Een Klooster, t' Hemlum,*
Backhuysen,	*Oldegae,*	*Abdye* Ordinis Benedicti.
Hemlum,		

Westergoa a Stavera initium ducit.

S T A U R I A,

QUÆ ET

S T A V E R A,

Stauria, antiquissimi oppidi,

PRimi & antiquissimi nominis oppidum est in veteri *Stauriorum* Insula, omnium, quæ in ipso Rheno quondam fuerunt, maximè Orientali; a quibus & nomen accepisse Altingius † contendit, *Steerbem* scilicet; uti incolis hodiéque vocatur, quasi dixerint *Sturiorum Oppidum.*

vetustissima memoria,

Ultima ejus memoria est in Marmore quod Romæ exstat in Æde D. Michaëlis; ubi inter Frisiæ Athletas, qui Caroli M. signa secuti sunt, memoratur *Leomot de Stavera.* Altera in Diplomate Henrici IV. Anni 1077. Postea frequentior ejus memoria apud Scriptores.

Membrana Trajectina ad Ann. 1226. & 1232. Stauriæ sæpius, & speciatim *Stauriæ Decanatûs* facit mentionem.

situs, opulentia, occasus;

* Stauria in littore ad Flevum sita, urbium Frisiæ totius quondam maxima, ditissima, splendidissima, quondam Regum Frisiæ Sedes, porto olim commodissimo suprà modum felix, & rebus maritimis potens, fabulosis commentis plus satis celebrata, lascivientis cujusdam feminæ fastu & populi proterviâ de veteri gloria dejecta, ex S. Odulphi præsagio, portu corrupto, & vicini maris usu in arctum redacto, evasit minima, sic ut ægrè oppidi nomen tueatur. Reges ejus dudum desierunt. Successerunt Præfecti, a Frisiis dicti *Potestates.* Caput extulit Leovardia: Stauria contrà succubuit, Hollandis interdum parens, interdum Ultrajectinis, vectigalis utrisque. Sæpè abjecto etiam jogo libera & sui juris, Wilhelmo Rege Rom. & Wilhelmo Hannonio, qui ejus nominis IV. fusis cæsisque. Vindicabant in ea jus Hollandi & Trajectenses, dono Imperatorum modò his, modò illis concessa, de quo videndus Heda in *Godefrido.* Progressu temporis, Trajectinis, cum Hollandorum virtus cuncta protereret, vix aliud quam Ecclesiasticum jus remansit.

varia sub diversis Dominis fors, A. Matth. Anal. tom. 6. p. 73. &c. Ultrajectinis quoad sacra novissimè subjectin.

Ecclesiæ, Divi Tutelares,

Plures in oppido olim Ecclesiæ, ac Cœnobia. Ecclesia ibi, juxta Schotanum antiqua, in honorem D. Virginis Deo sacrata, Anno 910. cum tredecim ædibus incendio absumpta est. Alia, ex Winsemii Chronico, S. Nicolao nuncupata fuit, de quo ità Suffridus †; *Stauriæ templum fuit Stavonis, quod posteà D. Nicolao consecratum est, in quo omnia acta publica & monumenta regni Frisonici ab initio hactenus diligentissima cura coacervata & conservata fuerant,* &c.

† *Alt. Not. Germ. part. 1. p. 117.* * *Emm. rer. Fris. p. 63.*

† Suffridus de Script. Fris. Dec. VII. §. 3.

Paro-

earum valor.

Parochia valoris erat 550. flor. aureorum: ibi & *Vicaria* 100. ejusmodi florenorum.

Primus ejus Ecclesiæ Pastor, S. Odulphus,

Ad Staurios ab avita fide, quam a primis ejus Præconibus sub Pippino & Carolomanno susceperant, ad Sabellii Arianorumque hæreses delapsos, missus est a S. Frederico VIII. Traj. Episcopo, ejus Canonicus & laborum socius, Odulphus. Ut lapsos hic ad fidei veritatem reduceret, Episcopus ei commendavit fidei Symbolum, compendio continens antiquum Ecclesiæ sensum circa profundissimum SS. Trinitatis Mysterium.

Vorperus Thaborita, qui Symbolum illud prodit, sic de gesta hac re disserit *Chron. Fris.* MS. cap. 32.

Symbolum ab eo fidelibus traditum,

... Beatus quippe Fredericus, inquit, S. Odulpho Stauriensem regendam commendavit Ecclesiam, eique hujusmodi chartam de Sancta Trinitate compositam misit, quam pro salute plebis per Ecclesias & Parochias Frisiæ singulis diebus tribus vicibus, sc. mane, meridie, atque vesperi jussit recitari".

Æternus est Pater, æternus est Filius, æternus est Spiritus Sanctus. Distinctio est in personis, unitas cognoscitur in Natura. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus. Trinum quidem nomen, sed una virtus & potentia. Filius a Patre incomprehensibiliter genitus, Spiritus Sanctus a Patre filioque procedens ineffabiliter, potestas non accedens, sed perpetua individua manens, summitas sociabilis, regnum sine fine, gloria sempiterna quæ sola creat, sola peccata dimittit & cælorum regna concedit.

a D. Athanasii Symbolo diversum.

* Ex hoc S. Frederici Symbolo firmatur sententia doctissimi viri Gerardi Vossii, existimantis Symbolum Athanasii, sæculo decimo tertio primùm inventum, non Athanasii esse: cum passim absit a Codicibus ejus MS. vel certè nomen Athanasii ei non præfigatur, ut aliis ejus operibus. Nullibi ad hæc Athanasius ejus Symboli meminit, aut ullus ejus vel proximi sæculi scriptor. Usi fuissent eo Symbolo Latini contra Græcos in *Concilio Gentiliaco* An. 767. & iterum An. 809. sub Carolo Magno. Græcè illud haud dubiè scripsisset Athanasius, si ejus auctor fuisset. Contrà ex Latino in Græcum versum videtur. Atque illud agnoscebant Legati IV. a Gregorio IX. Constantinopolim missi Anno 1233. ad conciliandos Græcos cum Latinis, qui illo primi usi fuêre. Quod autem Treviris exulans, illud, ut multi putant, non condiderit, probare videtur formula hæc S. Frederici, Ultrajectini Episcopi, qui haud dubiè Symbolum Athanasianum Frisonibus Arianis in fide firmandis proposuisset, si tale ei innotuisset. Innotuisset autem facilè, si Treviris id scripsisset Athanasius, cum magna Trajectensibus & Germaniæ Episcopis, ubi Bonifacius noster Archiepiscopus fuit, de rebus sacris fuerit communicatio. *

Hinc B. Odulphus, cujus vitam *Bat. Sacr. part.* I. *p.* 105. &c. dedimus, primus Stauriensis Ecclesiæ Pastor censeri meritò debet.

Cœnobium Canonicorum XII. juxtà muros ab eo institutum,

Quo tempore ibi vixit, Cœnobium extrà muros ad Flevum instituit Canonicorum XII. cujus rudera adhuc nostro ævo mari decrescente visa.

in quorum locum introducti Monachi Benedictini, queis Cura Past. mansit.

Sed cum Canonici hi a prisco vitæ instituto lapsu temporis descivissent, ab Andrea XXV. Ultraj. Episcopo amoti, & Monachi Benedictini ex Oostbroucano circa Ultrajectum Cœnobio, in eorum locum introducti sunt.

Ipsis Stauriensis Ecclesiæ cura deinde commissa fuit.

Charta fundationis.

Charta fundationis, Anni 1132. qua Andreas Episcopus *Ecclesiam* S. *Odulphi* Abbati & Monachis illius cum omni ejus in banc jure, aliaque privilegia concedit, hujus est tenoris.

"In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum facio ego *Andreas*, Dei gratia Trajectensis Episcopus, omnibus fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod cives Staurenses divina inspirati misericordia Ecclesiam sancti Odulfi diu sub laica manu detentam, & quædam bona ejusdem Ecclesiæ, quæ a prædecessoribus nostris in beneficium laicis tradita fuerant, labore suo & bonis suis ab omni laica potestate absolverunt, & eandem Ecclesiam a laicis expeditam & bona ipsius quæ laici habebant libera, & penitus absoluta ad servitium Dei restituerunt. Nos vero bonam voluntatem illorum considerantes consilio & petitione Priorum Ecclesiæ nostræ ad promovendum ibidem Dei servitium omne jus nostrum cum circatu nostro, cum terra & censu, & quicquid habuimus de præfata Ecclesia in decimis majoribus & minoribus, justitiis, pratis, pascuis, campis, cultis & incultis eidem Stauriensi Ecclesiæ perpetualiter contradidimus, & ad voluntatem & petitionem prædictorum civium Abbatem cum Monachis in eadem Ecclesia statuimus & consecramus, & bona omnia ad eandem Ecclesiam pertinentia banno nostro eidem Ecclesiæ consignavimus & confirmavimus. Statuimus autem Abbati illius Camerario nostro, qui in Fresiam iturus est, singulis annis duas libras Staurensis monetæ persolvere, unam libram in eundo, aliam in redeundo. Statuimus & hoc ut Ecclesia illa libera sit, & ad Abbatem alium nullatenus habeat respectum, & mortuo Abbate in Ecclesia illa fratres libere & Canonica electione quemcunque voluerint eligant, & electum Episcopo examinandum & consecrandum repræsentent. Præterea statuimus & prædictæ Ecclesiæ pro privilegio tradidimus, ut prædictus Abbas, secundum quod moris est quarundam Ecclesiarum, contentus propriis personis, quas in claustro habet, nulli feodum vel de Camera vel rebus Ecclesiæ tribuat, & liber de expeditionis exactione permaneat. Et ut supradicta omnia rata & inconvulsa permaneant hanc kartam inde conscribi & sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data autem Trajecti in die sancto Pentecostes, Anno Dominicæ incarnationis millesimo C. XXXII. indictione X. Episcopatus nostri anno IV. præsentibus testibus idoneis, clericis, liberis, ministerialibus. Clerici, Hardbertus majoris Ecclesiæ Præpositus, Lutbertus ejusdem Ecclesiæ Decanus, Hermannus Præpositus Sancti Bonifacii, Luzo Præpositus sancti Petri, Wibrandus Abbas S. Pauli, Ludolfus Abbas S. Laurentii in Palude, Wichardus Decanus sancti Bonifacii, Lutbertus Decanus sancti Petri, Arnoldus Decanus sanctæ Mariæ. Liberi Godefridus de Malsen & filius ejus Hermannus, Giselbertus de Kalnech. De Staveren, Aldgerus, Richpertus, Gerbrandus, Pajo, Wifhardus, Reinerus. Ministeriales, Arnoldus Castellanus, Alfero Scultetus, Albero filius Giselberti, Hugo de Vechten, Lutbertus Mareschalcus, Wicherus Dapifer. Istæ sunt Capellæ pertinentes ad Ecclesiam sancti Odulphi in Staveren, Laxnum, Wardelle, Kannewald, Hin-

"dele-

"delepum, Gersmere, Santfoerde, Leddesgbe, Aldekerke, Hagckerke, Ipekeldekerke, Wicle, Fetlerelte, Osterse, Kunre, Ruthne, Sillehem, Mareneffe, Urk, Linelwerth, Midlinge, Harth, Dennigrip, Scinghnum, Wedershof".

Congregationis hujus principium, *Anno Dominicæ incarnationis*, ut chartæ huic aliâ manu subscriptum, *millesimo, centesimo, trigesimo secundo, nostræ Congregationis principium fuit.* Ex eadem charta,

Series Abbatum,

I. ABBAS, AARON.

II. . . . AMELRICUS.

III. . . . JACOBUS.

IV. . . . ROBERTUS.

V. : . . SIMON.

VI. . . . ALARDUS.

VII. : .. . ABRAHAM.

VIII. : . . CONRADUS.

IX. . . . RUPPERTUS.

X. : . . HENRICUS.

XI. : . . CONRADUS.

XII. . . . EVEKO.

XIII. . . LEVEKO.

XIV. . . OTGERUS.

XV. . . . SIARDUS.

XVI. . . : AMYLIUS.

ob exæstuantes undas Stauriam translatum utriusque sexus duplex, ALGERUS, deinde, Stauriensis Cœnobii Abbas, prospiciens ejusdem ex undarum calamitatibus ruinam, aliud Stauriæ, juxtà Schotanum, ad Austrum extrui jossit, circa Annum 1319.

Joannes a Leidis *lib.* 17. *cap.* 11. narrat, utriusque sexus Collegium ab eodem Traj. Antistite Andreâ fundatum fuisse.

Innocentii III. firmatum Diplomate; Innocentius III. chartam prænominatam, recepto in suam & D. Petri tutelam utroque Cœnobio, confirmavit sequenti Diplomate:

"*Innocentius*, Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati Monasterii sancti Odulphi de Stauria ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professuris in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujustibet adversitatis incursus aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis enervet. Ea propter dilecti filii in Domino vestris justis postulationibus annuimus, & Monasterium de *Stauria* Ordinis sancti Benedicti Trajectensis Diœcesis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem, statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei & beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Prætérea quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum juste & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, beati Odulphi beatæ Mariæ in Staveren, de Laxnum, de Warlesse, de Karnwald, de Mitlinge, de Harich, de Hindelopen, de Gersmere, de Sandforde, de Hestum, de Edeswald, de Aldakerke, de Ypckaldege, de Hagekerke, de Wiele, de Farlanche, de Aethne, de Scherpensele, de Futhne, de Fenchusen, de Oosterse, de Sileham, de Marehnesse, de Nagela, de Emelwerd, de Urch, de Dreningrip Ecclesias, & Capellam de Flhe cum omnibus possessionibus & pertinentiis suis de Karnewalde, de Scherpensele, de Urch, de Sadergo, de Fle, de Algodetorp, grangias & piscationes, quas in quibusdam ex locis ipsis habetis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, ac eos absque aliqua contradictione retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum propter factam in Monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, & absque communi litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, voce suppressa divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi a Diœcesano suscipiatis Episcopo, si gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, eaque vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antistitem gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur, impendat. Prohibemus insuper, ut infra fines Parochiæ vestræ nullus sine assensu Diœcesani Episcopi & nostro Capellam seu Oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusve personis a vobis fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sunt, aut nisi publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesia-

"rum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Ecclesiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus favorabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate & in prædictis Ecclesia & capellis Diœcesanorum Episcoporum Canonica justitia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire attemptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque à sacratissima divini corporis communione aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Dni nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem æternæ pacis inveniant, Amen".

& largis Ultraj. Episcoporum indulgentiis promotum.

Lapsu temporis, cum Monasterium vi fluctuum & tempestatis vehementis quassatum, necessariis impensis ad restituendum esset impar, fidelium ad hoc opus imploratum est auxilium, largis etiam Antistitum Trajectensium allectatorum Indulgentiis, juxta hoc Arnoldi Horni, XLIX. T. E. Anno 1371. datum Diploma,

"*Arnoldus*, Dei gratiâ Episcopus Trajectensis, universis Christi fidelibus, cujuscunque prælationis, dignitatis, status aut conditionis existant, per nostram Diœcesin constitutis, ad quos præsens littera pervenerit, Salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, seu bonum fuerit seu malum, oporter nos ergo diem messionis operibus misericordiæ prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu valeamus recolligere in cælis. Cum igitur, prout veraciter didicimus, duæ turres & magna pars Monasterii beati *Odulphi* in *Stauria* Ordinis S. Benedicti nostræ Diœcesis, quod inter omnes Ecclesias & Monasteria Frisonum ab antiquo celebre & primitivum existit, cum aliquibus adjacentium domorum structuris ex assiduis marinis procellarum impulsibus occiderint, reliquo nihilominus ædificio ruinam comminante, ac etiam ipsum Monasterium in redditibus & proventibus per inundationes, frugum caristiam, & pecorum pestilentiam, & alia multa incommoda adeò depauperatum existat, quod ad conservationem Monasterii ejusdem & sustentationem Monachorum inibi Deo famulantium nullatenus prope sopperant facultates, nisi eidem Monasterio & Monachis Christi fidelium eleëmosynis succurratur, universitatem vestram rogamus, monemus, & in Domino exhortamur, ac vobis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & in remissionem peccaminum vestrorum salubriter injungimus, quatenus divinæ pietatis intuitu Nuncios ipsius Monasterii, cum ad vos cum litteris nostris præsentibus venerint, fidelium eleemosynas petituri, & verbum Dei, cum oportunum fuerit, prædicaturi, in Ecclesiis vestris benignè & sine conditione aliqua recipiatis, & recipi faciatis, nullam cum ipsis participationem de sibi collatis eleemosynis facientes, & negotium eorum, si ab eis fueritis requisiti, ac indulgentias eisdem concessas, prout vobis constat, plebibus vestris vobis à Deo commissis salubriter exponentes, ac piis monitis & salutaribus inducentes eosdem, ut de bonis à Deo sibi collatis Monasterio prædicto, & personis ejusdem eleemosynas pias & grata subsidia conferant caritatis, taliter in promotione hujus negotii vos habentes, ut per hujusmodi & alia bona, quæ Domino feceritis inspirante, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatæ Mariæ semper virginis, omniumque Sanctorum, ac beati Martini patroni nostri dignissimi meritis & auctoritate confisi, omnibus benefactoribus sæpè dicti Monasterii seu promotoribus præmissi negotii, verè pœnitentibus & confessis XL. dies de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus: Statuentes nihilominus, ut Abbas memorati Monasterii vel ejus vices in hac parte gerens, homicidas, & infantium oppressores, aut eos, quorum negligentia aut desidia infantes in igne vel aqua amissi seu perempti sunt, si verè pœnitentes exstiterunt, absolvendi ad onera * *karenarum* & annuorum seu aliorum jejuniorum tam ex pœnitentia quam ex voto adstrictos, pro quantitate subsidii prænominato Monasterio impensi vel impendendi ab eisdem, aliquas *karenas*, & annua, seu alia jejunia relaxandi, ac vota peregrinationum omnium, præterquam ad terram sanctam, & beatorum Petri & Pauli atque Jacobi, votis duntaxat exceptis, rationabiliter commutandi, votorumque redemptiones ad usus præfati Monasterii accipiendi nostra auctoritate plenam habeant facultatem.

"Datum Trajecti Anno Domini CIↃ.CCC.LXX. in crastino Martini mensis Novembris.

Ex Diplomate hoc liquet, quod duæ ei Cœnobio, ut S Pauli Ultrajecti, essent turres.

* *Carena*, ex *quadragena* vel *quarentena* formata, quadragesimale jejunium est, ab Episcopo Clericis aut laicis, vel ab Abbate Monachis impositum. Cangii Glossarium ad vocem *Carena*.

Ad

Sed incendio, aliisque calamitatibus deformatum.

Ad finem ejusdem seculi alia Cœnobio accidit calamitas, cujus sic meminit Henricus Thaborita *lib.* 7. *Hist. cap.* 23. *Anno Domini* 1390. *combustum est Monasterium S. Odulphi in Stauria cum multis domibus ab Hollandis, qui etiam Stauriam depopulati sunt.*

* Cùm Anno 1420. magna oppidi pars conflagraret, Cœnobium ab igne intactum fuit, & solum remansit, oppido domibus multùm imminuto.

Deinceps in pagum Geestani Territorii *Hemelum* traosplantatum fuit.

Stauriæ turris,

Turris post oppidi clades a Stanriensibus ædificata, adeò eminentis est fastigii, ut pharos sit nautis sinum Australem secantibus.

& personæ potentiâ, vitæ sanctimoniâ, religione, ac scriptis nobiles.

Extra eos qui seculi fastu ac potentiâ, uti Reges ac Principes, deiu & vitæ sanctimoniâ, ut præ ceteria Odulphus, atque religionis nominibus, ut dicti Cœnobii Abbates, Stauriam nobilitarunt; plures etiam natalibus ac scriptis eandem illustrarunt, inter ceteros

ANDREAS CORNELIUS, Stauriensis, Friso, Historicus, qui obiit Harlingæ, ubi & Organis præfectus erat, Ann. CIↃ. IↃ. LXXXIX. Scripsit *Chronicon Frisiæ*, a Suffrido Petro laudatum: quod tamen Ubbo Emmius lib. de origine atque antiquitate Frisiorum, fabulis, & narrationum portentis adornatum scribit.

CAPPIDUS STAURIENSIS, Frisius, Historicus & Sacerdos, vixit circa Ano. Dom. IↃ. CCCC. XX. Scripsisse fertur *Vitas SS. Lebuini, Otgeri, Plechelmi, Odulphi.* Item *Genealogias & seriem Principum, Ducum & Regum Frisiæ.*

NANNO STAURIENSIS, Friso, Philosophus, in septem artibus excellenter imbutus, Præceptor Radbodi, XIV. Episcopi Ultrajectini. Scripsit, *Commentarios in Aristot. de cælo & de mundo. In Ethicam universam. In Platonem de legibus, & de Republica.* Floruit circa Annum Dom. IↃ. CCC. LXXX.

HEMELUM,

Contractè,

HEMLUM,

Hemelum, ampli Geest. Præf. pagi, situs, nundinæ, Ecclesia, Pastor,

Quod cælum significat, Geestanæ Præfecturæ & Staur. olim Decanatus ingens, pervetusti nominis vicus, lapidibus stratus, ad alveum qui Staveram ducit. Illic nundinæ ad alteram diem pentecostes.

Vicaria,

Parochia ejus valebat 100. † florenis aureis, cujus Pastor Monachus Benedictinus. In *Parochia Vicaria* 100. itidem flor. aureorum, extra *Præbendas* duas, quarum prima 100. altera 80. florenos aureos dabat.

Præbendæ, earum valor,

Benedictinorum *Abbatia*, devastatum

Viguit & ibidem, ut jam diximus, celeberrimum a S. Odulpho primùm ad Stanriam conditum, dein huc translatum Benedictinorum Cœnobium.

Abbates Cœnobii hujus se dehinc inscripsêre, *Abbates Stauriæ in Hemelum.*

in *Hemelum*, pagum vicinum translata:

Sic Joannes a Bosco Anno 1550. in tabulis publicis apud P. Winsem. ‡ se inscripsit, *Miseratione divina Abbatem Stauriæ in Hemelum.*

Anno 1565. Nicolaus Landensis eodem modo se inscripsit, quem ad indictum Ultrajecti Concilium invitavit Schenkus Archiepiscopus.

unde & Abbates in *Hemelum* inscripti.

Cœnobium tamen illud unà cum Sacello intra urbem Anno 1430. juxtà Sebotanum reliquum fuit, cum Cœmeterium eminentiore loco situm haberet.

Ea diu adhuc superstes, tandem pulsis Monachis per Iconomachiam destructa fuit.

Antè annos XL. inquit Schotanus ‡, nonnulli adhuc erant in vivis, qui in Cœnobio S. Odulphi ad Austrum oppidi, Missæ celebratæ interfuerant, & in Sacelli Altari D. Virginis formam viderant Frisicæ mulieris capitio redimitam.

Emmius *rer. Fris. l.* 1. *p.* 16. inter Frisiæ Cœnobia, quæ maximas opes habuêre, numerat *Cœnobium Hemelum in Geestano territorio apud Westergoos.*

Tandem pulsis Monachis eorum bona, ut alibi, per Frisiam distracta, & in alios usus conversa; inter cetera, ad dissolvendum æs alienum quod grande tum contractum, ad fundandam Franequeræ Academiam, aliaque; facto jam initio Anno 1580. de quo P. Winsemius, *lib.* 18. *Hist.* & alibi.

Claruit autem *Hemelum* extra prædictum Cœnobium, Hopperorum etiam nobili ac vetusta Sede.

Ex stirpe hac Sneeæ natus est Anno D. 1525. III. Idus Nov.

Sedes Hopperorum, ex quibus Joach. Hopperus, ejus natales,

JOACHIMUS HOPPERUS, qui prius Linguæ utriusque fundamenta jecit Snecæ in patria, & Harlemi apud Batavos; Philosophiæ autem, maximè Platonicæ & Jurisprudentiæ operam dedit Lovanii, Præceptorem nactus Gabr. Mudæum, purioris Jurisprudentiæ lumen; sub quo præceptore evasit Jurisconsultus vix ulli seculo suo secundus. Lustratis Parisiensi & Aurelianensi Galliarum Academiis, Lovanium reversus Anno 1549. XIII. Kal. titulum Jurisconsulti, & quadriennio post Doctoratûs insignia accepit, docuitque magno audientium concursu & fructu *Digestorum*, ut vocant, *Paratitla*, novâ methodo novam utilemque Juris artem proponens, quo pleraque ejusdem spectant scripta, a Valerio Andr. in *Bibl. Belg.* recensita.

studiorum primordia, itinerationes, Doctoratus laureæ,

munia,

Ex Schola in forum aulamque prodiit, Regi Cath. in Sacro Consistorio Mechliniensi, ac secretiori, quod Bruxellis est, a Consiliis, ab eodem postea in Hispaniam evocatus, ut esset rerum status Germaniæ Infer. apud Regem Consiliarius, & magni ejus sigilli præfectus, Equestri ibidem honore & titulo auctus, obiit Mantuæ Carpetanorum Anno 1576. ætatis LIII. XVIII. Kal. Jan.

obitus,

Conceperat *Epitomen de origine gentis Frisonicæ*, quam imperfectam hæredes adservant, ab Hamconio in *Frisia* sua non semel laudatam.

scripta etiam Theologica,

Theologicis etiam studiis addictus, scripsit *Paraphrasim in Psalmos Davidicos*, Antv. excusam in 8. Anno 1591.

zelus pro domo Dei,

Decorem domus Dei, cum Regio Prophetâ * *diligens*, maculas & dissensiones ejus deflens, expurgationem ab eisdem, & pacificationem discissæ Ecclesiæ sincere exoptans, cum Georgio Cassandro aliquandò commercium litterarum habuit, judiciumque suum 12. Oct. Anni 1562. circa libellum ejus de *officio pii hominis* epistolâ sic expressit;

ad Cassandrum hujus festis Epistola,

Sed tamen sic habe: Non solùm a me diligenter lectum eum librum, sed etiam effectum, plurimi ut legerint & cognoverint, & probarint. Nam uti naturâ paci ac tranquillitati sum deditus, idque tam publicè quam privatim sæpè ostendo, quantum quidem in me est; ita non possum non mirificè eorum studia probare, qui constituendæ & pacificandæ Ecclesiæ autores se præstant ac duces. Quales quidem nonnullos, utinam Tridentini Patres ad se curarent

* *Corn. Sebotan. de civ. Staur. p.*262. ‡ *Hist. l.* 1. *p.* 34.
† Valor flor. aurei ex S. Leuwii *jure noviss.* p. 198. 1. gl. 10 st.

‡ *Schot. ibidem pag.* 263. * *Ps.* 25. 8.

evocandos! confiderem enim per eos poffe effici, at non modò pravis opinionibus, fed & malis moribus Ecclefia repurgaretur: in qao ano falus confiftit reip. Chriftianæ. Qua de re quoniam non inelegans hic exftat libellus, in his Provinciis, ut videtur, aatus, quem a ftudio & ingenio tuo minimè puto alienum, curabo eum defcribendum & ad te mittendum.

fides circa SS. Euchariftiam, genuina,

Immeritò tamen hinc ftatuit Schotanus, Joachimum noftrum Calvinianæ reformationi affentitum; cum cujusvis hominis verè pii officium omni tempore fuerit Ecclefiam non in fide, quæ *fola*, Tertulliano tefte, *irreformabilis eft*, fed in moribus ac difciplinâ collapfam, reftitutam reformatamque defiderare; præcipuè cum Schotanus de Hoppero ipfo ibidem fateatur, quod in *cabicalo fuo Miffam celebrari curaret*, fub qua animam fuam Deo offerret.

Nec ab Hopperi fide, qua Chriftum in ea Miffa verè Deo Patri offerri confitebatur, diffentiebatur Caffander in epiftola ipfa, quam profert Schotanus, quæ eft epiftola 111. inter poftremò editas, Anno 1558. Bomelio infcripta. Quivis enim, cui finceritas cordi eft, Romanam Catholicam fidem circa Euchariftiam fideliter illic a Caffandro exprimi, fine ambiguitate confitebitur; allato ad fidem illam roborandam Pafchafii Ratberti ex cap. 7. *l. de corp. & fang. Chrifti* hoc teftimonio: „Tripliciter dici corpus Chrifti, primò Ecclefiam: tum corpus quod natum eft de Virgine; *& carnem illam Chrifti, quæ qaotidiè per Sacramentum confecratur, & in corpus illud transfertur*, quæ caro & fructus fit ipfius carnis, ut idem femper maneat, & univerfos qui funt in corpore pafcat".

a Caffandro afferta,

& Patrum teftimonio firmata,

Mentem fuam circa adorandum hoc myfterium uberiùs aperit, & dictam fententiam firmat Caffander art. XXII. Confult. *de Adoratione Euchariftiæ* pag. 984. difertiffimis Ambrofii l. 3. *de Spiritu Sancto*, Auguftini in *Pfal.* 48. & *Epift.* 120. ac Chryfoftomi in 1. ad *Corinth.* teftimoniis.

His prolatis, ità demùm concludit; *Imitemur faltem barbaros, nos qui cælorum cives fumus. Tu non in præfepi, fed in altari, non mulierem quæ in ulnis teneat, fed facerdotem præfentem & fpiritum perabundè fuper propofito diffufum facrificio vides.*

Plus fatis de hoc argumenti genere, ad quod anfâ a Schotano datâ inviti dilapfi fumus; utpotè qui non fidei dogmata, fed hiftoriæ feriem tractamus.

WYCKEL,

Wyckel, Parochiæ olim amplitudo; prædia & fuburbana.

Gaefterlandiæ Præfecturæ ac Staurienfis Decanatûs vicus, ad oppidum *Slotam* ufque extenfus, ad cujus olim Parochiam *Slota* ipfa pro dimidia parte fpectabat.

Sub pago hoc prædia fuburbana infignia duo, Domini Fyconis *Wyckel*, & fratris ejus dudùm peculium.

SONDEL, feu *SINDEL*,

Sindel parochia, Vicaria, Præbendæ, ac earum omnium valor,

Staur. Decan. ac Gaeft. Præf. vicus, in cujus Parochiâ, reddente flor. aureos 120. *Vicaria* valoris 90. flor. aur. & *Præbendæ* duæ; prior 80. altera 45. flor. aureis valebat.

OLDEMARDUM,

Oldemardum *Parochia, Vicaria, Præbenda*, & cujufque valor,

Ejufd. Dec. ac Præf. vicus; *Parochia* 100. *Vicaria* 70. *Præbenda* 40. flor. aureos dabat.

NIEUMARDUM,

Nieumardum Parochia, & *Vicaria*,

Staur. Dec. fub Gaeft. Præf. vicus, in cujus *Parochia* 100. flor. aureorum, & *Vicaria* 85. aur. florenorum.

MIRNS, feu *MIRLE*,

Mirns, Parochia, Vicaria, ac valor,

Sub Prædictâ Præf. & Dec. vicus.

Hujus *Parochia* 100. *Vicaria* 70. flor. aureos reddebat.

BACKHUYSEN,

Backhuyfen, Parochia, Vicaria, valor,

Ejufd. Præf. ac Dec. pagus, cujus Parochia, fano olim præftanti gaudens, 100. ac *Vicaria* 60. florenis aureis valebat.

Paftor ibi olim, ex Cod. Traj. Eccl. Monachus, fortè Benedictinus, cui & Vicarius.

Paftor ex antiquo Monachus, pofterioris ævi defervitores,

Eundem pagum dudùm incolunt, qui tractus hujus fidelibus deferviunt;

„R^dus^ D^nus^ *Jacobus*, ex annotatis R^di^ D^ni^
„Andreæ Thiariæ, in Weftergoâ, præcipuè
„circa Auftralem partem talenta fua expofuit;
„habens Workomii fixum domicilium, quo tem-
„pore infirmitatis refugeret, & quo undique
„tam Macomienfes, Hindelopenfes, Staurien-
„fes, & in partibus iftis ruri difperfi conveni-
„rent, &c.

„Vidit R. D. Jacobus fibi adjungi (in Præ-
„fectura *Hemelamoffert*, feu *Odevaert*. . . . .)
„R. D. & patrem Matthæum *Wattieu* S.J. Pref-
„byterum. Fixit hic domicilium in pago *He-*
„*melum*, inter *Backhuyfen* Gaefterlandiæ pagum,
„& molendinum Anno circiter 1630. & domi-
„nicum agrum fideliter excoluit ufque ad defati-
„gationem, vir verè doctus, pius, affabilis, hu-
„milis; verbo, Apoftolicus.

„Eo defuncto, inquit, cura hæc dividitur;
„pars una in *Waadcynd* . . . fedem collocat.
„Sed poft tertiam aut quartam Miffionem pa-
„tres S. J. Anno 1672. hanc ftationem defe-
„ruerunt. Quapropter de Clero Presbyter mif-
„fus eft.

„R. D^nus^ Ulricus *Suaga*, Frifo, Theologus
„Lov. illic Anno 1709. 16 Junii eft defunctus.

„Altera Sedem in *Hemelum* fervat.

„Sed R. P. *Joannes vander Horft*, S. J. Mat-
„thæi fucceffor, Anno 1657. captus & in exi-
„lium miffus cùm effet, Patres S. J. hanc fta-
„tionem primò deferuerunt.

„Ill^mus^ D^nus^ (Vic. Apoftolicus, &c.) videns
„quod parvuli peterent panem, & non effet qui
„frangeret eis, ex paterno affectu eò mifit An.
„1658.

„R^dum^ D^num^ *Gailielmum Foppens*, Bruxellen-
„fem, Theologum Lovanienfem, biennio poft
„in *Langedycum*, tractus Borealis, ad operas
„miffum".

Huic Ann. 1660. fucceffit

ADRIANUS THIARA, Leovardienfis, & Paftores,
Theologus Lov. inde Paftor in *Oofterenda*.

Hunc fubfequentibus temporibus fubfecuti funt,

JOANNES PLOEG, Embricenfis, Co- alfis
lonienfis Theologus, indè Langedycenfium Theodorum
pluribus annos Paftor, nuper ibi defunctus.

HER-

HERMANNUS VAN ECHTEN, deindè Pastor *in 't Graff*, ibi mortuus 12. Oct. 1691.

THEODORUS PELLENROCK, Groninganus, postmodùm Pastor in Swaeg, Groningæ Anno 1710. mense Junio defunctus.

ANO WILLIBRORDUS ETMA, Friso, Theologus Lov. Pastor in Mackum, defunctus Anno 1713. 21. Jan.

JOANNES VERHOEVEN, ex Amstelveena, Theologus Lov. Amstelodami, ubi Expastor Vicariam operam navabat, defunctus 1713. mense Majo.

GERARDUS DE VOS, Ultrajectinus, &

JACOBUS DE VALOIS, Lugduno-Batavus, indè haud ità pridem translatus in Borealis Holl. pagum, *Lammerts-schage*.

WARNS,

Warns, nundinæ Paroch. Ecclesiæ Divus Tutelaris, *Vicariæ*; ejus, & *Parochiæ* valor.

Amplus, & latè trans lacum Stauriensem extensus ejusd. Dec. & Præf. vicus, ubi nundinæ annuæ ad diem 24. Junii, D. Joanni Bapt. sacram, cui & dicata Warnensis Ecclesia, reddens pridem, ex Cod. Traj. Eccl. florenos aureos 100. In ea & *Vicaria* valoris 75. flor. aureorum.

SCHARL,

Scharl, *Vicaria*, *Præbenda*, earumque valor.

Ejusdem Dec. ac Præf. vicus, in cujus Ecclesia pridem *Vicaria* flor. aureorum 100. & *Præbenda* 70. flor. aureorum.

Occo, Scharlensis dictus, quod in pago hoc natus sit, vixit circa Ann. 970. de quo & scriptis ejus, vide Suffridum de *Script. Fris. Dec.* VII. §. 4.

MOLQUERRA,

vulgò

MOLCKWERUM,

Molquerra situs, *Parochia*, *Vicaria*, *Præbenda*, ac singularum valor.

Amplus & latè diffusus sub Gaesterl. Præf. & Dec. Staur. vicus, a nautis divitibus, mare ad merces Orientem & Occidentem versus transfretantibus, inhabitatus. Vicus hic ob transcurrentes aquas & suppositos pontes in septem quasi insulas dissectus, ob domos altrinsecus contra se inconcinno ordine locatas, velut labyrinthi implicati imaginem præfert.

Parochia vico dudùm, *Vicaria*, & *Præbenda*. *Parochia* 130. *Vicaria* 70. *Præbenda* 100. flor. aureos dabat.

COLDUM,

Coldum, turris eminens, nundinæ, *Parochia*,

Insignis & amplus Gaest. Præf. sub Staur. Dec. pridem vicus, cui præstans fanum cum turri eleganti, Anno 1614. cœpta, Anno 1617. perfecta, adeò eminentis fastigii ut Pharo sit Flevum navigantibus. Ejus nundinæ sunt ad feriam III. Pentecostes.

Vicaria, *Præbenda*, valor,

Parochia Coldumana pridem valebat flor. aureis 130. *Vicaria* in ea cum *Præbendis* duabus. *Vicaria* 100. *Præbendarum* prima itidem 100. altera 70. flor. aureos reddebat.

nobil. Sedes.

Sub pagi ditione ad mare vicus est *Terwisga*: Sedes insuper binæ, *Galema* & *Ypema*.

COLDEWOLDE,

Coldewolde,

Ejusd. Præf. ac Dec. vicus, cui *Parochialis* Ecclesia, ac in ea *Vicaria*.

Parochia 100. *Vicaria* 85. flor. aureos reddebat.

OLDEGAE,

Oldegae,

Sub eadem Præf. ac Dec. vicus, cujus *Parochia* 100. *Vicaria* 85. flor. aureos dabat.

NYEGAE,

& *Nyegae*, *Parochiæ*, ac *Vicariarum* valor.

Vicus ibidem cum *Parochia*, ac in ea *Vicaria*. Illa 100. Hæc 78. flor. aureos reddebat.

HARICH,

Harich, *Parochia*, *Vicaria*, *præbendæ*, ac singularum valor.

Parochia ejus tractûs ac Decan. locuples, cum *Vicaria* & *Præbendis* duabus.

Parochia 130. *Vicaria* 100. *Præbenda* una 90. altera 55. florenos aureos dabat.

RUGAHUYSEN,

Rugahuysen *Parochia*, *Vicaria*, & harum valor.

Et ipse Gaest. Præf. ac Dec. pagus cum *Parochia* flor. aureorum 115. & *Vicaria* 75.

Fanis olim præstantibus gaudebant pagi hi, temporis vetustate collapsi.

BALCK,

Balck,

Insignis Gaesterlandiæ vicus, *Slotæ* vicinus, cui fanum elegans cum turri campanis decorâ.

nundinæ, fanum,

Huic nundinæ ad diem 27. Sept.

Pastores moderni.

Pastor fidelibus Cath. haud ita pridem assignatus,

JOANNES RUYGEDUYST, Theologus Lovaniensis.

Et illo ad alias curas evocato,

JACOBUS VAN DAM, ex tractu Zutphan. ortus, Theologus Lovaniensis.

SLOTA,

Slotæ varium nomen, arx.

Antiquitus *Slootmanniga*, seu *Slootmania*, prius oppidulum Gaesterlandiæ Præfecturæ, ad quod stirps *Haringsmana* arcem munitam tenebat, ex qua Vetcoperos debellabat.

Capella in Parochiam serius erecta,

Pridem oppidulo tantùm *Capella* erat, pagorum vicinorum Parochiis subjecta. Incolæ quippe partim *Wyckelanæ*, partim t' *Zerkgeestlanæ* Parochiæ adstricti erant.

Cunerus Petri, Leovardiensis labente seculo XVI. Episcopus, *Capellam* in *Parochialem* Ecclesiam evexit, constituto primùm in ea Pastore. Ecclesia D. Joanni Bapt. fuit consecrata. Unde & celebres illic nundinæ postridie decollationis S. Joan. Bapt. ad diem 30. Augusti.

Vicaria, *Præbendæ* singularum valor,

In *Parochia*, *Vicaria*, & tres *Præbendæ*, quarum tertia S. *Nicolai*, quarta custodi ab oppidania deputata.

Parochia 110 *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. altera, quæ S. *Nicolai* est, 70. postrema 40. flor. aureos valebat. Ædes & illic, ex vet. MS. Augustinianorum.

Ecclesia An. 1647. noviter ibi est exstructa.

præsens status.

Slota hodiè in Sylvestribus oppidum est vallo, propugnaculis & fossa munitum, quod perluitur ingenti rivo navigabili.

Oppidum hoc a mutato cultu ac regimine Pastores Catholicos non admisit.

& animarum deservitores.

Catholicis hujus oppidi & vicinorum locorum pridem subventum fuit per duos e Clero Presbyteros †, qui *Heyselom*, seu *Heylsom*, pagum propinquum incolebant.

† *Jac. Torr. in Rel. Rom.*

Hi nimirum erant,
ADAMUS PETRI, Sac. Theol. Bacc. Form. deinde Pastor Enchusanus, atque Archipresbyter, &
GUILIELMUS PETRI, frater ejus Germanus.
Sob regimine Petri, P. M. Seb. Arch.
Slotensibus primum proprii assignati Pastores;

Pastores.

JOANNES CHRISTOPHORUS SOURHUIS, Embricensis, Theologus Lovaniensis, modò Pastor Alcmariæ.
JOANNES VAN DYCK, Sloterdicensis Batavus, Theologus Lov. ex Slotensi apud Frisios Pastore, Gymnasii Hoissiensis apud Clivios Rector, eo in oppido defunctus 9. Nov. Ann. 1704.

ANTONIUS FRANCISCUS WULFERS, Embricensis, Theologus Lov. doctus, religiosus ac zelo animarum plenus, quinto Pastoritii muneris anno magno Cleri dispendio in flore ætatis abripitur Anno 1709 mense Septembri, sub prælo habens libellum de pædo-baptismo contra Menonistas.

ANTONIUS VAN LIN, Lugduno-Batavus, Theologus Lov. & illo post tantillam moram Ripam propè Leovardiam & modo aliò evocato,

N. MEYER, Embricensis, Embricæ Theologiam edoctus.

WORCUMANUS DECANATUS,

Notus in Codicibus Ultraj. Eccl. sub Præposito S. Salvatoris Ultrajecti.

Sub eo, *WORCUMUM*, antiquitus linguâ patriâ, *WOLDERKUM*, & [a] *WALDRICHUM*, ac inde per contractionem

[a] P. Winf. in descript. Urb. Frif.

W O R C U M,

Worcumi, pridem Decanatûs capitis, varium nomen, situs,

WEstergoæ oppidulum ad Flevum portu gaudens, sed exili; hinc ad fines Præfecturæ Wonseranæ, illinc ad *Hemelumense* situm territorium.

Ecclesia, Divus Tutelaris, ejus restauratores,

Primaria Ecclesia, S Gertrudi virgini dicata, bello inter Gelrum & Burgundum conflagravit. Ad ejus restaurationem magnas impensas suppeditarunt Ultrajectini. Carolus Imp. terrarum alluvie, inter Worcumum & Hindelopam extra aggerem maritimum, Worcumenses donavit.
Philippus Rex, Caroli filius, & dein Ordines Frisiæ donationem hanc ratam habuere.
Ecclesia non inelegans est, cujus turris post conflagrationem tabulata remansit.

Vicariæ Prabendæ, earum, valor,

Parochia, pridem valebat 150. florenos aureos. In eâ *Vicaria* B. Mariæ Virginis, valoris 100. flor. aur. & tres *Prabendæ*, vulgò *vry leen* dictæ; quarum una 100. altera 80. tertia 70. flor. aureos dabat.

Pastores, Vicarii,

Pastoritium munus ex Cod. M. S. Eccl. S. Joan. illic gessit,
Dnus ECHBERTUS WIGMANS, Anno 1558. 2. Maji in munus illud immissus.
Dnus JOANNES ZEMS, eodem anno Ecclesiæ Worcumanæ Pastor evasit.
Dnus IVO SIMONIS, &
Dnus JACOBUS CORNELII, sub idem tempus illic erant Vicarii.

Sacellum, grisearum sororum ædes, Nosocomium,

Præter primariam Ecclesiam, Begginasium quondam, ac Sacellum fuit Worcumi, fortè grisearum tertiæ regulæ sororum: hæ namque Catholicis temporibus Worcumi sedem habuere. Nosocomium insuper illic turri ornatum.

arces,

Stirps *Inthiema* pridem Worcumi, ubi arcem tenebat, merum & mixtum, ex Schotano *, habebat imperium. Ex ea progenitus,
FREDERICUS AB INTHIEMA, Frisius, † Jurisconsulti titulo Lovanii donatus, primò Worcumi in Patria causas tractavit forenses, & Consulatum urbis gessit. Hinc in suprema Frisiorum Curia Leovardiæ Advocatum egit: ortoque hic An. CIↃ. IↃ. XCII. heterodoxorum dissidio, solum vertere coactus, in Frisiam concessit Orientalem, Comitique Embdano a Consiliis fuit. Scripsit, *de Regum malorum gubernatione*, libros III. *Consiliorum juris* opus grande. *Querelam Batavorum.* Item *Carmen de Nativitate, sepultura, & resurrectione Christi.* — viri potentes,

Stirps *Hottingana*, Worcumo quoque olim imperitans, arce illic gaudebat ad primariam Ecclesiam

Worcumum insuper natalibus suis nobilitarunt, — nobiles, eruditi,
PETRUS TIARA, Worcumi in Frisia, natus An. Dni CIↃ. IↃ. XIV. Idibus Julii, Medicinæ Doctor, Poëta, Philosophus, trium Linguarum cognitione probè instructus, omnique liberali perpolitus eruditione, adolescens Italiam, Germaniam, Galliam, visit: Græcas litteras Lovanii, Duaci, Lugduni apud Batavos, & Franckeræ Frisiorum professus est, publicoque salario Delphis Medicinam factitavit. Fuit ingenio sagaci, & disciplinæ omnis capaci, judicio acri, statura ultrà mediocritatem, fronte latâ, barbâ promissâ. Vertit & lusit quædam Latino carmine. Obiit Franckeræ Anno Dom. CIↃ. IↃ. LXXXVIII. VI. Eidus Februarii, ætatis LXXI. sepultus ibidem cum Epitaphio, Joan. Arcerio auctore, tabulæ inscripto, & ad columnam appenso. — ac religiosi,

UFFINGUS, sive UFFO, Worcumensis, Frisius, Ord. S. Benedicti in Cœnobio S. Ludgeri Vertinæ, claruit circa Ann. Dni 1000. Scripsit *Vitam S. Idæ viduæ*, 4. Sept. apud Surium & *Vitam S. Lucii Regis Britanniæ.*

* *C. Schot. descript. Frif. p. 166.*

† *Val. Andr. Bibl. Belg.*

Wor-

"Worcumenses ac vicinorum pagorum, *Ver-*" *woiden* & *Nieuhuysen* Cath. fideles primus a "mutato regimine, ut jam nunc meminimus, "curavit

" D^nus *Jacobus*, *habens Worcumi*, ex annotatis "R. D^ni Adriani Thiaræ, *fixum domicilium*.

" D^no *Jacobo*, inquit idem, datus est in ad-"jutorem, vel etiam ipsi legitimè successit, " R^dus D *Cyprianus Orus*, Leovardiensis, de "Clero Presbyter; vir probæ vitæ, confessor "fidei, qui multas pro Christo tribulationes il-"lic sustinuit, cujus sortem miseratus Ampl. "D^nus Schadé, Delphis Pastor & Archipresby-"ter, ac per totum Australis Holl. Provicarius, "Cyprianum Anno 1662. in Pynakriam terri-"torii Delphensis pagum evocavit; ubi intra "biennii spatium aquâ submersus obiit".

In ejus (Worcumi) locum se ingessit, inquit idem *Thiara*, Anno 1663. R^dus P. *Nicolaus Hania*, Minorita. Quo auctoritate S. Congreg. pulso, Anno 1665. legitimè eò missus fuit *Gerardus Pariis*, Amstelodamensis, Pastor Worcumi defunctus est 10. Aprilis 1696.

Hunc subsecuti sunt,

Joannes van den Berch, Amstelodamensis, Theol. Lov. inde Pastor in Lambershaege, & modò adjutor ampl. D. Petri Cuikii, Roterodami. & animarum Curatores.

Joannes Wilhelmus Neelman, Ultrajectinus, Philosophus Lov. Theologus Col. Pastor Worcumi mortuus 4. Julii Anno 1698.

Cornelius Spidhoven, Ultrajectinus, Collegii de prop. fide Romæ alumnus, Vice-Pastor Hagæ-Comitis, inde Pastor Worcumi, Amstelodami defunctus 14. Dec. 1700.

Jacobus Lallema, Bolsverdiensis-Friso, Theologus Lov. defunctus Pastor Worcumi 16. Jan. 1780.

Huic per Col. Nuntium submissus *Theodorus Cock*, Ultrajectinus, patrui sui Theodori Cockii, Leydæ Pastoris, amicâ adjutor.

Pastori, ex lege *Concordatorum*, adesse potest Pater Ord. Minorum de observantiâ, cui jungi potest socius.

HINDELOPA,

Hindelopæ varium nomen, situs,

VErius EYNDLOPEN, inter Staveram & Worcumum, oppidulum, cum portu obscuro, ad sinum maris Australis protensum, hodiè mœnibus carens.

Ecclesia, Vicaria, census, sinum ab incendio belloque restitutum, cum turri præcelsa,

In ejus Paroch. Ecclesiâ, reddente 140. florenos aureos annuè, pridem & *Vicaria*, reddens 100. florenos Philipp.

Multùm per * *Vetcoperorum* & *Sciringiorum* notas factiones, passa Hindelopa, sub insequentibus Gelrorum, ac Burgundorum bellis, ineunte Anno 1500. tota ferè conflagravit; quo incendio Archivum cum veteribus oppidi monumentis absumptum fuit. Vigente republica sanum, cum turri eminenti ac fastigiata restitutum.

Calvinianæ & Catholicæ communionis ministri.

Unus ei Calvinianii ritus hodiè minister.

D^nus *Jacobi* prænominatus, & Hindelopenses avitæ fidei reliquos curavit.

"Ad partes Worcumienses & Hindelopenses, "inquit D^nus Thiara, R^do D^no Jacobo in adju-"torium venit R. P. *Schiedam*, Ordinis S. Do-"minici, sed nescio quo titulo; quapropter R. "P. *Sonnius*, & ipse Dominicanus hujus successor, "vigore *Concordatorum*, ut vocant, discedere "coactus, ac legitimè Leovardiam vocatus, "obiit ibidem peste Anno 1650. homo optimæ "vitæ".

Exinde propter plebis Catholicæ exiguum numerum proprius eis Pastor non est assignatus; sed Stauriæ & tractus vicini Pastor eisdem hodié-dum succurrit.

* *de his*, *vide Emmium rer. Fris. l. 14. p. 200. Suffridum*, *aliosque*.

SENSMEER, Sensmeer,

‡ Tractus inter Bolsverdiam est Worcumum, quem D^nus *Jacobus* pridem curandum susceperat. ‡ *Annot. Ad. Thiaræ.*

Joannes Zuchtelenius, ex mandato ampl. D^ni *Viti*, germani sui, D^no *Jacobo* succurrit. situs,

Sed eo in *Bovencarspel*, Strecani tractûs pago evocato, vacavit hic locus, donec R^dus D^nus *Adamus Petri* Theologiam absolvisset, Pastoritium munus intereà gerente R^do D^no Cypriano *Orus*.

Peracto Theologiæ stadio advênit tandem R. D^nus *Adamus*.

Hic per annos aliquot curam eam gerens, evocatur Encbusam; relinquens stationem hanc *Jacobo Ketelaer*.

* JACOBUS KETELAER, ex Dammonâ, agri Groningani municipio, Art. Mr. Theologus Lovaniensis, primus illic inhabitans Pastor, post XXVII. annorum in Pastoritio onere defungitur 14. Jan. 1689. * *Necrol. Eccl. Bat.* & Pastores.

R. D^nus THEODORUS PELLENROCQ, Groninganus, tum eò legitimè missus, sed non admissus, ac recedere coactus, ei submissus fuit,

JACOBUS GEERSMA, Groninganus, Art. Mr. Theologus Lov. primùm apud Ommelandos Pastor, dein in Sensmeer annis 7. cum dimidio, in Pastoritia cura istic defunctus ex tabe, ætatis suæ anno 57. 11. Martii, Anno 1697.

Successorem habuit,

HERMANNUM HOLST, anteà Pastorem Wieringanum, qui cum laude & ædificatione curam eam gerit.

DECA-

DECANATUS BOLSWERDIÆ,

Bolfweert,
Scettens,
Hicktum,
Tabriort,
Borgweert,
Wommels,
Oesterende,
Hydaert,
Lytticke werum,
Itensi,
Haertwart,
Nova terra, aliàs *Dodakerck*,
Wilsbum,
Albagar,
Iterwert, aliàs *tZercwert*,
Dedigum,
Griantoix,
Waxens,
Ecclesia & sacerdotes in Pagor. & non Parochia,
Grovendorp,
Harmalbarch,
Wosckem,
Hemslych,
Abnga.

Decanatus Bolfverd. dudùm celebris,



Elebris pridem Bolfverdiæ Decanatus, Decanus ejus Anno 1560. D^nus^ Mr. Wathias Heremanoi, Nyelandiæ Pastor.

Guil. Lindanus, Decanus Hagienfis cùm esset, Regis Catholici Consiliarius, ac Vicarius in spiritualibus Georgii Egmondani dein per Frisiam vacante Sede Ultrajectinâ Anno 1560. per Jacobum Utenengum a Collegiis v. Ecclesiarum Traj. creatus est, atque ut talis per terminos Decanatûs Bolfverdiæ Decanum constituit D^num^ Magistrum Wathiam Heremanoi, Pastorem in *Nyelandt*, juxta sequens dicti Lindani Diploma.

juxtà hoc Guil. Lindani Diploma.

„*Wilhelmus Lindanus*, S. Th. D. Decanus palatii Hagensis Regiæ Majestatis Frisiæ „Consiliarius ac Vicarius in spiritualibus per Frisiam vacante sede Episcopali Trajectensi, „per Reverendum Patrem Jacobum Uyteneng, a Reverendis & eximiis Dominis & „Capitulis quinque Ecclesiarum Trajectensium Deputatum constitutus, omnibus hasce „visuris & audituris Salutem in Christo. Cùm nobis publico Decanatus Bolfwardiensis „testimonio probitas & eruditio Venerabilis viri Domini Watiæ Heremani sit probata & „contestata, nos eum suæ memorem fore vocationis, diligentemque officii divinitus im„positi administrum confidentes, creamus atque constituimus Decanum per terminos „ejusdem Decanatus Bolfwardiensis pro hoc anno bisextili: dantes & concedentes ei„dem plenam, generalem, ac liberam potestatem atque mandatum speciale tam inter „laicos quam clericos de criminibus, nec non & aliis causis quibuscunque Ecclesiasticis „ad Jurisdictionem atque forum Decani pro veteri more & consuetudine pertinentibus „exequendi, cognoscendi & diffiniendi, Ecclesias, Parochias, nec non personas ibi„dem & loca visitandi, atque prædicandi, Synodos exercendi, de & super communi„bus delictis & culpis, nec non negligentiis quarumcunque personarum seu Universita„tum ad forum Decani, ut præmittitur, pertinentium, ex officio ibidem ad partis seu „partium instantiam corrigendi, inquirendi, nec non diffiniendi, in personas, Eccle„sias, & loca hujusmodi, ut supra, excommunicationis & suspensionis atque interdicti „sententias & alias pœnas fulminandi, nec non infligendi, & per ipsum inflictas & ful„minatas absolvendi, relaxandi, & tollendi, etiam matrimonia clandestina contrahen„tes & eisdem interessentes corrigendi censura Ecclesiastica, & ab excommunicationis „sententia, quam propter hoc inciderint, absolvendi, & generaliter omnia & singula „alia faciendi & exercendi, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint vel quomodo„libet opportuna, licet etiam mandatum exigant speciale, nec nòn quæ, ut præmittitur, „ad dictum spectant officium Ecclesiasticum. Quare vobis omnibus & singulis virtute sa„lutaris obedientiæ nobis debitæ, ac suspensionis & excommunicationis pœnis districte „præcipientes mandamus, quatenus eidem Domino Watiæ, Decano vestro obediatis in „omnibus & singulis & intendatis reverenter. Alioquin sententias, quas ipse ritè in re„belles tulerit, auctore Domino faciemus inviolabiliter observari, præsentibus tamen quo„ad singula (ut præmittitur) post hunc annum bisextilem minimè valituris. Harum no„strarum testimonio litterarum, quas sigilli nostri appensione munivimus. Datum Bol„zwardiæ Anno Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo, die vero 23. Julii.

WILH. LINDANUS.

BOL-

B O L S V E R D I A,

Bolsverdiæ ætas,

* DEcanatus cognominis caput, oppidum Westergoæ antiquum quidem, sed incertæ ætatis; sub annum tamen 1300. vigere cœptum. Parvum licet, elegans tamen est, a butyri mercatu celebratum; variis insuper juribus ac immunitatibus, inprimisque a Carolo V. Imp. 111. Febr. Anno 1524. donatum. Nundinæ ei annuæ duæ, ad diem 12. Junii S. Odulpho sacram, & ad 17. Sept. S. Lamberti memoriæ celebrem.

jura, nundinæ, etymon,

Nomen trahit, non a *Bolsuina* Radbodi Frisiorum Regis filia, Hacaldo nupta, ut Andreæ Cornelio aliisque visum fuit; sed a *Bodelone* seu *Balone*, viro tunc nobili, & a *werth*, seu tribunali aquis objecto cui superstructum fuit.

primaria Ecclesia,

Ecclesia ejus primaria, satis magnifica cum area amœna, quam cœmeterium vocant, D. Martino Turonum Episcopo dudùm nuncupata, vetere collapsâ, Anno 1446. exstrui cœpta, viginti post annis fuit perfecta.

Vicariæ, Præbendæ, vacationum, uti & *Parœciæ;*

Fundationes in ea plures numero: nam præter *Vicariam* †, *Præbendæ* ibi, *vry-leen* appellatæ, omninò quinque.

Parochus, pro temporibus istis dives, reddebat florenos aureos 1200. Præposito S. Jo. Traj. veniebant scuta XVI *Vicaria* 150. Duæ priores *Præbendæ* 100. singulæ: altera has subsecuta 80. aliæ duæ, singulæ 70. flor. aureos dabant. Pastori igitur aderat *Vicarius*, ut vocant, & *Præbendati* quinque.

Collatores,

Oppidani Pastores suos ex Cœnobio *Montis Joannis* propè Snecam, juxtà Hamconium *†, petere tenebantur.

Pastores,

Jacobus Theodorus, seu *Theodardus Sartorius*, Bolsverdiensis Pastor fuit, sub medium seculi XV. cujus infrà elogium texemus.

Gelius Illanus sub idem tempus Pastor ibidem fuit, indè Groningam evocatus. Ex annotatis R. Dni *Thiaræ* ultimus Bolsverdiæ Catholicus Pastor fuit, R. Dnus Wolga.

Cœnobia tria; Franciscanorum,

Præter templum primarium, Bolsverdiæ erant Monastica claustra tria cum fanis totidem. Franciscanum primum omnium antiquissimum, a Westergois sub Ann. 1270. ex Winsemio ‡ conditum. Templum, quod & hodiédum ostentat, Anno 1281. juxta Chartam in ejusdem adyto repertam, exstructum est, Anno 1620. & 1621. restauratum.

Monachi, *Gaudentes* primùm, ut vocant, Anno 1473. *Observantes* redditi, illic viguêre, donec Monasterium eorum fugatis possessoribus Anno 1581. destrueretur.

Joannitarum,

Cœnobium alterum, *Joannitarum* appellatum, ex Parœciâ *Pingumuna* quæ est in vicino agro, ob eluviones Parœciæ isti infestas, huc Anno 1509. fuerat translatum.

Præmonstratensium Præpositura,

Ex charta Anni 1529. apud Ant Matthæum *Anal Tom.* VI. nuncupatur, *Monasterium Monachorum Ordinis Præmonstratensis* OP DE BILDT. Fuitque ejus Instituti *Præpositura*, *Vinea Domini* appellata, antè Annum 1347. ex

* *Emmius rer. Fris. pag.* 55. 56. *Alting. not. Germ. part.* 2. *p.* 265

† *Cod. M. Traj. Eccl.*

*† *Hamc. Fris. pag.* 67.

‡ *Winf. Chron. p.* 173.

Cod. MS. quem teneo, instituta. Censu hujus novæ Sedi Episcopali Leovardiæ adscripto & Cœnobitis aliò traductis Anno 1570. Cœnobium ipsum sepsim concidit; quod Anno 1612. sano disrupto omninò destructum fuit, mole, saxo & ligno aggeribus firmandis impenso.

& velatarum virginum S. Augustini.

Tertium Cœnobium, S. *Spiritus* vocatum, virginibus velatis dicatum erat; fortunæ tenuis, ortus incerti; juxtà Emmium. Ex Jac. Torrii *Relat. Rom.* fuit id virginum *Conversarum S. Augustini*; quod & firmatur ex dictâ chartâ Anni 1529. apud A. Matthæum. Fanum juxta Winsemium *ibid.* adhuc exstat.

Xenodochium cum sacello D. Virginis a miraculis celebri,

"Adhæc, inquit Emmius, in oppido est "ξενοδοχεῖον egregium, quondam situm eo loco, "ubi post stetit Cœnobium Joanniticum; cui "in oppidum translato cessit, dedicatum cum "fano modico, auctore Paulo II. Papa Roma"no, cum Annus flueret M. CCCC. LXXIIII. "per Cardinalem huc delegatum".

Fani hujus appendix est sacellum exiguum, beatæ Virgini Mariæ apud Sylvestres Frisios miraculis claræ consecratum, nunc ad forum positum.

aliudque a priore diversum,

Est etiam πτωχοδοχεῖον ab isto diversum, in quod recipiuntur cives & peregrini utriusque sexus, adulti, qui depensâ modicâ pecuniâ illic aluntur.

Orphanotrophium,

His accedit Orphanotrophium a Consule oppidano, Nannone Reinsio, ejusque conjuge Hidda Herenia Anno 1542. structum & liberaliter dotatum in levamen & solatium fortunæ orborum. Ecclesiæ juncta est Schola litteraria.

Schola litteraria,

Nec viris eruditis Bolsverdia caruit; in his fuêre,

& viri eruditi, ac religiosi; Jacobus Theod. Sartorius,

† JACOBUS THEODARDUS Sartorius, Bolsverdiensis, Frisius, Pastor primùm in patrio solo, dein Ecclesiæ Duchtensis in Westphalia; qui & typis edidit luculentam *Epitomen concionum Joannis Osorii*, *Soc. Jesu*, *de Dominicis & festis.* Coloniæ, 1598 & 1613. 8.

Petrus Bolsverdiensis,

PETRUS BOLSVERDIENSIS, Bolsverdiæ natus patre *Jacobo Naupero*, Regularis laicus S. Augustini in Thabor Frisiæ Monasterio juxta Snecam, artium Mathematicarum, ac præsertim Geometriæ peritus, Linguâ Latinâ leviter tinctus: cujus operâ Carolum V. Cæsarem aliquandò usum fuisse refert Suffridus Petrus Decade XI. *Script. Frisiæ.* Vixit circa Annum D, 1550. scripsit *Historiam Frisiorum*, ab Anno 781. usque ad Annum 1550.

Franc. Statius,

FRANCISCUS STATIUS *Advortentius Triumpho*, Frisius, Bolsverdiæ natus, vir suo judicio quam ingenio doctior; scripsit *de Mæcenate* libros VI. ad *Viglium Zuichemum*, & *Joach. Hopperum*, Frisios, Senatores regios: quibus mira se multaque scripturum pollicetur, juxta illud:

Sint Mæcenates, non deerunt.. Marones.

Accessit *Oratio Funebris*, in Germania habita. Excudit Leydæ Gerardus Horstius, 1565. 8. Vixit Amstelodami, Presbyter bonæ quidem vitæ, sed ex nimio studio perturbati cerebri.

† *Val. Andr. Bibl. Belg.*

& Dominicus Reineri.

DOMINICUS REINERI, Bolsverdiensis, Frisius. Monumentum sepulchrale habet in choro Ecclesiæ S. Quintini Lovanii:

Hic sepultus est Eximius Dominus,
D. DOMICUS REINERI, *Bolsverdiensis,*
Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor,
Seminarii Regis Catholici secundus præsidens:
Qui præmaturè moriens IV. *Kal. Junii,*
Anno Incarnati verbi CIↃ. IↃ. XCVIII.
Ætatis vero suæ XXXVII. *magnum*
apud suos sui reliquit desiderium.

Moderni animarum curatores.

Bolsverdiæ ex lege *Concordatorum* agere potest P. unus Societatis Jes.; cui jungi potest socius. Minorita Franciscanus dudùm & Bolsverdianis Catholicis deservit.

PAGI SUB DECANATU BOLSWERDIÆ.

SCHETTENS,

Schettens & Sedes ibi.

WOnseranæ Præfecturæ vicus sub Bolsverd. Decanatu Bolsverdiæ vicinus, ubi Sedes *Osingana*. Parochia Præposito S. Joan. Traj. pendebat VIII. scuta. *

HICHTUM, aliàs *HIECHTUM*,

Hichtum, Sedes,

Ejusdem Præfecturæ & Decanatûs vicus, ad aggerem & fossam, quæ Bolsvardiâ Franequeram ducit, ubi Sedes *Aysmana*.

parochia, Vicaria, & singula rum valor.

Parochia pridem dabat flor. aureos 130. *Vicaria* 100. Præposito S. Joan. Traj. scuta VIII. veniebant.

BURCHWIERT,

Burchwiert, vici, Sedes,

Ejusdem Præf. & Decan. pagus, cujus Ecclesiæ turris fastigiata, ad fossam quæ Leovardiâ Francqueram fluit, sub quo vicus *Siringadycanus*, & Sedes *Donia* ac *Ockinga*.

Parochia, Vicaria, earumque valor; & Pastor.

Parochia pridem valebat 120. *Vicaria* 110. *Præbenda* III. altera 50. flor. aureos. Præposito S. Joan. Traj. cedebant scuta XII.

Pastor ibi seculo XVI. labente, D^nus Joannes. Vicarius D^nus Joachimus.

WOMMELS,

Wommels, Sedes,

Hennardanæ Præfecturæ ac Decaniæ Bolsv. non infimus vicus, ubi Sedes *Hottingana*.

Pastor Paroch. Ecclesiæ Anno 1558. D^nus Ziricus Francisci.

parochia, Vicaria, Præbenda, valor,

Parochia pridem 100. *Vicaria* 70. *Præbenda* 100. flor. aureos valebat. Præposito S. Joan. Traj. cedebant scuta XII.

Ortum ibi habuit;

Pastor, viri illustres.

CYPRIANUS STAPERTIUS, vulgò *Vomelius*, ab hoc Frisiæ Occidentalis pago in quo natus, Anno Dom. CIↃ. IↃ. XV. primis litterarum elementis imbutus in patria, solidiora his præcepta Goudæ, Harlemi, atque alibi adjecit, studiumque Juris, Wittenbergæ feliciter inchoatum, Coloniæ ac Lovanii ad maturitatem perduxit, creatusque Juris utriusque Doctor Moguntiæ, Comes Palatinus, & Assessor Cameræ Imperialis, munere illo ab Ann. CIↃ. IↃ. LXIII. usque ad diem obitus annos XV. functus est. Scriptorum seriem vide in *Val. Andr. Bibl. Belg.*

Decessit Spiræ An. D. CIↃ. IↃ. LXXIII. III. Nonas Martii depositus ad S. Joannem, scripto sibi hoc Epitaphio:

Hoc Frisius condor tumulo Cyprianus, *avitâ*
Vomelidum a Stapert *gente domoque satus.*
Aoniâ lauri licet arte merebar honorem,
Est Astræa tamen plus Dea culta mihi.
Testis erit Mogan præclara Academia, quæ me
Tradentem audivit civica jura frequens.
Testis erat Cameræ simul imperiale tribunal,
Quod colui Assessor per tria lustra Spiræ.
Ut hic, Christe, tuum supremum exspecto tribunal,
Tu mihi non Censor, sed pius esto pater.

OOSTERENDA,

Oosterenda

Ejusdem Decanatus Præfecturæ Hennardanæ vicus, cujus fanum turri acutâ & fabricâ ligneâ, inter adytum & alvum ejus artificiosè sculptâ, ornatum est.

Parochia, Vicaria, Præbenda, earum valor, Sedes,

Parochia Oosterendana pridem valebat 130. *Vicaria* 100 *Præbenda* 100. altera ejus generis 80. tenuis custodi templi deputata 80. florenos aureos. Traj. S. Jo. Præposito cedebant scuta XVI.

Sedes in pago Oosterendano *Doniana* & *Bongana*.

viri eruditi,

THEODORUS EUROTELES, cognomen tulit a pago Frisiæ, in quo natus, vulgò *Oesterendt*. Ludum litterarium aperuit Harlemi apud Batavos, Bolsverdiæ apud Frisios & alibi. Edidit in modum Tragœdiæ, *Judicium Paridis super tribus de aureo malo litigantibus Deabus*, ex Luciano, Leovardiæ 1574. Item *Carmen Elegiacum de horrendo Cataclysmo qui Frisiam An.* CIↃ. IↃ. LXXIII. *Kal. Nov. afflixit.*

Pastores, & animarum Curatores.

R. D. A. de *Thiara* pagi hujus deservitores in hunc modum in Annot. suis describit:

"Deservitura R. D. Jacobi, inquit Thiara, "in bonum ipsius & totius Ecclesiæ diminuta, "in partibus Oosterendanis coädjutorem non vi-"dit, sed successores; quorum primus R^dus pa-"ter *Nicolaus Staes*, natione Leovardiensis, pro-"fessione Minorita.

"Hic casu in Frisiam consanguineos solatii "ergò visitans, & intellectâ hujus (Jacobi) "morte, zelo animarum æstuans, de Amplis. "D^ni *Viti* consensu (rogans, aut rogatus ne-"scio) defuncti vices supplevit, donec a pro-"priis Ordinis sui Superioribus & Illmo (Vic. "Apostolico) confirmaretur legitimâ missione.

Homo

* *Scuta*, intellige Burgundica, valebant 2. fl. 5. st. ex S. Leeuwii Jure novill. c. 4. pag. 198.

"Homo pacificus, pacificans domum Dei, sub "cujus curâ fides hic floruit".

Obiit, ni fallor, Leovardiæ. . . circa Annum 1649.

"Non ita sub tribua subsequentibus, inquit, "ac sub ipso floruit fides; quantùm enim sub hoc "Nicolao crevit, tantùm deficere sub his subsequentibus videbatur. . . .

"Primus erat *Albertus*,

"Secundus *Henricus*,

"Tertius, Petrus *Mestrum*; primi de Clero, "ultimus *Minorita* erat.

. . . .

"Petrus ad has partes legitimè missus, R^do^ "D^no^ *Sylvio*, Pastori Snecano, infirmitate cor"repto, & ex Medicorum consilio aërem mu"tare coacto, operam vicariam donec abesset, "obtulerat. Petrus admissus, ejus vice Pasto"ralia Sneeæ administraverat. .

"Redit deio *Sylvius* sanus, sed Petrus rece"dere detrectat: seditionem Sneeæ movet; se "ipsum, invito legitimo Pastore intrudere con"tendit.

"Monetur a Superioribus: sed monita con"temnens, excommunicatur, in excommuni"catione persistens, a fide avita desciscit, & ex"teræ fidei minister redditus, latrans miserè obit.

"Vigilantiâ Superiorum ei in Oostereoda sub"stituitur, R. Pater *Goemans*. Sob hujus auspi"cio fides respirare cœpit, licet non adeò diu; "nam Anno 1665. expertus qood *veritus odium* "*parit*, & vita Monastica gulosis tædium, de invi"dia fratrum & Superiorum iostaotia ad Mona"sterium revocatur, ubi pestiferia ioserviendo, "semetipsum Christo in odorem suavitatis ob"tulit. Huie ab Illmo Castoriensi Episcopo, "Vic. Apostolico Anno 1665. mense Majo suf"ficitur,

R^dus^ D^nus^ *Joannes Schuyringh*, Groningensis.

"Quo legitimè hinc avocato, mittitur An"no 1671. R. D. *Simon de Graeff*.

"Hic anno sequenti insalutato hospite, ob"sessâ Groningâ ad Monasteriensem Præsulem, "dein ad Regem Galliæ, magis *quærens quæ sua* "*sunt, quam quæ Jesu Christi*, se contulit, a quo "Canonicatu in majori Ecclesia Ultrajecti do"natur: sed ejus fructibus nunquam gavisus, "nusquam posthac comparuit.

"Ne igitur grex Pastore careret, de volon"tate Dei, ad eos missus fuit R^dus^ D^nus^ *Adrianus Thiaru*.

Hic ille est *Thiaru*, ex cujus Annotatis ea quæ jam relata sunt & adhuc subindè referemus, desumpsimus.

Adrianus hic, gente Friso & Leovardiensis, Philosophus & Theologus Lovaniensis, Collegii Vigliani ibi alumnus Anno 1660. in patriam reversus, *Guilielmo Foppenio* aliò evocato, in *Hemelum* vicinisque locis successor datur. Quibus cum operam suam anois plusquam decem impendisset, cura ei Oosterendana, ut jam diximus, committitur; quam, cum sedulò triginta & ultrà annis ingenti zelo & sollicitudine administrasset, visu præ senio ac laboribus orbatus, cessit

Ignatio Cramers, Embricensi, Philosopho & Theologo Lovaniensi.

Huic Snecam deinde evocato, suffectus fuit,

Adrianus Humsinck, Tubantinus, Hermanno Terhoentio, *Glunensium* ad fines Tubantiæ Virginum Rectori primùm adjotor, dein post abactos a Frisiis Satrapis Franciscanos deservitores, primus de Clero Pastor in *s'Heerenvena*.

HYDAERT,

Henneranæ sub Decan. Bolsv. vicus, alius ab *Ydaerd* Yderanæ in Oostergois Præf. pago.

Hydaert,

Ejus *Parochia* 100. *Vicaria* 80. flor. aureos dabat. Præposito S. Jo. Traj. cedebant scuta VIII.

† Nobilis matrona ex stirpe *Ubnya*, seculo derelicto, in claustro se abscondens, primum fanum in *Hydaert* ad Boream veteris Monasterii, propè Fratris Doddonis Tyebbinga arcem, Anno 1303. construxit, cui Dodo hic Crucifixi Jesu imaginem præstantem, atque Gerlacus & Benedictus, Dodonis fratres singuli insignem imaginem, uti & alii religiosi viri eorum exemplo, ad Dei ac Sanctorum ejus honorem dono dederunt.

Parochia, conditores, Vicaria & valor.

* Fanum hoc, vetustate Anno 1508. collapsum, eodem anno restauratum est, uti & turris quæ anno altero ceciderat.

LYTTICKEWERUM,

Vulgò *Lutkewierum*, Henner. sub Bolsv. Decan. pagus, sub quo vicinia *Riena*, per quam fossa Franckerâ Sneeam ducitur, in qua celebres oundioæ ad diem 21. Augusti.

Parochia 100. *Vicaria* 80. flor. aureos reddebat. Pastor seculo XVI. labente D^nus^ Hugo. Vicarius D. Wybrandus.

Io pago hoc & Sedes Rienstrana.

Lyttickewerum, vicinia Riena, nundinæ, nob. Sedes, Parochia, Vicaria, valor earum, ac Pastor.

ITENS,

Ejusdem Præf. & Decanatûs vicua: ejus *Parochia* 100. *Præbenda* 80. flor. aureos dabat

Itens, Parochiæ, & Vicariæ valor.

Extra pomœria Bolsvardiæ sub Præf. Wonserana versus pagum *Herwerdt*, Cœnobium viguit Monialium S. Francisci, vulgò *'T orge-klooster*, quasi oculorum claustrum appellatum.

Cœnobium sororum S. Francisci, 't Orge-klooster dictum.

HAERWAERT, seu *HERWERT*,

Wonseranæ Præfecturæ sub Bolsv. Decan. vicus, ubi olim Comitia Westergoæ habebantur. *Parochia* 115. *Vicaria* 55. florenos aureos dabat; solvebatque Traj. S. Jo. Præposito scuta VIII.

Haerwaert, Parochia, Vicaria, valor.

Sub pago hoc olim viguit celebris Cistereiensium Abbatiâ,

FLORIDUS CAMPUS,

Vernaculè *Bloem-kamp* dictus, ab Horto Floribus consito, qui Monasterio erat ad Occidentem. Deinde & *vetus Monasterium*, vulgo *Olde-klooster* appellatum est, quod nomen ei hodiè adhæsit; ex *Claro-campensi* sub Annum 1191. deductum, studio ac liberalitate trium Fratrum Wommeliorum inchoatum. Horum nomina erant, ‡ *Tetrardus*, *Herdradus* & *Siboldus*, quorum primi duo Sacerdotes, tertius homo laicus fuit. Rebus mobilibua & immobilibus Cœnobio coosecratis, ejusdem se tradidêre disciplinæ. Hi hoc versu exprimuntur.

Cœnobium, Floridus Campus. Ejus situs etymon, varium nomen, origo,

‡ al. Cythardus.

primi institutores,

Floridus est campus, hoc claustrum ritè vocutum.
Anno milleno centeno namque colutum
Et nonageno primo, in festo Bonifaci
Cythardus, simul Herdradus, cum Fratre Siboldo.
Hi fundatores, ut Patres nos docuerunt,
Primi Presbyteri; laicus fuit alter eorum.

Balduinus, secundus ejus nominis Ultrajectinorum Episcopus fundationi assensit datis Anno 1192. Vollenhoâ litteris ad Præpositos, Decanos, & Presbyteros aliosque hujusmodi, quibus exhibet & extollit pium ac religiosum fratrum eorum institutum: Cœnobium quoque ac fratrea ejusdem in Episcopalem clientelam suscipit, & severè mandat omnibus Sedi suæ subjectis, ne

Trajectini Episcopi in Cœnobii erectionem consensus,

† *Vet. Frif. chron. l. 3. p. 35.* * *Idem Chron. l. 11. p. 102.*

Cœnobio ejusve religiosis viris illatenus obsint, sub pœna remotionis ab altari, & excommunicationis, quoad usque debitè satisfecerint, &c.

TETHARDUS, primus Floridi campi Abbas, institutus a *Gerbrando*, secundo *Claro-campensi* Abbate, Anno 1192. die S. Christinæ sacra, qui & Herdradum *Priorem* constituit, Siboldumque cum fratribus aliquot ex Monasterio suo ad Cœnobium istud fundandum destinavit. Sedulam is operam navavit ut Cœnobium istud tam ædificiis, quam Monachorum numero, piâque disciplinâ proficeret, post quæ obiit Anno 1200. mense Decembri, postquam annis VIII. præfuisset.

Successor ejus *Wichardus*.

Theodoricus *Areusis*, Traj. Episcopus, Ecclesiam pagi *Goutum*, anteà *Scharnum* dicti, quæ hactenus Ultrajectinis Hierarchis competebat, Wichardo huic ejusque successoribus cessit per sequens Diploma;

atque quarundam Ecclesiarum in ejus emolumentum concessio per disertum Diploma.

"*Theodoricus*, Dei gratia Trajectensis Episcopus, tam futuris, quam præsentibus universis salutem in salutis auctore. Ad omnium notitiam pervenire cupimus, quod Ecclesiam in *Scharnum*, cujus donatio ad nos spectabat, diu propter inundationes maris sterilem & desertam, nunc vero fluctibus maris recedentibus, ut speramus, aptam redigi in antiquæ fructificationis usum, dilecto filio, Vichardo, Abbati de Florido campo & ejus Monasterio, divinæ remunerationis intuitu, perpetua donatione contulimus, cum omni usufructu exinde proveniente. Ita tamen ut antiquæ pensionis debitum, octo videlicet uncias Ezekensis monetæ, tam nos quam nostri successores à dicto Abbate ejusque successoribus inde annuatim percipiamus. Ut ergò hæc nostra donatio debitam in perpetuum obtineat firmitudinem, præsentem paginam nostri sigilli munimine roboratam conscribi fecimus. Acta sunt hæc anno gratiæ MCC. Pontificatus nostri anno tertio. Testibus his, Gerardo Zantensi, Remboldo S. Mariæ Præposito, ministerialibus autem Walthero Radinck, Hendrico de Smitbuysen, Havardo Hentzinck, & aliis quam plurimis".

Illust. Abbates, Tethardus, Wichardus,

WICHARDUS terras has, uti & quasdam vicinas, ab Episcopo eo acceptas, aquis maritimis obtectas, ripis & aggeribus in Cœnobii usum & profectum cinxit.

Ludolphus, & ejus circa Harlingam, Franekeræ olim subjectam testimonium.

LUDOLPHUS, Floridi-campi Abbas viguit Anno 1322.

Hic Harlingam tum Franekeræ subditam prodit hac ejusdem anni chartâ:

"Frater Ludolphus, divina providentia Abbas Monasterii in Florido campo Ordinis Cisterciensis, universis & fidelibus, ad quorum præsentiam pervenerit, rei gestæ notitiam cum salute. Noveritis quod singuli germani terræ in festo Odulphi Confessoris *Hartwert* convenientes consilio & assensu ordinarunt, quod oppidani de *Harlingen*, Jurisdictioni districtus *Franeker*, inposterum debeant subjacere. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Acta sunt hæc Anno Domini 1322. Festo Odulphi Confessoris".

Cœnobii amplissimi sub seq. Abbatibus profectus. Henr. Steenwyck Abbas postremus.

Cœnobium hoc sub sequentibus Abbatibus, numero XXX. eadem felicitate apud posteros sic profecit, ut inter celeberrima Frisiæ Cœnobia meritò numerari possit.

HENRICUS STEENWYCKIUS, Anno 1565. inter postremos, Floridi campi Abbatem agebat. Cœnobium hoc paucis indè annis a Georgio Schencko obsessum, a Diderico Bronckborstio occupatum fuit; qui illud prædari & excidi jussit Anno 1572. 19. Octobris. Cœnobii sub eo excidium.

NOVA TERRA,

Vernaculè *Nyelandt*, præstans Wynbritzanæ Præfecturæ sub Decan. Bolsv. pagus cum fano eleganti & turri fastigiata.

In Cod. Traj. *Doda-kerck* appellatur; forte quia Ecclesia D. Dodoni Confessori, qui ad diem 28. Oct. colitur, consecrata fuit. Ecclesia pridem valebat 100. *Vicaria* 100. *Præbenda* 70. florenos aureos. Præposito S. Joan. Traj. cedebant scuta XVI.

Ecclesiæ istius Pastor Anno 1550. *Valerius Herama*, Jurisconsultus, & Anno 1560. R. D. ac Mr. *Watbias Hermanni*, qui & Bolsverdiensis, ex Diplomate quod supra retulimus, Decanus.

WILSHUM,
vulgò
WOLSUM,

Wyntbrytz. Præf. sub Dec. Bolsv. vicus, in cujus *Parochia*, reddente 120. florenos, *Vicaria* reddens flor. 70. *Wilshum, Parochia, Vicaria, & valor.*

ABBAGAR,

Aliàs *Abbega* & *Abbinga*, ejusdem Præf. & Decanatûs vicus; cujus *Parochia* 90. *Vicaria* 58. flor. aureos dabat. Præposito S. Joan. Traj. solvebantur scuta VIII. *Abbagar, varium nomen, Parochia, Vicaria, & valor.*

ITERWERT,

Vulgò *Tierkwert*, vicus inter Bolsverdiam & Worcumum Wonseranæ Præfecturæ sub Decan. Bolsv. ubi præter *Parochiam* reddentem 100. flor. aureos, & *Vicaria* reddens flor. LXXX. Præposito S. Joan. Traj. cedebant scuta XVI. Sub eo vico Sedes *Waltiana*. *Iterwert, Parochia, Vicaria, & valor.*

DEDIGUM,

Vulgò *Dedgum*, Wons. Præs. sub Dec. Bolsv. vicus. Hujus *Parochia* 100. *Vicaria* 80. flor. aureos dans, solvebat Præp. S. Joan. Traj. IV. scuta. *Dedigum, Parochia, Vicaria, & valor.*

Griantoix, unde in serie Dec. hujus mentio, nullibi memoria occurrit.

WAXENS,

Aliàs *Waexens*, Henner. sub Dec Bolsv. Præf. vicus, cum *Parochia* & *Vicaria*. Illa 100. hæc 80. florenos aureos reddebat. Præposito S. Joan. Traj. veniebant scuta VIII. *Waexens, Parochia, Vicaria, ac valor earum.*

Ayboldus ibi *Curatus* An. 1491 ex vet. *Fris. Chron.*

GROVENDORP,

Fortè *Grouterp*, seu *Grionnterp*, Wonseranæ Præfecturæ vicus, cujus *Parochia* 110. *Vicaria* 58. florenorum aureorum erat. *Grovendorp, & seq. vico um incerta hodiè notio.*

Hemilych, *Harmalbarch*, *Wolschem*, & *Abnga*, nec in Pierii Winsemii *Fris. Annalibus*, nec in Christ. Schotani *Frisiæ Descriptione*, neque apud Emmium *in rerum Frisiæ Hist.* memorantur.

Sunt qui *Harmalbarch*, seu *Harmalbarch* cum *Smallebrugge*. *Wolschem* cum *Westhem*, *Abnga* cum *Abbinga* Wymbritanæ Præfecturæ pagis confundant. De ultimo pago jam mentio est habita; de aliis infrà erit sermo.

DE-

DECANATUS GRANDIVORUM

Inter *Harlingam* & *Worcumum* ad Mare.

Wildmghem,
Vicaria in eodem,
Scadaert, *Scadawaert*,
Langerhoue,
Exmora,
Exangia, aliàs *Paegor*,
Flerwolde,
Luttegast,
Almywer,
Idsinghusen,
Pyangum,
Maccumum,
Tornweert.

WILDMYHEM,

Wildmyhem seu Woldens Ecclesia, census. *Vicaria*, area ad jus dicendum.

ALiàs *Wons*, seu *Woldens*, vicus Wooſeranæ Præſecturæ, a quo & Præfectura hæc denominata. Ejus Ecelesia reddebat Præposito S. Joan. Traj. xvi. ſcuta. *Vicaria* in eadem.

Io pagi hujus confinio ad Oricotem rotunda eſt area, *Wonſerweerſtal* adhue hodiè appellata, quia jus illic olim ſub dio diccbatur.

SCADAERT, SCADAWAERT,

Scadaert, varium nomen, ſitus, Ecclesia, *Vicaria*, valor ac census, nob. Sedes.

Contractè hodiè *Schraerd*, Wonſeranæ Præf. ſub *Decan. Grandiv.* vicus ad foſſam, quæ Franequerâ Worcumum fluit. Hujus *Parochia* 100. *Vicaria* 70. flor. aureos pridem reddebat; ſolvebatque Præp. S. Joan. ſcuta xii.

In vieo co Sedes *Aylva*.

LANGERHOUE,

Langerhou, *Parochia*, *Vicaria*, valor.

Vulgò *Longerhouw*, ejuſd. Præf. & Decan. vicus. Ecclesia pridem valebat 110. *Vicaria* 80. flor. aureos. Præpoſito S. Joan. cedebant viii. ſcuta.

EXMORRA,

Exmorra, *Parochia*, *Præbenda*, census.

Piſcium abundans ejuſdem Præf. & Decan. vicus, cujus *Parochia* 110. flor. aureorum, *Præbenda* tenuis, cuſtodi deputata 40 flor. aureorum erat. Dicto Præpoſito veniebant viii. ſcuta.

EXANGIA,

Exangia, varium nomen, ſitus, nob. Sedes.

Aliàs *Paegor*, fortè *Pandergae*, ſeu *Pandragae*, ejuſd. Præf. & Decan. pagus, cujus fanum obtuſâ & denſâ turri gaudet, ad viam quæ Bolſverdiâ Worcumum docit. Sub eo Sedes *Æminga*, a quo vicinia pagi ejuſdem nomen trahit.

Parochia, *Vicaria*, census.

Parochia 100. & *Vicaria* 80. flor. aureos reddebat. S. Joan. Præp. Traj. cedebant ſcuta xii.

FLERWOLDE,

Flerwolde, *Parochia*, *Vicaria*, valor & Paſtor.

Ejuſdem Præf. & Decan. vicus, extremus Præfecturæ illius ad Auſtrum. *Parochia* 90. *Vicaria* 80. flor. aureos dabat. Præp. S. Joan. veniebant ſcuta xvi. Paſtor illic Anno 1558. D^nus^ *Martinus Tirhnis*.

LUTTEGAST,

Luttegast, varia nomina, *Parochia*, *Præbenda*, valor.

Fortè *Gaeſt*, Latinè *Gaeſum*, ejuſd. Præf. & Decan. vicus ad aggerem marinum. Parochia *Gaeſuma* 90. tantùm flor. aureos dabat. Illic etiam tenuis *Præbenda*.

ALMYWER,

Almywer, *Parochia*, *Vicaria*, valor.

Volgò *Abbingawier*, piſcibus ſcatens ad lacum *Sensmeer*, ejuſd. Præſ. & Dec. vicus, cujus *Ecclesia* 90. *Vicaria* 55. flor. aoreos dabat. Præpoſito S. Joan. ſcuta xii. veniebant.

IDSINGHUSEN,

Idsinghusen, *Parochia*, *Vicaria*, valor.

Vulgò *Idſegahuyſen*, ejuſd. Præfect. ac Decan. vicus, cujus *Parochia* 100. *Vicaria* 80. flor. aureos dabat. Prædicto Præp. cedebant ſcuta viii.

PYANGUM,

Pyangum, *Parochia*, *Vicaria*, valor ac census.

Seu *Peangum*, Wonſ. Præf. ejuſdem Decan. vicus, cujus *Parochia* 90. & *Vicaria* 55. flor. aureos reddebat. Præpoſito S. Joan. dabantur vi. ſcuta.

MACCUMUM,

Maccumum, ex vico oppidum, Paroch. Ecclesia, ejus valor, D. Tutelaris.

Præfecturæ Wonſeranæ ſub Decan. Grand. vicus olim exiguus, felici dein mercatu, ædium frequentiâ, præcipuéque viciniâ Statenſi adauctus; in qua Sedes *Hajlmana*. Municipium hodiè oppidanorum numero, mercatu, & portu felix, cujus Ecclesia, S. Martino Turonum Epiſcopo dudùm nuncupata, novo fano ac turri haud ita pridem fuit oobilitata.

Vicaria, & census.

In Parochia, quæ 100. flor. aureos reddebat, etiam *Vicaria* reddens flor. aur. 80. Præpoſito S. Ioan. cedebant ſcuta xii.

Paſtores priſci, ac moderni.

Paſtor illic Anno 1557. D^nus^ Ulpius.

Quis a mutato regimine, poſt R. D^num^ *Jacobum ad Maccumenſes* miſſus fuerit, inquit D. Thiara *, neſcio: hoc ſcio, oves in *Maccum* ſupplicaſſe ab Eccl. Rectoribus Paſtorem perdoctum; quapropter miſerunt

„R^dum^ D. *ab Alma*, primum in promotione „Philiſophica Lovanii renunciatum. Hic quidem „doctus erat concionator, ſed ob defectum ver„bi cum remiſerunt, dicentes Superioribus, quod „*doctrina ejus ſi eſſet intrinſeca, extrinſeco appli„cari non poſſet*.

* *ad Thiar. in Annot.*

„Tunc missus illis, *Jacobus Spangius*, Friso, „cujus jam sub Leov. meminimus, Sac. Theol. „Bacc. For. &c.

„Sed & hunc, nescio ob quam caosam, no„luerunt; virum licet, verbi, saoæ doctrinæ, „optimæ vitæ ac zelosum; uti Leovardia, quo „subindè missus est, abundè testatur.

„*Jacobo Spangio* Maccumi successit,

„*Guilielmus Petri*, Zuchtelenus, & ipse dein „Leovardiæ Pastor & Decanus.

„Tum ei successit *Joannes Rosa*, qui de Su„periorum consensu ob contentionem cum sub„ditis, Pastoratum commutavit cum

„*Michaele Burgers*, Amstelodamensi, Theo„logo Lov. Maccumi Pastore defuncto An. 1678. „VIII. Martii.

Defuncto successit *Nicolaus Vincent*, Friso. „Huic incarcerato, ac in exilium misso, dudum „exinde Pastori Medenblicano, successit *Gerar„dus Ubius*, inde Pastor Hornanus. Deinde *Ano „Willibrordus Ethma*, Sneecanus, Theologus Lov." ex apoplexia ibi mortuus 21. Jan. 1713.

Modo illic agit N. Beyer, exterus.

T O R N W E E R T,

Coornweert, Aliàs *Coornweert*, Wonf. Præf. sub eod. Decan. vicus ad aggerem marinum propè Maccumum.

Parochia, Vicaria. Ibi præter *Parochiam*, *Vicaria*, cujus possessionem 7. Martii Anno 1557. adiit D^nus^ *Theodorus Telkonis*. Præp. S. Jo. Traj. cedebant scuta XII.

DECANATUS WAGENBURGI

S U P E R I O R I S.

Ffollega,
Zommiga,
't Zergest,
Parochia S. Nicolai,
Maris,
Olis,
Langeweer,
Swaeg,
Hanlis, aliàs *Hiaure*,
Nova Huw,
Antiqua Huw,
Thummers,
Ryp,
Ffolpranga, aliàs *Wtwollinga*
Achtelum,
Evertweert.

DEcanatus hic Sylvestrium, seu *septem Sylvarum* regione, inprimisque *Lemmerano*, *Donyeverstalleo* vicinoque agro, clarâ per id tempus Præfecturâ, ferè totus continebatur; quia tractus hic Ultrajectinorum Præsulum, ut & alibi diximus, ditioni parebat. Ibi

L E M M E R,

Lemmer, portus, propugnaculum, fanum, Lemmeranæ Præfecturæ, undè & nomen trahit, vicus non ex infimis, cum felici portu & alveo qui io sioom Austrinum ducit; ubi & priscis belli temporibua objectum hostibus propugnaculum. Fanum ibi hodiè novum.

viri eruditi. Ortum ibi habuit *Andreas Myrica*, Lemmamarius, Latinè, Græcè, Hebraicè ac Chaldaicè doctus, Medicinæ Doctor, peragratis Italiæ, Galliæ ac Germaniæ Academiis Leovardiæ ex calculo mortuus 8. Dec. Anno 1585.

E E S T E R G A,

Eesterga. Lemm. Præf. pagus, ordine secundus.

F F O L L E G A,

Vollega,

viri docti, Hodiè *Vollega*, Lemm. Præf. sub Dec. Wagenb. sup. pagus, clarus natalibus D^ni^ *Joannis Vollega*, & *Martini Hamconii*, Frisicarum rerum Scriptorum.

Parœcia, census, Rector, Pago huic Parochialis Ecclesia, ex qua Præposito S. Joannis Trajecti veniebant XII. *scuta*. Hujus, ex Codice MS. Georgii Egmond. Rector Anno 1558. *Dominicus Zyties*.

Vicaria. *Vicariæ* illic, ex eodem MS. Codice, D. *Petri*, & S. *Annæ*.

Sed cum proventus prioris adeò tenues essent, ot *Vicarius* ex iis commodè ac honestè sustentari non posset, Georgius Egmond. Traj. Episcopus eandem uoivit, cum dictâ S. *Annæ Vicaria*; cujus tum possessor D^nus^ *Sibrandi*.

O O S T E R Z E E,

Oosterzee, pridem Castrum, † Pridem Castrum, a Wilhelmo Comite in *Orientali Frisia*, Hollandiæ quoque hoc nominis I. constructum Anno CIↃ.XCV. coercendis *Kuueranis*, *Frisiæ forestensis* fines aggredi ausis, narrante Membranâ Trajectinâ, & post illam Hedâ atque Bekâ in *Balduino* II. Huc etiam captivum abduxit Theodoricum II. Trajectinum Episcopum, e *Stauriæ* Monasterio raptum Anno CIↃ.XCVIII. ob precariæ exactionem.

nunc vicus Lem. Præf. Vicus est hodiè Lemmeranæ Præfecturæ, cum foro peramplo cognominis, sine castro.

Ecclesiæ Collatores, & Rectores prisci, Ecclesia Oosterzæana Abbatum Ludlumm. ditioni subjecta. Huic se sub Hoitone, Abbatum eorum ordine VII. subjecit.

D^nus^ *Kempo*, e pago Wydum oriundus, Ecclesiæ Oosterzæanæ Pastor, sub Annum 1333. Abbas Lidlummanus evasit ordine XIII

ac hodierni. Hos, vicinosque vicos nostro ævo curavêre, *Theodorus Pellenrocq*, Groninganus, inde Pastor in Swaeg, Boreal. Holl. vico Hornæ contermino, Groningæ Expastor defunctus Anno 1710. mense Junio.

† *Alting. part.* 2. *p.* 139.

Eduar-

Eduardus Stalpaert, Hagæ-Comitanus, Theologus Lov. dein Steenwykerwoldanus, inde Ryswycanus Pastor, ibi vitâ & munere defunctus.

Joannes Christophorus Suyrhuys, Embriecensis, Theologus Lov. hinc Daventriæ, inde Alcmariæ creatus Pastor.

Gulielmus Schutte, Westphalus, dein Pastor in vicino Alcmariæ pago *Tuytienborna*.

Matthias Laurentius Morsland, Slotensis Friso, Theologus Lov. Ultrajecti modò agens in Cura *onder de Linden*, contrà ædes S. Servatii.

Joannes Klinkenberch, Roterodamensis; inde minus providè cum ageret, a Satrapâ pulsus.

ZOMMIGA,

Quod aliqui confundunt cum

Zommiga, fortè eadem cum Sonnega.

SONNEGAE,

Stellinwerficæ Occidentalis vico.

TZERGEST,

Tzergest, ampla pridem Parochia, cui & Slotenses suberant, ejus fanum ac census.

Vulgò *Tzerkgnest*, Donyeverstalææ sub Decan. Wagenb. Sup. vicus, ubi olim fanum elegans cum præstanti turri. Parochiæ ejus, ut jam sub *Slota* diximos, Slotenses pro parte pridem erant subjecti. Hæc pridem Ultrajectinis pendebat XII. *postulatenses* †.

PAROCHIA S. *NICOLAI*,

S. Nicolai Ecclesia, vulgò S. Niclaesgae, Divus ejus Tutel. ac nundinæ annuæ.

Vulgò S. *Niclaesgae*, ejusdem Præf. & Decan. vicus. Hujus Ecclesia S. Nicolao Episcopo & Confess. dudùm sacrata, a quo & vicus denominatus. Ex hac Præposito S. Joannis veniebant VI. *scuta*. Nundinæ ejus annuæ ad Dominicam post Pentecosten.

MARIS,

Fortè *Legemeer*, ejusd. Præf. sub eod. Decan. vicus.

OLIS,

Olis, seu Ter Oele.

Aliàs *Ter Oele*, &

LANGEWEER,

Langweer, arx, vir nobilis, patriæ propugnator.

Ejus Præf. & Decan. vici. In postremo, antiquitate suâ celebrato, Sedes & arx *Donmæ*, libertatis suo ævo propugnatoris strenui, & Vetcoperorum antesignani. Annuæ nundinæ ibi ad diem 1. Pentecostes.

SWAEG,

Swaeg, seu Bernswaeg.

Aliàs *Bernswaeg*, ejusd. Præf. & Decan. vicus.

HAULIS, aliàs *HIAUWRE*,

Haulis, aliàs Hiauwre, fortè Jewera, sub Weestermeriana Parœcia pridem vicus, modò nobile municipium.

Fortè *Jewera*, vulgò *Jouwert*, Præfecturæ Haschcranæ, qua Westergoa Sylvestribus propinquat, in Decan. *Wag*. Sup. pridem vicinia sub Parochia Weestermeriana, quò & funera hodiédum deportantur, modò nobilis pagus, & oppidi instar municipium; cui fanum novum cum turri eleganti, ab Haseensi prælato, aliisque indigenis nobilibus, a 200. & ultra annis conditum. Annuas ac hebdomadales nundinas, aliaque jura & privilegia obtinuit, a Burgundico Senatu An. 1525. firmata. Nundinæ ei annuæ ad diem 24. Sept. postridie S. Matthæi, aliæ festo Pentecostes. Sedes hic *Heermanorum*, & arx Lycklamana in Westermeer: Fraternitates ibidem jaculatoriæ ad psittacum, anserem, aliæque.

Animarum Curatores.

" Jauriæ & vicinis locis dudùm affuit Pastor, " inquit J. Torrius †,

" *Hieronymus Astedum*, Sac. Theol. Bacc. form. " per multos annos in partibus Frisiæ strenuus " operarius, in Frisia defunctus Anno 1663.

" D^no^ Hier. Astedum, inquit And. Thiara, adjunctus fuit Pater S. J. adjutorem, an æmulum " suppl. censent alii. Hoc tamèn dico senem hunc " in senio ad paupertatem redactum, successorem " habuisse,

" R. D^num^ *Ketelaer*, ad dies aliquot. Et hoc " misso in *Almelo* (Tubantiæ oppidolum, ubi " Virginum tum Cœnobium) quia subsistere il" lic non poterat, stationem hanc Clero ere" ptam, donec R. de Pellenroeq mitteretur in " Follega, &c. ut suprà ".

In partibus vicinis, quas olim R. D^nus^ *Astedum* quoque excoluit, in viciniâ sc. *de Heyde* sub dicta S. Nicolai Parochia, constituti dein Pastores, *Antonius Cockaerts*, Vilvordia-Brabantus, Theologus Lov. modò Culenburgicus Pastor.

Theodorus Witzenburch, Goudanus, Theolog. Lov. Sac. Theol Bacc form. modò loco Hillebrandi *vander Wielen* Pastorit. curam agens in patrio oppido.

Leonardus Brengel, Amstelodamensis, Theologus Rom. anteà Pastor *in Baren*.

NOVA HUW,

ANTIQUA HUW,

Nova Huw, Antiqua Huw.

Fortè *Haule* & *Austerhaule*, quorom unus Scoterlandiæ, alter Donyeverstalææ vicus sub Decan. Wagenb. superiori.

THUMMERS,

Thummers, seu Hommerts, situs, Sedes, Parochia, Vicaria Præbenda, valor.

Aliàs *Hommerts*, Wymbritzanæ Præfecturæ sub eod. Decanatu vicus ad rivum *Kreckensem*, in quo Sedes *Hottingana*.

Parochia 100. flor. *Vicaria* 70. flor. *Præbenda* 40. flor. aureos, pridem reddebant. S. Joan. Traj. Præposito veniebant VIII. scuta.

RYPPE, seu *RYPE*,

Ryppe, seu Rype, situs, Parochia, Præbenda, Vicaria, valor.

Ejusd. Decan. vicus, cujus *Parochia* 200. & *Vicaria* 100. flor. aureos reddebat. Duplex illic *Præbenda*, quælibet 100. florenorum aureorum: tenuis insuper custodi deputata 80. flor. aureorum. Præposito S. Joannis Traj. cedebant XVI. *scuta*.

FFOLPRANGA,

Ffolpranga, seu Uitwollinga, Parochia, Vicaria, valor.

Aliàs *Wtwollinga*, vulgò *Uitwollingergae*, ejusdem Præf. & Decan. vicus ad eundem rivulum. *Parochia* 120. *Vicaria* 70. flor. aureos dabat. S. Joan. Præposito Traj. veniebant VIII. scuta.

ACHTELUM,

Achtelum, seu Echten, census.

Vulgò *Echtelen*, seu *Echten*, Lemmeranæ Præfect. ejusd. Decan. vicus; ex cojus Parochia XII. scuta veniebant Præposito S. Joann. Traj.

† Floreni *Postulatenses*, a Rodolpho Dieph. Postulato Traj. Episcopo denominati, 2. flor. valebant, ex S. Leeuwii Jure noviss. pag. 198.

† *Jac. Torr. in Rel. Rom.*

DECA-

DECANATUS WAGENBURGI

INFERIORIS,

aliàs SNEKENSIS.

Sneek Personatus,
Isbroechten,
Ilst,
Vicaria *in eodem*,
Oeschem,
Ffolsgare,
Tyallebusen, aliàs *Tylabusum*,
Gonigum,
Loyngum,
Offmyweer,
Opnabusum,
Ternsle,
Broech,
Gaimripp,
Ghawee,
Goltum,
Derdenge,
Aestebey,
Ylicke,
Ffolleboge, aliàs *Folzegar*,
Tyons.

SNECA, SEU SNITZ,

Snecæ varium nomen, situs,

DEcanatus hujus caput *, milliari Germanico uno Bolsverdiâ distans versus Orientem, sita licet in agro humili, aquis obnoxio & uliginoso, a parvis initiis tam amplum crevit in oppidum, ut vix ulli modò cedat Frisonum civitati; ubi non adspernanda Schola litteraria, Leovardianæ proxima, ex qua multi non incelebres viri prodiêre; inter quos emicat Joachimus Hopperus, Jurisconsultus vix ulli suo sæculo secundus, Senatui regio præses summus a Rege Hisp. datus, de quo videndus Valerius Andr. in *Bibl. Belgica*, & nos pluribus sub *Hemelum*.

Xenodochium, Orphanotrophium, Cœnobium Crucigerorum, primaria Ecclesia, Divus Tutelaris,

Præter Xenodochium S. Antonio nuncupatum, & Orphanotrophium, ac minus fanum Cœnobii pridem Ordinis Crucigerorum, nunc Orphanotrophium, major illic Ecclesia S. Martino Turonum Apostolo nuncupata, ubi ad Boream conditus jacet celebratus bellicis actionibus Pyrrhus magnus, vulgo *de groote Pier*, sub hoc Epitaphio,

viri illustres.

Pyrrhus ego quondam dum vixi Martis alumnus
Strenuus in bello, sævus in hoste fui.
Corpore magnus eram, validum mihi pectore robur,
Et nituit latè splendida fama mea.
Frisia me genuit, rapuit me Frisica tellus,
Hic Snecæ corpus, hic caro nostra jacet.
Bella tuli Batavis, præter quos ense subegi
Innumeros, pelago corpora viva dedi.
Qui ferro, flammis, nullo certamine victus,
Crudeli fato raptus humi jaceo.

Aliud de eodem.

Pier *grandis, dum magna facit, fit Martis alumnus,*
Sed fuit agrestis, nobilitate carens,
Stirpe tamen promptus, quam Saxus sede movebat,
Et pelago Batavis hostis ubique fuit.

Perlege scripta virum, quam sit mirabilis ille
Unus ut e multis, vix tibi secla dabunt.
Abstinuit bello, cepitque labore quietem,
Per mare, per terras, liber ab hoste redit.

Parochia valebat pridem 200. flor. aureos. In ea *Vicaria*, ac *Prabendæ* quinque. *Vicaria* 550. florenos aureos dabat. *Prabendæ* duæ, singulæ 100. tertia erat 80. aur. florenorum. Duæ aliæ, singulæ dabant flor. aureos 70. Præposito Traj. veniebant scuta xvi. Vicariæ, Prabendæ variæ, earum valor,

† Erat & Equitum Melitensium prope Snecam Cœnobium, vulgò dictum *Hospitale montis S. Joannis*. Illud Pastores pridem dabat Snecanæ Parœciæ, ex *Jure* quod vocant *Patronatus* Joannitis istis competenti in diversas Ecclesias, uti in *Oppenhusanam*, *Bolsverdianam*, & *Snecanam*.

Patres Societ. J. a Rege Hisp. Philippo Anno 1574. obtinuerant facultatem gymnasium illic extruendi, in quo studia humanitatis edocerent: sed cum Senatus populusque Snecanus eis adversaretur, Ilstam petierunt; ubi annis circiter tribus morati, Frisiam ob motus in religionem deseruêre.

Gellius Istanus, Snecanæ Ecclesiæ, juxta Suffridum Petri, Pastor requisitus est sub medium sæculi xvi. Collatores, Pastores prisci,

Ex eodem Suffrido Pastor Snecanæ Ecclesiæ fuit Dominicus Benedixius Snecanus, antequam Leovardianæ præficeretur; de eo sub Leovardiæ Pastoribus uberior fuit sermo.

Post profligatum avitæ fidei cultum Snecanis Cath. affuit *R. P. Pol*, Capucinus, qui tempore missionis suæ animam suam in manibus suis portavit: sed ex mandato Pontificis Rom. cum ceteris sui Ordinis ad Monasterium revocatus, ovibus suis reliquit obedientiæ exemplum. Huic successit *Andreas Sylvius*: sed ob contentionem cum Minoritis, de qua suprà, Anno 1657. relegatus, dein Thessaliam missus, atque Amste- & hodierni; *Auctor R. D. Adr. Thiara.*

* *Alting. Not. Part. 2. p. 211.*

† *Suffrid. Petri de Script. Fris.*

lodami

Jodami octogenarius mortuus est. Successor ei fuit,

EDUARDUS SOSTRA, Friso, Snecanus, Pastor ibi defunctus Anno 1673. stylo veteri.

BAVO GAITZMA, vitâ Pastor illic defunctus 22. Nov. 1692.

LAMBERTUS CRAEMER, Embricensis, Theologus Lovaniensis, hodiè ibidem Pastor.

Extra præ hos Snecam natalibus ac scriptis illustrarunt,

viri illustres ac eruditi.

* ALBERTUS HERO, Snecanus, Frisius, ex primis Collegii Vigliani alumnis Lovanii, absoluto Theologiæ Stadio, Lauream ejusdem Coloniæ accepit, & Philosophiam in Gymnasio Laurentiano docuit. Pastor deinde in Gerritshemio juxta Dusseldorpium, ante diem ex hac vita sublatus est, annos plus minus natus XL. Anno Dom. CIↃ. IↃ. LXXXIX. VI. Eidus Martii. Scripsit varia, quæ vide in Val. Andr. & Suffrido Petri *Decade* XV. *de Scriptoribus Frisiæ*.

ALVINUS FRISIUS, Rector Scholæ Snecanæ, post Reip. suæ à Secretis, scripsit rythmo vernaculo *Compendium Historiæ Frisonicæ*, ab exordio gentis ad Car. Magni tempora. Vixit circa Annum CIↃ. CCCC.

CORNELIUS DE SNEKIS, Frisius, natus in *Indick* propè Snecam, Ord. S. Dominici, S. Theol. Professor Rostochii, & Prior Provincialis per Saxoniam, Franciam, Poloniam, ac congregationis Hollandiæ Vicarius Generalis, scripsit

Defensionem Ecclesiasticorum, adversus Sebast. Pol, ministrum Lutheranum, in 4.

Sermones XXI. *super Fraternitate de Serto Rosaceo B. M. Virginis*, cum adjunctis, a Badio Lutetiæ evulgatos, 1514. Rostochii 1517. & MSS. Lovanii ad S. Martinum.

Obiit Leovardiæ An. CIↃ. IↃ. XXXI. die XIV. Septembris, apud suos conditus.

FOLKERUS SIMONIS, Snecanus, Frisius, ex Rectore Scholæ patriæ, Consul urbis, scripsit *Chronicon Frisiæ*, Latinè. Extat Manusc. in Frisiâ passim. Floruit circa Ann. CIↃ. CCCC. XCVI.

REGNERUS BRUITSMA, Snecanus, Frisius, Reip. Machliniensis Doctor Medicus, ingenii præstantis, in publicæ salutis, ac Medicinæ sanctioris tutelam *Votum Jatricum* S.P.Q. Machliniensi solvit, 1617. 4. Item *Scholam* edidit *Salernitanam novo-antiquam*, ordine concinniore, & 400. amplius versuum accessione locupletatam. ibid. 1633. & Lovan. 1635. 8.

Decanatûs Wagenburg. Inferior.
aliàs Snekensis pagi.

ISBROECHTEN,

Isbrechti, Parochia, Vicaria, earumque valor.

Vulgò *Isbrechtem*, Latinè *Isbrechtum*, Wymbritzanæ Præfecturæ sub Wagenb. infer. seu *Snekensi* Decanatu vicus, cujus *Parochia* valens 100. *Vicaria* 80. flor. aureos, solvebat Præposito S. Jo. Traj. scuta XII.

YLSTA,

Ylsta, varium nomen.

‡ In litteris *Jadenæ*, seu potius *Jadrensis*, Archiepiscopi Anni 1313. mox integris allegandis,

* *Val. Andr. Bibl. Belg. Suffrid. Pet.*
‡ *Alting. Not. part. 2. p. 121.*

YLEKE,

Oppidum vetus sub Decan. Wagenb. inf. & florens pridem, si Ilstanis fides habenda. Volunt enim videri *Ilstani*, inquit Emmius, sui oppidi fortunam Snecanâ majorem fuisse, & cum Sneca vici formam adhuc haberet, Ilstam jam inter oppida nomen tulisse & mercatu floruisse, marique multum effusam; sed incremento fortunæ Snecensium esse exhaustam, atque ad hanc, quæ jam conspicitur, tenuitatem redactam, &c. fortuna,

Certè Ylstam non infimi nominis & potentiæ fuisse, palam est ex antiquo & eximio jure, jam ab Anno 1379. Caroli IV. nomine a Joanne Palstino fori hebdomalis & annui per duos dies continuos post S. Mauritii, Ecclesiæ patroni festum ei concesso. potentia, nundinæ,

In prædictis *Jadenæ* Archiepiscopi litteris, vocatur *Yleke*, *Ecclesia*, non S. *Martini*, ut perperam loco indigitato ab Altingio positum: sed Ecclesia S. *Mauritii*; ex quo palam est, Ecclesiam Ylstanam S. Mauritio primitus nuncupatam fuisse. primaria Ecclesia,

Ex eodem quoque Diplomate manifestum est, B. Mauritium ejusdem Ecclesiæ Divum fuisse Tutelarem. Sic enim disertè habet Diploma: *In supplicationibus pro parte communitatis & oppidi nostri factis annuentes, ut ipsis duabus diebus dumtaxat, festum beati* Mauritii *quolibet anno immediatè sequentibus, nundinas & forum annuale observetis & observare possitis, concessimus, & auctoritate præfatâ concedimus per præsentes.* D. Mauritio sacra,

Parochia hæc, ex Cod. M. S. Eccl. Traj. valebat pridem flor. aureos 150.

Haud dubium est Joannem Palatinum, oppidi dominum, ejus Ecclesiæ, ut ferè dominis locorum, præcipuè per Frisiam consuevit, Patronum, seu Collatorem fuisse.

Ecclesia prædicta largis dudùm spiritualibus gratiis, quas *Indulgentias* vocant, donata fuit a Nicolao, Archiepiscopo Jadrensi, aliisque Episcopis in festo S. *Mauritii*, ceterisque solemnitatibus in Diplomate recensitis. XL. enim dierum *Indulgentiæ* ibi conceduntur omnibus, *verè pœnitentibus & confessis, qui ad ipsam Ecclesiam in festo ipsius* S. Mauritii, *& in festivitatibus* ibi præscriptis, *ac etiam in dedicatione ipsius Ecclesiæ causâ devotionis accesserint, aut etiam corpus Christi secuti fuerint cum portatur infirmis, vel qui circuierint Cœmeterium, seu qui ad fabricam, luminaria, ornamenta & alia necessaria dictæ Ecclesiæ manus porrexerint*, &c. largis Indulgentiis ditata, ejus valor, antiquus dominus, Collator,

Diploma integrum habe hisce verbis:

"Universis Christi fidelibus præsentes litteras "inspecturis, miseratione Divina frater Nicolaus "Archiepiscopus Jadrensis, Leonardus Aquinensis, frater Petrus civitatis novæ, Arnoldus Coseranensis, Raymundus Massiliensis & frater "Jeronimus de Dominio Tatarorum Episcopi, "salutem in Domino sempiternam. Splendor "paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius "clementissima benignitate sperantium, tunc "præcipuè benigno favore prosequitur, cum "devota ipsorum humilitas sanctorum precibus "& meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut Ec"clesia sancti *Mauricii de Yike*, Trajectensis "Diœceseos congruis honoribus frequentetur

L "Sc

"& à Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad ipsam Ecclesiam in festo ipsius sancti Maurecii & in festivitatibus infrascriptis; videlicet Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis & Pentecostes; nec non in festivitatibus Petri & Pauli & omnium aliorum Apostolorum; etiam in omnibus & singulis festivitatibus beatæ Mariæ semper virginis, ac beatorum Johannis Baptistæ, Stephani, Vincentii Laurentii, Nicolai, Martini, Benedicti & Augustini, atque sanctarum Mariæ Magdalenæ, Katherinæ, Margaretæ, Aghatæ, Cecilia, Agnetis, Luciæ, Gertrudis, Barbaræ, Claræ, atque undecim millium Virginum; Michaëlis Archangeli, Remigii; ac in commemoratione omnium sanctorum ac fidelium animarum; ac etiam in dedicatione ipsius Ecclesiæ, causa devotionis accesserint aut etiam corpus Christi secuti fuerint, cum portatur infirmis, vel qui circuierint cœmiterium dictæ Ecclesiæ pro defunctis dicendo *Pater noster*; seu qui ad fabricam, luminaria, ornamenta & alia necessaria dictæ Ecclesiæ manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli singulas dierum quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus, dummodo Diœcesani voluntas ad id accesserit & consensus. In cujus rei testimonium præsentes litteras sigillorum nostrorum jussimus appensione muniri. Datum Carpentorati, Anno Domini M. CCC. tertiodecimo, mense Novembri; Pontificis Domini Clementis, Papæ V. anno nono".

priscus Pastor,

*Pastor Ylstanæ Ecclesiæ, Monachus, fortè ex familia Carmel. ibi Sedem habente.

Henricus *de Dyla*, Pastor Ylstanæ Ecclesiæ Anno 1437.

Vicaria.

Ipse, & *Epo Hariaxens Capitaneus, & tota communitas Ecclesiæ in Ylikis* (sic sonat charta fundationis) *Vicariam perpetuam* condiderunt, cujus Vicarius canonicè electus haberet,

"Potestatem plenariam, facultatem & auctoritatem Missas & divina officia ante summum altare celebrandi, verbum Dei prædicandi Christi Fidelibus & infirmis nostræ communitatis tam præsentibus quam futuris Eucharistiæ & Ecclesiæ Sacramenta ministrandi, parvulos baptizandi, mortuos sepeliendi, ac omnes alios salutares & canonicos actus in prædictis Ecclesia & Parochia exercendi, & terminandi quæ ad verum Curatum ejusdem Ecclesiæ de *Ylikis*, de Jure, privilegio, statuto, aut consuetudine spectare noscuntur, aut spectare potuerint, quomodolibet in futurum; sitque idem perpetuus Vicarius æqualis suo Curato in Ecclesia & extra ac in omnibus ac singulis actibus præmissis præexpressis, seu in quibuscunque aliis ad ipsum Curatum spectantibus, ut præmittitur".

Charta hæc est Anni 1437. 22. Martii.

Fundatio & dotatio ea firmata est per Rodolphum Diepholdium, Ultraj. Episcopum postulatum.

Vicarius,

Ad *Vicariam* istam assumptus fuit Anno 1439. postridie decollat. S. Joann. Bapt. Bartholomæus Gerardi de Hem

Templo primario cohæsit claustrum Monasticum Carmelitanæ familiæ cum fario & turri. Privilegia a Bonifacio VIII. Pont. Rom. Dominicanis & Minoritis concessa, ad familiam Carmelitanam extensa fuere per Diploma Joannis XXII. Pontificatûs ejus anno XI.

Cœnobium Carmeliticum, amplis privilegiis donatum,

Diploma integrum, a Schotano relatum *pag.* 272. Coloniæ descriptum & authenticum redditum, Theodorus Sackanus, Prior Wolfeindani Cœnobii, *Wolfeindam* secum attulit; undè, Cœnobio isto ab aquis infestato & depauperato, ad Ylllanum hoc Cœnobium unà cum emolumentis ac privilegiis transportatum fuit. Bellu Hispanico dirutum Cœnobium illud.

Hispano bello dirutum:

Estque Ylsta hodiè oppidulum munitionibus vacuum, solâ fossa circumdatum; unde prodiêre,

Ausonius, *Cyprianus*, *Sixtus*, & *Titus a Popma*, patre *Ausonio* nati e nobili *Popmaunorum* familia, fratres doctrina scriptisque celebres. Laudantur singuli a Valerio Andrea in *Bibl. Belg.* ubi & eorum scripta recensentur.

viri natalibus, vitâ, & scriptis illustres.

Martinus Ilstanus, Frisius, Ord. D. Virginis in monte Carmelo, scripsisse fertur *Elogia Nobilium in Frisia* & *Historiam factionum sub Anarchia*. Historiæ meminit And. Cornelius, ad Ann. Dom. CIƆ. CCCC. XCIX.

OESCHEM,*

Oeschem, Parochia, Vicaria, census earundem.

Vulgò *Oosthem*, Præfect. Wymbritz. sub Decan Wagenb. inf. vicus intra aggerem. *Parochia* illic cum *Vicaria*. *Parochia* 120. *Vicaria* 85. flor. aureos dabat.

WESTHEM,

Westhem, Parochia, Vicaria, utriusque valor.

Ejusdem Præf. intra aggerem vicus, in quo *Parochia*, atque in ea *Vicaria*. Illa 100. hæc 70. flor. aureos reddebat.

FOLSGARA,

Folsgara, Parochia, Vicaria, & valor.

Ejusd. Præf. & Decan. vicus cum *Parochia* 100. *Vicaria* 90. florenos aureos reddente.

TYALLEHUSEN,

Tylahusum,

Aliàs *Tylahasum*, vicus sub ead. Præf. ac Decanatu.

Parochia, Præbenda, valor, census.

Hujus *Parochia* valens 120. *Vicaria* 70. flor. aureos, Præpositu S. Jo. Traj. pendebat VI. scuta.

GOINGUM,

Goingum, Parochia, Vicaria, valor, census,

Vulgò, *Goinge* in ead. Præf. & Decan. pagus, cujus *Parochia* 120. *Vicaria* 80. flor. aureos reddebat. Præp S Jo. veniebant XVI. scuta.

Sedes nobiliarum,

Sub Goingo antiqua rudera Sedium nobilium *Jongema*, *Sickinga* & *Albada*.

Cisterc. Monial. Cœnobium; varium ejus nomen,

* Sub Goingana Parochia Monialium Cisterc. Cœnobium Anno 1233. ab Ubaldo, viro divite, ex Miræi *Chron. Belg* ad ano. illum conditum, *Aula Dei* Latinè, populari linguâ, non *Gods Hof*, sed *Nyeklooster* dictum, a Floridi campi Abbatia prognatum eique subditum, de quo hæc refert in *Fris. Chron. MS. Vorperas Thab. cap.* 32.

origo, institutores, &c.

"Anno Domini 1233. sub Ottone bujus nominis tertio Episcopo Trajectensi, de quo suprà dictum est, sexto idus Septembris à fundatione Floridi campi anno 42. fundavit dominus Dodo, IV. Abbas Floridi campi Mona-

* *Cod. MS. Eccl. Traj. Monachi.*

* *Suffrid. Dec. XII. p.* 243.

naste-

"nasterium Ordinis Cisterciensis, dictum *Aula Dei*, (vulgò *Nyecloofter*) adducens ibidem Moniales ex *Sion*. Fundatum est autem Monasterium *Aulæ Dei* in possessionibus fratris Uboldi conversi & professi in Floridocampo, qui illa prædia pro animæ suæ salute ad hoc donavit, ut ibidem omni tempore consisteret Monasterium sacrarum virginum Deo perpetuè servientium. Obiit autem ipse Uboldus, fundator Monasterii *Aulæ Dei* quinto Calendas Septembris, & ibidem sepultus Anno Domini 1240."

LOYNGUM,

Loyngi, Sedes, Parochia, ejusque valor. Vulgò *Loingi*, Wymbritz. Præf. sub Wagenb. inf. Decan. vicus, sub quo reliquiæ Sedis *Hunnermana*. Loingana *Parochia*, valoris 100. flor. aureorum, Præposito S. Jo. Traj. solvebat scuta XII.

OFMYWEER, Vulgò OFFINGAWIER,

Offingawier, Parochia, ejus valor, ac Pastorbus. Sub ead. Præf. & Decan. vicus, cujus Parœcia 80. flor. aureis valens, Præposito S. Jo. Traj. pendebat VIII. scuta. Pastor ibi labente seculo XVI. D^nus Justus.

OPNAHUSUM,

Opnahusum Sedes. Parochia, Vicaria, valor. Verosimiliter *Oppenhuysen*, sub ead. Præp. & Decan. vicus, ubi Sedes *Siaerda*.
Parochiam, valoris 100. flor. aureorum, conferebant Joannitæ propè Snekam. *Vicaria* ibi 70. ejusmodi aureorum.

TIRNSE,

Tirns, Parochia, & valor. Vulgò *Tirns*, vicus ibidem cum *Parochia* valoris 100. flor. aureorum, reddente Præposito S. Jo. Traj. scuta XII.

THABOR,

Sub ejus Parœcia Cœnobium Thabor, S. Salvatori nuncupatum: Sub Tirnensi *Parochia* in Wymbritzano territorio propè Snecam celebre pridem Canonicorum Regularium Cœnobium, Salvatori nuncupatum, Capitulo Windesemensi subditum.
Nomen ei vulgare, S. *Salvatoris in Thabor*.
Fundatum fuit sub initium seculi XV. a Renico *Bockema*.

ejus institutores, *Bockema*, Equestri dignitate ac militiæ gloria clarus, Præfecturâ Snecanâ gavisus fuerat sub Alberto Bavaro. Undè & patriâ pulsus, sed pace cum duce compositâ, in eandem fuerat regressus. *Bockema* hic, Eques Hierosolymitanus Anno 1460. ad generale Capitulum in Windesem propè Daventriam congregatum, profectus,

origo, "bona sua ad Snecam sita, dona plurima & certa "prædia eidem Collegio obtulit, novo fundando "Regularium Cœnobio.

"Decretum ergo fuit, uti habet *Chron. Wind.* "*l.* I. *p.* 170. per Capitulum ut antequam Patres "illuc mitterentur, de loci congruentia, ubi "Monasterium aptius construeretur, provide- "retur. Cumque hujusmodi Commissarii anno "sequenti relationem fecissent de bona loci con- "gruentia, secundò Capitulum visitatores illuc "destinavit, qui locum illum, *Thabor* nuncupa- "tum non acceptarent, nisi certa prius præha- "bitâ cautione de centum antiquis scutatis Fran-

census, "ciæ pro perpetuis Monasterii illius, annuisque

"redditibus, & quinquaginta feudalis antiquis "pro ædificiis construendis.

"Dicti ergò Visitatores, cum cuncta hæc præmissa cernerent sic peracta, locum præfatum, "S. *Salvatoris in Thabor* nuncupatum, cum omni- "bus suis redditibus, agris & proventibus pro no- "vo Monasterio ædificando auctoritate Capi- "tuli generalis tunc assumpserunt & Capitulo "incorporaverunt; cujus gratiâ præfatus Domi- "nus Revenicus miles piè permotus, & vehe- "menter accensus, Ordinem nostrum intrare, "& habitum assumere desideravit. . . Ad mul- "tam ejus instantiam tandem per Priorem de "Windesem, Joannem *Heusden* in Windesem "fuit investitus, & ita in religione nostra red- "ditus, ad proprium Monasterium remissus, in "quo & post obitum conditus fuit". Capituli Wind. consensus;

Eodem in fano *Bocco*, cui avus fuerat Haringæus Sneccensis, conditus est Anno 1468. virâ functus, additusque Kempo *Jongama* Ednnis filius, affinitate ei connexus, qui iisdem diebus decessit.

Ex Cœnobio hoc plura antiqua Ordinis nostri Monasteria in Frisia vidimus reformata, inquit Busschius *Chron Wind. l.* I. *cap.* 39.

Cœnobium hoc nobiles viros & Scriptores, inprimisque Historicos dedit, in quibus præcellunt viri viri & scriptis nobiles.

† VORPERUS THABORITA, in Rynsmagesta Frisiæ pago natus, primùm Pastor Ecclesiæ patriæ, dein Canonicus Regularis S. Augustini in Thabor, & in eodem Cœnobio Subprior, Procurator, & demùm Prior. Latinè scripsit *Chronicon Frisiæ* ab exordio Gentis ad Ann. D. 1535. lectum M. S. Hagæ Comitis apud Cornelium Dunium, J. C. mihi a viro Clarissimo, D^no Corn. Alckemade, qui ejus exemplar possidet, benignè communicatum, ex quo & plura ad res Frisiæ sacras pertinentia, desumpsimus. De ejus vita, scriptis & morte, quæ ei accidit Anno 1538. vide Suffridum Petri *Descript. Fris. Dec* X. *cap.* 8.

HENRICUS THABORITA, Frisius, Regularis S. Augustini in Thabor propè Snecam, qui scripsit Historiam mixtam, stylo tamen rudiore, hoc est Ecclesiasticam & Politicam, a nativitate Christi ad Ann. 1501. quo floruit. Usus eo fuit Suffridus Petri in suis Frisiæ *Annalibus* concinnandis. Ant. Matthæus, in Schola Lugduno-Batava J. V. Antecessor, Opus ejus Historicum possedit, è quo multa in *Analectis* suis *vet. ævi* mutuatus est.

Præter Thaboriticum hoc Cœnobium, juxta Schotanum *Hist. Fris. pag.* 342. sub eadem Præf. Monialium tertiæ Regulæ Francisci, Ascetetium fuit, primùm *Zydfingawier*, deinde *Groenedyk* dictum.

Sub eadem Præfectura Wymbritzerana & Præposit. S. Joan. Traj.

Hi extra aggerem pagi fuêre,

UITWELLINGERGAE,

Cujus *Parochia* 120. *Vicaria* 70. flor. aur. erat. Uitwellingergae, Parochia, Vicaria, & valor.

JORTRYP,

Parochia 100. *Præbenda* 40. flor. aureos dabat. Jortryp, Parochia, & Prabenda.

† *Valerius Andr. in Bibl. Belg.*

SMALLEBRUGGE,

Smallebrugge, situs, Parochia, Vicaria, & valor.

De quo jam meminimus, ejusd. Præf. vicus haud procul a fossa, quæ Snecâ Slotam ducit, *Wymerts* dicta. Hujus *Parochia* 130. *Vicaria* 100. florenos aureos dabat. Præposito S. Jo. Traj. cedebant scuta IV.

IPECOLSGAE,

Ipecolsgae, Parochia, Vicaria,

Parochia 100. *Vicaria* 60. flor. aureos valebat.

earumque valor.

Indyck, Heeg, Gasmeer, Nieuhuysen, Sanfirde, Oldegae, Idzegae.

HEEG, seu HAGA

Heeg, Parochia, Vicaria, Prabenda,

Frisiæ, ad distinctionem Hagæ Holl. *Parochia* 160. flor. aureorum, *Vicariam* habebat 100. *Prabendam* 100. alteram *Prabendam* 60. flor. aureorum.

vir eruditus.

HARINGUS SIFRIDI SYNNAMA, ex Hagis Frisiæ, qui territorii Wymbritz. prope Snecam pagus est, oriundus, J. V. Doctor & Professor Coloniæ in Ubiis, post Consistorii Imperialis assessor Spiræ, multa scripsit in Juris utriusque titulos quæ Trithemius recenset.

GASMAR,

Gasmar, Parochia cum Prabenda.

Vulgò *Gasmeer*, vicus cum *Parochia* 100. ac *Prabenda* 60. flor. Philip. reddente.

NYEHUISEN,

Nyehuisen, Parochia, Vicaria, Prabenda.

Parochia 120. flor. aur. *Vicaria* 70. *Prabenda* 30. flor. aureorum.

SANTFIRDE,

Santfirde, Parochia, Vicaria,

Aliàs *Santfert*, cujus *Parochia* 100. *Prabenda* 70. flor. aureos valebat.

OLDEGAE,

Oldegae, Parochia, Vicaria, valor.

Habens *Parochiam* 120. *Vicariam* 90. flor. aureorum.

IDZEGAE,

Idzegae, Parochia, Vicaria, ac singulorum valor: Monialium S. Augustini asceterium.

Parochia erat 100. *Vicaria* 60. flor. aureorum. Sub *Parochia* hac Sororum Ordinis S. Augustini pridem asceterium fuit, *Nazareth* appellatum.

WOLTSEYNDA,

Woltseinda, situs,

Wymbritz. Præf. extra aggerem vicus insignis, situ ad mercaturam opportuno, cujus nundinæ annuæ ad 29. Sept. D. Michaëlis Sacram, cui & Parochialis Ecclesia videtur dicata fuisse.

Parochia, Prabenda.

Parochia 100. flor. aureos dabat. *Prabenda* in ea 60. flor. aureorum.

Pastor, olim Monachus.

Pastor ejus Ecclesiæ Monachus, ex Cod. Eccl. Traj. haud dubiè familiæ Carmelitanæ.

Cœnobium vetus,

Carmelitarum quippe in Woltseinda pridem Cœnobium fuit, D. *Mariæ Virgini* inscriptum, Anno 1339. juxta Schotanum, & ex Cod. M.S. quem teneo, conditum.

Carmelitis concessum.

"Cum enim, inquit in *Descript. Fris.* Winsemius, Cœnobium in Woltseinda aquarum infestationibus collapsum & absorptum fuisset, "Florentius, Ultrajectinus Episcopus, consentiente cui suberat Præposito & Archidiacono "S. Joannis apud Ultrajectum, reditus ejus cum "Juribus ac privilegiis omnibus donavit Priori "& Fratribus Cœnobii, S. *Mariæ* nuncupati. "Cumque Monachi Instituti illius Cœnobia invehere in Frisiam meditarentur, Ilstensibus "per tabulas 13. Aug. Ann. 1387. consignatas, "concessum ut primum Carmelitici Ordinis eis "Cœnobium cederet".

Vico huic, ad quem hactenus, ut jam meminimus, foris alii excurrerant, primus ab immutato cultu & regimine assignatus est Pastor,

ULRICUS SUAGA, Frisius, Theologus Lovaniensis, religiosus & pro avitâ fide tuendâ ac propagandâ zelosus cumprimis Presbyter, post plurium annorum labores & angustias Pastor illic defunctus 16. Junii Anno 1709. cujus elogium sic cecinit fidei & Pastoral. ejus sollicitudinis Collega Adrianus Thiara,

. . . . Solitarius iste Suaga,
Confessor fidei vincula dura tulit.

BROECH,

Vulgò *Broeck*, Altingio *Broke*, vicus Sylvanorum primarius, in duas prægrandes Parochias divisus, sic a Mencone Werumensi appellatus. Broeck,

GOINRIP,

Vulgò *Goinga-ryp*, Donyeverstalææ Præf. sub eod. Decan. vicus. Goingaryp.

GHAWEE,

Vulgò *Gauw*, ejusd. Decan. sub Wymb. Præf. vicus, ubi præter Parochiam reddentem 100. flor. aureos, *Vicaria* 70. flor. aureorum. Præposito S. Jo. Traj. veniebant VI. *Postulatenses*.

Ghawee; Parochia, Vicaria, valor.

GOLTUM,

Alias *Goutum*, & *Scharne-goutum*, olim *Scharnum*, ejusdem Præf. & Decan. vicus ad lacum *Middelsee*.

Hujus Ecclesia, pridem ad Collationem Ultraj. Episcoporum, Wichardo & successoribus ejus, Floridi campi Abbatibus concessa est a Theodorico ejosdem Sedis Hierarcha, ut sub Abbatia ista diximus.

Goltum; varia nomina, situs, Ecclesia, Collatores, Vicaria, & valor.

Præter Ecclesiam Parochialem, valentem 100. flor. aur. *Vicaria* in eadem reddens flor. aureos 80. Præposito S. Jo. Traj. veniebant VI. scuta.

TYONS.

Fortè *Lyouns*, vel *Lyons*, Baerdanæ Præf. sub eodem Decan. vicus, cujus *Parochia* 100. *Vicaria* 70. flor. * *Renens.* reddebat; solvebantque Præposito S. Jo. Traj. scuta VIII.

YLICKE,

Vulgò *Indelykm*, Donyeverstal. Præf. sub eod. Decan. vicus, reddens Præposito S. Joan. Traj. scuta XVI.

* Flor. *Renensis* ex S. Leeuwii *Jure noviss.* l. 2. part. 2. p. 198. valebat 1. flor. 5. st.

DECA-

DECANATUS DE ALTAARUM,

alìàs A L D E E R U M.

Alderum,	*Lollingum*, aliàs *Lollum*,
Vicaria in eodem,	*Vicaria in Penningum*,
Witmerssum,	*Kemezweert*, aliàs *Kymsweert.*
Penningum, *Pingium*,	*Donygage*, aliàs *Donga.*

A L D E E R U M,

Altaarum, varia nomina, nob. Sedes,

Vulgò *Altaarum*, contractè *Arum*, Præfecturæ Wonseranæ vicus, & Decanatus *Alderemumi* caput, in quo Sedes *Camminga*, *Sythma*, & *Beyem*, seu *Beyma.*

Ecclesia, Vicaria, Census.

Ecclesia, turri acutâ gaudens, pridem reddebat 100. flor. aureos. In eadem & *Vicaria.* Præposito S. Jo. Traj. veniebant xvi. scuta. *Persona*, seu Pastor illic *Siardus Watkens*, a quo Crucifigerorum, ut sub Franckera diximus, Anno 1468. conditum Cœnobium.

W I T M E R S S U M,
Hodiè
W I T M A R S U M,

Witmarsum, Ecclesia, Pastor, Prabenda.

Wonseranæ Præfecturæ sub eod. Decan. vicus ingens, cujus Ecclesia turrim dudùm habens acutam, tempestate disjectam, Anno 1663. noviter restauratam, pridem valebat 150. flor. aureos. Pastor ejus Ecclesiæ Anno 1548. D^nus^ *Vocko. Vicaria* in eadem 120. *Præbenda* una 100. altera 130. Tertia custodi templi deputata, 35. florenos aureos reddebat. Præposito S. Jo. Traj. scuta xvi. veniebant.

P E N N I N G U M,

Pingum;

Pingium, & *Pingum*, ejusdem Præf. sub eod. Decan. vicus amplus, in quo Sedes *Hiddema* & *Adelen.* — nob. Sedes,

Turrem acutam habet Ecclesia, pridem reddens 120. flor. aureos. *Vicaria* illic 100. *Præbenda* 100. Tenuis *Præbenda* 80. aureorum. — Parochia, Vicaria,

L O L L I N G U M,

Aliàs *Lollum*, vulgò *Ruyge-lollum*, ejusd. Præf. & Decan. vicus. Ecclesia pridem valens 120. *Præbenda* tenuis 40. flor. aureos, solvebat Præp. S. Jo. Traj. iv. scuta. — Lollum, Parochia, Vicaria,

K E M E Z W E E R T,

Vulgò *Kimsweert*, ejusd. Præf. & Decan. vicus; gloriatur natalibus magni Phyrri (*groote Pier*) Frisiæ libertatis egregii propugnatoris. — Kimsweert, Parochia, Vicaria, singularum valor ac census, M. Phyrri natales,

Parochia 100. *Vicaria* 80. flor. aureos dabat. Præposito S. Jo. Traj. veniebant xvi. scuta.

D O N Y G A G E,

Aliàs *Donyagae*, Donyeverstalææ Præfecturæ pagus, a quo totam Præfecturam nomen sortiri existimatur. — Donygage,

Ecclesia Donyagana xvi. scuta solvebat S. Jo. Traj. Præposito. In ea & *Vicaria.* — Vicaria, census,

DECANATUS DE FRANICKER.

Franicker,	*'t Zumme*, aliàs *'t Zummum*,
Domingum,	*Spannum*,
Buero,	*Edens*,
Rede,	*Torbaerd*,
Slepperdorp,	*Wynaldum*,
Sweyns,	*Middellum*,
Peyns,	*Ederinge*,
Scalsem,	*Anygum*,
Hytzum,	*Woudens*,
Herbadmyum, vel *Herbayum.*	*Achtelum.*

SUB DECANATU FRANEKERANO.

F R A N E K E R A,

Frankeræ antiquitas, amplum dominium,

DEcanatus cognominis caput, Westergoæ oppidum sub Floreotio IV. Holl. Comite jam Anno 1230. cognitum, ampli pridem dominii, cujus *districtui* & Harlinga olim supposita erat, ut sub Floridi campi Abbate Ludolpho suprà testatum dedimus

etymon,

Nomen oppido accitum ab agris sacro usui sepositis quibus insidet, *Fronackeren* dictis, quasi *agri Christo Domino* sacri; quales & per Hollandiam extitisse *Bat. Sac. part.* 2. comprobatum est.

primaria Ecclesia, Divus Tutelaris,

Totum oppidum Parœcia una complectitur; templumque Parœciæ habet structurâ magnificâ & amplâ cum turri excelsa io conum latè spectabilem surgente. Sacer ei dudùm S. Martinus, Turonum Episcopus.

prisci ævi Pastores,

Pastor ibi Anno 1480. Nicolaus, Ann. 1484. electus Lidlumanus Abbas XXVII. & Aono 1499. Mr. Benedictus, Heronis filius.

Vicariæ, & *Prebendæ* in ea variæ.

Vicaria, Prebendæ,

Vicaria S. *Catharinæ*.
- - - S. *Nicolai*.
Præbenda S. *Joannis*.
- - - SS. *Crispini* & *Crispiniani*.
- - - D. *Virginis in necessitate*, &
- - - 's *Jaerdema*, a Presbyteris deserviri solitæ, ita ut Pastori sex, stante Cath. cultu adessent Presbyteri.

valor, sacri administri, census, violata Ecclesia,

Parœcia 300. flor. aureos dabat. *Vicaria* una 200. *Præbenda* una 200. duæ aliæ *Præbendæ* 100. singulæ flor. aureos reddebant. Præposito S. Jo. Traj. cedebant XXXI. flor. Post.

Anno 1545. sacra vasa ex Ecclesia primaria furto ablata.

Crucigerorum Cœnobium, Orphanotrophium, Gerontrotrophium, Academia,

Aderat & oppido in occidua ejus regione ad mœnia Crucigerorum Cœnobium, An 1468. aliis 1474. a Siardo *Watthens*, *Persona*, seu Pastore in *Arum* conditum pro VI. Presbyteris ex Hoyensi Cœnobio adscitis. Ibi & Orphanotrophium egregium, in quo XL. ferè pueri puellæque tenuis fortunæ educantur honestæ; & cum ad ætatem pervenerint, pecuniâ modicâ in dotem aut res alias adjuvantur. Præcipuus fundator, *Gerardus Agricola*, ultimus Claro-campensium Prior. Habet ædificium aliud alendis senioribus comparatum, posteà institutum. Academia publica illic instituta Anno 1585. auspice & suasore D. Guilielmo Lud. Comite Nassovio, qui Provinciæ Gubernationem tum ferè inierat. Locus in Cœnobio Crucigerorum, haud parvis impendiis adornatus: fanum Monasticum actionibus Academicis solemnioribus, & exercitiis eorum, qui docendæ Ecclesiæ se paraturi erant, dicatum.

viri eruditi,

Viri ejus Scholæ eruditi apud Schotanum recensentur.

RENERUS FRESINGA, Franckerensis, Frisius, scripsit populari idiomate, *Memorias sive Emphemeridas rerum per Frisiam, Transisalaniam, & finitimas terras memorabilium*, ab Anno CIↃ. IↃ. LXXVI. usque ad Ann. CIↃ. IↃ. LXXXVI. excusas Daventriæ 1589. 8.

nundinæ celebres,

Nundinæ annuæ hic duæ; festo S. Jacobi, 25. Julii una, festo S. Victoris 11. Oct. altera. Ad has ex vicinis pagis omnis generis merces Franekeram deferuntur. Oppidanis Cath. vicinoque ruri operam impendit sacerdos ex familia S Francisci, hodiè P. Jacobus *Steenbicker*, ortu Campensis. Lege tamen *Concordatorum* nemo ibi Regularium admittitur.

& hodierni deservitores.

Pagi & vici sub Decanatu Franekerano.

D O M I N G U M,

Doengum, Parochia, Præbenda, valor, Pastor,

Vulgò *Doengum*, seu *Dodingahem*, Præf. Franekeranæ sub ejusdem nominis Decanatu vicus, cui *Parochia* & *Præbenda* una. *Parochia* 100. *Præbenda* 80. flor. aureos reddebat. Præposito S. Jo. Traj. cedebant scuta XII. Pastor illic An. 15....

Dnus *Cinanis*, aliàs *Clerq*.

nob. Sedes

Sub vico eo, Sedes *Feytsmana*.

BUERO, vulgò *BUER*,

Buer,

Ejusd. Præf. ac Dec. inter *Doengam*, & *Redam* vicus, ad viam publicam, qua curru iter est Franekerâ Leovardiam & Belcumum.

Parochia, census, Pastor.

Parochia 100. florenos aureos dabat. Præposito S. Jo. Traj. cedebant VI. scuta. Pastor illic Ann. 15.... Dnus *Nicolaus Joannis*.

RHEDE, vernaculè, *RIEDT*,

Riedt, etymon, Parochia, æditui Præbenda, valor,

Pagus Franeq. Præf. ac Dec. a rivo, qui per *Belcumum* in mare effluit, ubi Sedes *Andlona*.

Parochia 100. *Præbenda* custodis templi 40. flor. aureorum erat. Præposito S. Jo. Traj. cedebaot XVI. scuta.

Pastor.

* GODEFRIDUS ARULA, ex pago hoc oriundus, ejusd Ecclesiæ Pastor, relicto habitu seculari Cœnobium Lidlumanum ingressus, creatus fuit Abbas ejus Cœnobii XIV.

S L E P P E R D O R P,

Aliàs.

S L A P P E T E R P,

Slappeterp, Parochia, Vicaria, census.

Menaldumanæ Præf. sub Decan. Franeq. pagus, cui *Parochia* & *Vicaria*. *Parochia*, cujus Pastor An. 15 . . Dnus *Simon*, 100. flor. aureos dabat, *Vicaris* 70. S. Joan. Traj. Præposito veniebant VI. scuta.

S W E Y N S,

Sweyns, nobil. Sedes,

Præf. ac Decan. Franeq. pagus; sub quo Sedes *Herama*, & *Kingma*; Huic pridem jus furcæ ac rotæ.

* *Sibr. Leo in vit. Abbat. Lidl.*

Para-

Parochia, Paſtor. proventus.

Parochia, cujus Paſtor An. 15. . D^nus *Joannes* 100. florenos dabat. Præpoſito S. Jo. Traj. cedebant ſcuta VIII.

P E Y N S,

Peyns, Parochia, minor Præbenda, valor, Paſtor.

Ejuſd. Præf. ac Decan. pagus; huic *Parochia* 100. minor *Præbenda* 80. florenorum aureorum. Præpoſito S. Jo. Traj. VIII. ſimiliter ſcuta cedebant. Paſtor Anno 15. . . D^nus *Simon*.

*S C A L S*E M,*

Scalzum, Parochia, Vicaria, valor,

Aut etiam *Scalzum*, Franeq. Præf. ac Decan. pagus. Huic *Parochia* 100. *Vicaria* 80. flor. aureorum. Præpoſito S. Jo. Traj. veniebant VIII. ſcuta.

Eccleſiæ turris,

Eccleſiæ turris hederâ pridem tota erat obtecta; quam vicani reſecare identidem cogebantur, ne paſſeres aliæve aves in ea latentes frumento eſſent noxiæ.

Ulpii inde denominati natales, elogium,

Natus eo in vico Deſiderii Eraſmi familiaris, qui cognomen ex eadem hedera aſſumpſerat, ULPIUS CISSÆUS, Græcâ linguâ maximè eruditus, Linguæ Græcæ in Erfurtenſi Academia Anteceſſor, qui gliſſente Lutheraniſmo invidia cedens, ac patriæ redditus, ſacerdos & Eccleſiaſtes obiit circa Ann. 1540.

Eum hoc funebri Carmine donavit Cyprianus Womelius, *pag.* 206.

Epitaphium.

Mortuus hic recubat juvenilibus Ulpius *annis*
Par Friſiæ noſtræ Pieridumque decus:
Fætibus ingenii toti inclareſcere mando
Cœperat, ah quantum ſpei, fera Parca rapis!
Quæ tamen ante diem fati monumenta ſupremum
Edidit, hæc vitæ cauſa perennis erunt.

* Scripſit quædam adverſus Lutherum &alia. Suffridus Petri Lovanio evocatus, *Ulpii* eo in munere fuit ſucceſſor.

H Y T Z U M,

Hytſum, arx. Parœcia, Vicaria, valor, Paſtor.

Aliàs *Hiechtum*, amœnus ab hortis & conſitis arboribus Præf. & Decan. Franeq. vicus, ubi arx pridem *Roordama*. *Parochia* valebat 100. flor. aureos. *Vicaria* 100. Præpoſito S. Jo. Traj. cedebant VI. ſcuta. Paſtor ibi ſec. XVI. labente, D. *Joannes Milpelſe*.

H E R B A D M Y U M,

Herbajum, Sedes, viri eruditi, Parochia, Vicaria, cenſus, Paſtor.

Vel *Herbayum*, undè ortus ac cognominatus *Thomas Herbajus* eruditus, ac Juris peritiſſimus; ubi & Sedes *Sickema*, & *Heemſtra*. *Parochia* 120. *Vicaria* 70. flor. aureos valens, reddebat Præpoſito S. Jo. Traj. VIII. ſcuta. Paſtor ibi Anno 15... D^nus *Benedictus*.

T Z U M,

Tzum, Eccleſia, turris,

Antiquitus *Tzumgum*, amplus & latè extenſus Præf. ac Decan. Franeq. vicus, cui præſtans Eccleſia cum faſtigiata turri Anno 1546. ædificata, ad quam via lapidibus ſtrata aditus eſt; forum ei equarium celebre ad diem V. Junii D. Bonifacio, qui hinc Divus ei Tutelaris cenſetur.

forum equar. D. Tutelaris,

Vicaria, cenſus,

Eccleſia 100 *Vicaria*, 90. florenos aureos reddebat. Præpoſito S. Jo. Traj. veniebant VIII. ſcuta. Paſtor Eccleſiæ An. 15 . . D^nus *Martinus*, Vicarius, D^nus *Juſtus*.

* *C. Schotanus in Friſ. Deſcript. Val. Andr. Bibl. Belg.*

Cœnobiolum. D. Mariæ Magdal. nuncupatum.

† In pago *Tzum*, ſeu *Tzumgum*, ex Iſbrando Leone quoddam Cœnobiolum fuit, Ordinis D. Magdalenæ. Sed cum ex diluvio ad inopiam redactæ ſorores, opere manuario quæſtum facientes, negotiis implicatæ, rigorem diſciplinæ amitterent, ſubmiſſus a Traj. Præſule *Fredericus* Ann. 1289. totum Collegium LIII. Virginum, *Præmonſtratenſe* redditum, cum integra poſſeſſione partim *Bajam*, partim *Lidlum* tranſtulit.

S P A N N U M,

Spannum, Sedes, Eccleſia, Collator,

Seu *Spanheim*, & *Spanghem*, Henneranæ Præfecturæ ſub Decan. Franeq. pagus, ubi Sedes *Donia*. Ei *Parochia* erat 100. flor. aureorum, cujus Collator Lidlumanus Abbas.

Paſtor;

Varii ex eo Cœnobio Spannenſis Eccleſiæ curam egêre; inter ceteros, ſub An. 1550. Iſbrandus, Gelrus Harderwyckius, dein Abbas ejus Cœnobii XXXIII.

Vicaria, cenſus.

In hac & *Vicaria* 90. flor. aureorum. Præpoſiti S. Jo. Traj. portio erant ſcuta VIII.

E D E N S,

Edens, Sedes, Parochia, valor.

Ejuſd. Præf. ſub Decan. Franeq. pagus, ubi Sedes *Ungana* *Parochia* 90. tantùm aur. florenos dabat. Præpoſito S. Jo. Traj cedebant VIII. ſcuta.

C O R B A E R D,

Corbaerdt, Parochia, Vicaria, valor.

Vulgò *Corbaerdt*, Franeq. Decan. ſub Henner. Præf. pagus, cui *Parochia*, atque in ea *Vicaria*. Illa 120. hæc 80. 70. flor. aureos valens, Præpoſito S. Jo. Traj. pendebat ſcuta XII.

W Y N A L D U M,

Wynaldum, Parochia, Paſtor, Vicaria,

Barranæ Præf. ſub Decan. Franeq. pagus, *Riedæ* conterminus. *Parochia* ibi, *Vicaria* ac *Præbenda*. *Parochia* 100. *Vicaria* 90. *Præbenda* 60. florenos aureos reddebat. Præpoſiti S. Jo. Traj. pars erant, ſcuta XII.

Vicarius, proventus.

Paſtor illic Anno 15. . . D^nus *Andreas*.
Vicarius D^nus *Jacobus*.

EDERINGE, & WOUDENS,

Ederinge, & Woudens, nulla memoria.

Harum Eccleſiarum nihil occurrit, nec in Friſiæ Annalibus, neque in patriæ Documentis, aut M.S. Codicibus.

W E S R Y P,

Wesryp Eccleſiæ. Div. Tutel, Collatores Vicaria, valor.

Seu *Wielsryp*, Henn. Præf. vicus ad foſſam quæ Snecam & Franequeram fluit, ubi ad Occidentem, .

A N Y G U M,

Anygum,

Anium, vel *Aninghem*, Menald Præfecturæ ſub Decanatu Franequerano pridem vicus, propè Berlicum, ex quo oriundus Lindulphus Cœnobii Lidlumenſis Prior, & cujus Eccleſiæ Anno 1256. Paſtor Wibrandus.

Eccleſia, Paſtor,

Can. Regul. Cœnobium, primi inſtitutores;

Lindulphi autem hujus conſanguinei eo in vico Canonicorum Regularium Cœnobium condiderunt Anno 1256. ſub aſſenſu & poteſtate Wibrandi hujus in *Aniom* Paſtoris, ſubſidio Sibaldi Epinga & fratrum, ac fratrum Nannonis & Sibrandi, uti & Ebel. Scheltinga eorum neptis.

† *Sibrand. Leo in vita Abb. Ludl. p.* 184.

Cœno-

nomen ei inditum, ruina.

Cœnobio nomen inditum *Montis B. Mariæ*.

Canonicos hos innovata religio inde exulare coëgit.

MIDDELLUM,

Vulgò

MIDLUM,

Midlum, Jus prætorium, Sedes, *Parochia*, census.

Harlingæ conterminus Franeq. Præf. ac Decan. pagus: ad Ecclesiæ Cœmeterium area est, *Frittema Weerstal* appellata, in qua sub dio jus dici consuerat. Sedes in eo vico *Reemersmana*.

Ecclesia *Paroch.* valens 130. flor. aureos, reddebat Præp. S. Jo. Traj. VIII. scuta.

ACHTELUM,

Contractè

ACHLUM,

Achlum, arx vetusta,

Præf. ac Decan. Franeq. vicus, ubi arx & Sedes *Offenbuysiana*.

Parochia, valor,

Parochia reddebat 100. flor. aureos. Pastor seculo XVI. labente D^nus *Arnoldus*. Præposito S. Joan. Traj. veniebant XII. scuta.

Canonicorum Regul. eò translatum Cœnobium:

Canonici Regulares Luynkerkani, ad vicum hunc Cœnobium suum transplantarunt, sub primo Abbate Wigboldo Annum 1165. fundatum, de quo hæc habe ex certis monumentis;

LUNDIGAKERKE,

Contractè

LYUNKERKE,

ejus institutores,

Franek. Præf. vicus, cujus nomen etiam hodie perseverat. Cœnobium ibi pridem Canonicorum Regularium, D. Martino nuncupatum M. P. II. a Franekera in occasum, a Ludigmannæ familiæ viris nobilibus, sub Godefrido Renensi, Ultrajectino Episcopo fundatum circa Annum 1157. vel paulò post. Emmius * Annum 1165. ei initialem putat.

Traj. Hyerarcha consensus.

Eylwerdus Lyunkerkanus & Ludigmanni nobiles viri sub tempus illud Godefridum Trajectensem Episcopum interpellarunt, ut Rectorem sibi & Fratribus designaret.

Anno igitur 1168. Wigboldum eis assignavit primum Abbatem per sequens Diploma, ex Vorperi Thaborito Chronico Frisiæ M.S. desumptum.

Vorp. Thab. Coron. M.S. cap. III.

"In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. "Dei misericordia Trajectensis Ecclesiæ humi"lis Minister; Notum esse volumus universis "Christi fidelibus præsentibus ac futuris, qua"liter frater Eyluardus de Lundigekercke, cum "quibusdam Ludigmannorum à nobis petierit, "ut concederemus Magistrum ei atque Fratri"bus suis Regularibus, qui verbo & exemplo ipsos "præcedere posset, & secundum regulam beati Au"gustini regere nosset; cujus justæ ac rationali "libenter annuentes petitioni, ad Ecclesiam "eandem divertimus, & audito omnium Fra"trum voto consentientium in idipsum, unanimi "concordia, concessimus eis libertatem eligendi "spiritualem patrem quemcunque vellent. Ex "consilio igitur Matthæi, Abbatis S. Pauli in "Trajecto & Hildebrandi Abbatis in Versla, ce"terorumque Religiosorum virorum, qui unà "nobiscum aderant, universi consenserunt in "personam fratris Vigboldi, &c.

"Proinde astantibus illis qui advocati dice"bantur Ecclesiæ & nonnullis ex parentela Lu"digmannorum, qui præsentes, sicut jam pri"dem fecerant, fuerant, ita nobis intuentibus "memoratam Ecclesiam à propria possessione "Deoque libera donatione emancipabant. Quod "Banno nostro firmavimus, & ne quisquam Fra"tribus ausit temerario quicquam injuriæ vel "molestiæ inferret tam Abbati quam subditis, "seu ministris suis atque successoribus cunctis"que rebus suis habitis vel habendis &c. Eccle"siam etiam ipsis ab omnibus tributis vel debi"tis liberam dimisimus, sed & dimidium bene"ficium vel utilitatem Ecclesiæ in Minnertsgae "sibi suisque successoribus (salvo tamen jure no"stro) tribuimus, &c.

Dominus Vigboldus, Abbas in Lundigekerke, ait ibid. *Vorperus, vir magnæ sanctitatis, claruit miraculis.*

Gerbrandus, alter Cœnobii Lyunkerkani Rector, Sibonem sub Annum 1180. cum sociis se accedentem, in tutelam recepit, dato illi primo Præposito Lamberto. Primi Rectores,

† Dives & illustris olim hæc Abbatia, cui ingens in Texalia ac Vlielandia possessio; Wilhelmus enim Holl. Comes, Rom. Rex inter alia totam Cœnobio ei Vlielandiam concessit, quæ Schellingæ olim adhærebat; sed Cœnobitæ hi, ut transitus navibus esset, fossam intermediam defodierunt.

* Juxta Buschium celeberrima etiam fuit, in qua titulo Abbatis, XXVII. juxtà Miræum, Rectores viguere, & ex qua plura Cœnobia progenita fuère, inter alia *Auyguanum*, de quo jam mentio. aliorum parens,

‡ Sed cum a religiosæ vitæ normâ defecissent inquilini, Windesemenses & Mons-Agnetani Canonici ad eam eos reduxerunt, extinctoque Abbatis titulo, humile *Prioris* nomen substituerunt, ac reipublicæ suæ adscripserunt. restauratio.

* *Emm. Rer. Frisiæ lib. 7.*

† *Schot. lib. 4. Hist. pag. 106.*

* *J. Bussch. lib. 2. Reform. cap. 4.*

‡ *I. Lindeborn. Hist. Dav.*

DECA-

DECANATUS SEXBERUM.

Surich,	*Mynerdsgap*,
Mednorch,	*Bovingum*,
Herlyngum,	*Englum*,
Weer, aliàs *Worne*,	*Marssum*,
Petersverum,	*Blessum*,
Wynaldum,	*Capella in Mednarch*,
Sexberum,	*Westerberum*,
Aesterberum,	*Ecclesia S. Nicolai in* * *Herma*, (* fortè in Herna.)
Tyarmarum,	*Tylmarengum*, aliàs *Tummorum*,
Ffyrdigum,	*Sweringhen*.

DEcanatus hic, ex duabus Præfecturis, Barranâ sc. & Meinaldana penè totus compositus, hæc loca complectebatur:

SURICH,

Surich, Wooseranæ Præfecturæ sub Decan. Sexberiensi, pagus ad marinum aggerem inter Harliogam & Maccumum.

Parochia, valor, *Vicaria*, possessor, census. *Parochia* pridem 100. florenis aureis, *Vicaria* 80. ejusmodi florenis valebat. Præposito S. Joannis XVI. scuta veniebant.

Pastor ibi Aono 15.. Dnus *Nicolaus Henrici*.

Vicarius Anno 1548. *Adolphus, Feykonis*.

De *Mednorch* nihil occurrit in Frisiæ Monumentis.

HERLYNGUM,

Idem quod hodiè

HARLINGA,

Harlingæ ex parvis initiis oppidum, QUondam viculus obscurus in extremo littore Westergoæ ad Occidentem situs juxta ipsos aggeres, medius inter duas lateritii operis majores virorum nobiliom Sedes, quarum alteri *Harliga*, alteri *Harns* vocabulum erat; *etymon*, undè dubia aliquandio viei appellatio fuit, donec tandem excisâ domo *Harligâ* a Ludingkerkiis Monachis, & vico in excisæ solum extenso hujus nomen prævaluit, ex quo usus sensim *Harlingæ* vocabulum fecit. *Situs*, Hæc Emmii opinio. Altingio † *Harns*, Frisicum nomen est, a situ ei inditum in prominenti angulo ad *Bornedam* quondam sinum & *mare vadosum*. Inter Frisiæ Orientalis oppida recensetur Membranæ Trajectinæ Scriptori ad Ann. 1227.

† *Alt. Germ. Inf. part. 2.*

Westergoæ urbs est hodiè post Metropolim Leovardiam totius regionis maxima, & mercatoribus frequentissima, ditissimaque, licet ordine VI.

Templum, Templum olim unum eo loco, ubi vicus *Almenum* quondam fuit, cujus usui etiam, antequam oppidum factum est Harlinga, serviit. Anno 1580. oppido explicato, vallisque ac fossis largioribus cincto, Almenum cum fano mœnibus inclusum fuit ex Schotano.

Divus Tutelaris S. Michaël, Ædes hæ, ex eodem Schotano * ab Anno 800.. conditæ, S. Michaëli Archangelo erant nuncupatæ. Huic firmando serviunt Hamconii versus, alludentes ad vexillum quod M. Alvinus Româ allatum, his in ædibus, ex veterum famâ Suffridi scriptis ad nos perlatâ, fertur abscondisse, dum sic canit:

Quin sacrum Angelicâ Dux hic devotus in æde,
Condidit Almêni (quæ nunc Harlingia) signum,
Signum Frisiacæ quondum venerabile genti.

Cetera vide apud Suffridum de *Script. Frisiæ* in *M. Alvinum Dec.* 8. §. 3.

* *Schotanus Domini Fris. pag.* 330. &c.

Quod & firmatur hoc Sibrandi Leonis in vitis Abbat. Lidl. testimonio; *Thieboldus* XXIV. *Abbas Lidlum. ante Monasterii ingressum Præbendarius Ecclesiæ S.* Michaëlis *Harlingensis commemoratur fuisse*. Undè præter duas nundinas, aliæ ibi ad diem 30. Sept. postridiè festi S. Michaëlis.

nundinæ, *Parochiæ*, *valor*, Harliogana & suburbanorum vicorum *Parochia* ex Cod. M. S. Ultraj. Eccl. pridem valebat 200. florenis aureis. Præp. S. Jo. Traj. reddebat XXXII. flor. *Postul.*

Pastores, Pastores ejus Ecclesiæ seculo XVI. ineunte,

Dnus BERNARDUS DE BENTHEM, & per ejus cessionem,

Dnus NICOLAUS, *Presbyter in 't Zerkergeest*.

Jure devoluto, nomine Præpositi S. Joannis Aon. 1522. illum instituit Joannes *Ingenwinckel*, per hasce tabulas ex Cod. MS. Ecclesiæ istius desumptas.

" *Johannes Ingenwinckel*, Dei & Apostolicæ " Sedis gratiâ Præpositus & Archidiaconus Ec- " clesiæ S. Johannis Trajectensis, universis & sin- " gulis Presbyteris, Clericis, Notariis & Ta- " bellionibus publicis quibuscunque, & eorum " cuilibet, salutem in Domino sempiternam. Cum " prout ad nostrum devênit auditum, Ecclesia " Parochialis de Almenum partium Frisiæ, distri- " ctus Archidiaconatus nostri, per liberam resi- " gnationem Dni *Bernardi de Benthem*, ultimi e- " jusdem Rectoris, seu aliàs qualitercunque du- " dum vacaverit, ac tanto tempore vacua fuerit, " prout adhuc ad præsens vacat, quod ejus col- " latio, provisio seu quævis alia dispositio ad nos " de jure communi, seu aliàs juxta Lateranensis " statuta Concilii fuit & est devoluta. Ne igitur " Jus nostrum negligere videamur, & tam dis- " pendiosæ vacationi occurrere volentes, Dile- " cto nobis in Christo Dno Nicolao, Presbytero

"In 't *Zerckgeest* dictam Parochialem Ecclesiam, sive præmisso, aut aliàs quovis modo vacantem, ad nostramque dispositionem spectantem, ut præfertur, in Dei nomine conferimus, & tibi de eadem providemus, illamque eidem cum omnibus & singulis juribus & pertinentiis suis contulimus, prout conferimus & providemus præsentium tenore; mandantes vobis, & vestrum cuilibet, quatenus præfatum Dominum Nicolaum, Procuratoremve suum legitimum ejus nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Ecclesiæ, juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem, recepto primò ab eodem vel suo Procuratore prædicto fidelitatis & obedientiæ solito juramento, inducatis, & inductum defendatis, & manu teneatis, sibique aut ejus Procuratori præfato de fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis ejusdem Ecclesiæ respondeatis, & respondeři faciatis, & procuretis temporibus debitis & statutis: in contradictores verò quoslibet & rebelles trium dierum monitione Canonicâ præmissâ excommunicationem summam fulminamus. Datum sub sigillo nostro ad causas Anno Domini millesimo, quingentesimo vicesimo secundo, die verò vicesimæ quarta mensis Julii".

Ejusdem Ecclesiæ Rector An. 1548. & 1558. D^nus^ *Bencko Doyinga*.

Vicariæ, *Vicariæ* in Harlingana Ecclesia duæ; harum una, S. *Nicolai* dicebatur. Utraque 100. florenos aureos dabat.

Vicarii, *Vicarius* illic sub finem seculi xv. ut jam vidimus, Thieboldus, Lidlum. Abbas xxiv.

Vicarius S. Nicolai, Anno 1558. *Petrus Donya*.

Præbendæ, singularum valor, *Præbendæ* ibi numerabantur tres; duæ priores, singulæ 80. tertia custodi ædis assignata, 70. flor. aureis valebat.

alterum fanum, Ex arce a Groninganis An. 1496. ad mare exstructâ, ab Alberto Saxone dein firmius munitâ, alterum post Hispanorum bella conditum fanum, *Westkerk* hodiè vulgariter appellatum.

Nosocomium, Orphanotrophium, ludus litterarius, deservitores moderni. Ceterum in oppido Harlinga nullum olim viguit Monasterium; quin expers Nosocomii & Orphanotrophii fuit: postmodum utrumque institutum, eisque additus ludus litterarius.

Harlingæ modò pater e Societate J. Sedem habet, qui & pagis circumjacentibus deservit. Is Anno 1658. erat P. *Joannes Arundeus*, & 1691. P. *Overbeeck* Jac. Torrius in *Relat. Rom.* Jesuitæ jungit P. Franciscanum Observantem. Lege tamen *Concordatorum* nullus eis Regularis conceditur.

Almeenum, ejusque circa Harling. Ecclesiam Suffragium. Vici *Almeenum*, Barranæ Præfecturæ jam meminimus. Pagus hic suffragium suum circa Ecclesiam Harlinganam ad se dudùm spectantem, adhuc hodie ex Schotano retinet.

PETERSVERUM,

Pietersbierum, Sedes nob. *Parochia,* *Præbendæ,* valor, census. Vulgò *Pietersbierum*, Barranæ Præfect. sub Decan. Sexber. vicus, in quo Sedes *Cronenburgica*. *Parochia* valebat 100. flor. aureos. *Vicaria* 90. *Præbenda* ibi duplex; una 100. altera 80. flor. aureorum. Præposito S. Jo. Traj. veniebant scuta XII. Pastor illic Anno 15 . . D. *Andreas*.

WYNALDUM,

Ejusdem Præf. & Decan. vicus, de quo & supra *Riedensi* vico conterminus. *Parochia* 100. *Vicaria* 90. *Præbenda* 60. flor. aureos dabat. Præposito S. Jo. Traj. veniebant scuta XII. Pastor Anno 15 . . . D^nus^ *Andreas*. Vicarius D^nus^ *Jacobus*. *Wynaldum,* *Parochia,* *Vicariæ* valor, census, Pastor.

SEXBERUM,

Vulgò *Sixbierum*, Barr. Præf. sub eodem Decanatu, a quo & nomen ducit, non ex infimis vicus. Ex eo ortus est nobili *Adelorum* stirpe, S. Fredericus VIII. Traj. Episc. *Sexberum,*

Parochia, ad collationem Lidlumensium Abbatum valebat flor. aureos 140. *Vicaria* 100. Duæ *Præbendæ*, singulæ 100. Pastores Eccl Sexheromanæ D. *Syardus*, in pago *Doynum* nobili stirpe natus, Meinsone mortuo An. 1404. Lidlumanus Abbas creatus ordine XV. *Parochia,* collator, *Vicariæ,* *Præbendæ,* valor, Pastores.

D^nus^ *Henricus* sub Ann. 1420.

Reinerus Ann. 1429. Abbas Lidl. XXIII.

Isbrandus Ann. 1515.

Egbertus Vollenhovius Ann. 1554.

Ibi & *Præbenda* æditui assignata.

Præposito S. Jo. cedebant scuta XII.

AESTERBERUM,

Vulgò

OOSTERBIERUM,

Barr. Præf. sub Sexber. Decan. pagus ad marinum aggerem, in quo Sedes *Haerdama*. *Oosterbierum,* situs, nob. Sedes, *Parochia,* D. Tutelares,

Annuæ illic nundinæ ad diem S. Juriani, ex quo conjici posset Parochiam Divo isti nuncupatam fuisse. Verùm ex Sibrandi Leonis, in gestis *Abb. Ludl. pag.* 205. relatione, manifestum est Ecclesiam illic olim dicatam fuisse S. Georgio.

Algo, natione Sexberumensis, ex seculari sacerdote, Canonicus Cœnobii Lidlumani, Anno 1471. Abbas Lidlum. ordine XXVI. Pastores,

Cyriacus Anno 15. . .

Vicaria illic 80. & *Præbenda* 90. florenorum aureorum. *Vicaria,* Vicarius, *Præbenda,* valor, census,

Vicarius Ann. 15. . . D^nus^ *Joannes*.

Præposito S. Joannis cedebant scuta XIII.

TYARMARUM,

Seu *Tjemarum*, aliàs *t'Zummarum*, sub eadem Præf. & eod. Decan. ingens pagus, cujus nundinæ annuæ ad diem alteram Pentecostis. *Tzummarum,* varium nomen, nundinæ, nob. Sedes,

Parochialis illic Ecclesia, in qua *Vicaria*, & *Præbendæ* tres. *Parochia* 140. *Vicaria* 100. *Præbendæ* duæ, singulæ 100. flor. aureorum erant. Tertia custodi templi erat assignata. *Parochia,* *Vicaria,* *Præbendæ,* valor,

Sedes sub *Parochia* hac *Roordema*, & celebris pridem Præmonstratensium Abbatia. Parochia Abbatiæ erat collata; sed Roordemani nobiles jus in eandem prætendebant, & *Ecclesiam Tzummarum*, ex Sibrando Leone, *Lidlumano eripere studebant Monasterio.* Sic sub Annum 1449. "Pastoris ædes occupant, & ex suo arbitrio secularem virum D. *Eponem*, per se pium & probum Ecclesiæ præficiunt. Collatores, inter eosdem contentio, Rectores,

Cornelius illic Pastor Anno 1518.

Godefridus dein Anno 1542. Abbas Lidl. ordine XXIX. celebris Abbatia.

Anno 1553. *Franciscus Leovardiensis*.

Anno

Anno 15. . . D. *Thomas.*

Jorika Harlinga, noo minus vitæ ſanctitate quam generis ſplendore conſpicuus Eques, præter combuſtæ ex tactu fulguris arcis reliquias cum Cœnobio *Bethaniæ* jugera 94. ad Dixhornam, & adhuc 84. inter Sexberum & Weſterberum ſita dono dedit ſub Annum 1175.

Varius Friſ. Chron.

Stratenſium Cœnobium; illius auſpicia,

En Cœnobii cujus ex Sibrando Leone auſpicia.

Sibo ex Lidlum oriundus, vir divitiis abundans & cælebs, omni ſervore motus, ſpiritu ipſum urgente, poſthabitis ſæculi divitiis ſe ſuaque omnia Deo Opt. Max. dedicare ſtatuit, ex æde propriâ Eccleſiam erigens. Quum extruendo Monaſterio viribus impar videretur, ſuæ ſeotentiæ virum aſſequitur *Tzallingum Donyna* de *Bonneterp ex u insum.* Hi ſimul eodem zelo accenſi ſtructo Cœnobiolo Ordinem eo tempore celebriorem illique propinquum Canooicorum Regularium affectaot, qui atrâ veſte induti Monaſticen moderatæ auctoritatis irreſormati profitebantur. *Sibo* D. *Gerbrandum* in *Ludingakerk* aceedens ſui tutelam impetrat; dato illi primo Præpoſito D^no^ Lamberto, ſui Collegii fratre, Monaſticam vitam auſpicantur. Verùm *Sibo* ſui Comitis *Tzallingi* conſilio fretus,

Inſtitutores,

viſam Canonicorum Regularium modò inſtitutam laxiorem eſſe conſpiciens, arctam magis & rigidam expetit. Ordinis igitur Præmonſtratenſis primulùm incœpti inſtituto delectatus, venerabilem D. *Entonem*, Horti D. Virginis Abbatem accedit & ſalutat, animique ſui explicatâ ſenteotiâ rejecto Canonicorum de *Ludingakerck* inſtituto & Patrocinio vitæ candidioris normam flagitat. *Ento* obſequitur, iſtum cum ſuis in communem ſocietatem recipit, & habitâ com ſuis deliberatione primum illi *Jelmarum* Abbatem deſignat. Prima igitur veteris Vallis fundatio in Anoum incidit Incarnationis Dominicæ 1182.

Abbatum Series;

Sequitur ex eodem Sibrando Series Abbatum.

JELMARUS I. ABBAS IN LIDLOM.

I. Jelmarus.

Jelmarus Entonis Abbatis mandato *Lidlom* cum *Sibodo* properans magno ſtudio & labore Monaſterii ædes oeceſſarias ſtruit. Dein novum Monaſterium ædificare ſtatuit longius a ſuo diſſitom, *Ulbodi* viri pii & *Simkæ* mulieris divitis & nobilis adjutus præſidio, Anno 1186. in *Baytom* Eccleſiam erigit, quam ab erecto colle, montem S. Michaëlis dici voluit. Piis igitur intentus operibus, deficieotibus viribus, moleſtiarum ſatur, viſam tranquillam, & ab omni turbarum ſtrepitu ſemotam Præfecturæ ſuæ præferens, neodum Abbas cooſecratus anno officii decimo ad veterem nidum rediit Aono 1192.

TZALLINGUS ABBAS II.

II. Tzallingus.

Jelmaro communi ſuffragio ſubſtituitur D. *Tzallingus* magni judicii vir, nobili familia Juvinga procreatus. Hic a Patre Abbate confirmatus, at nunquam conſecratus, Monaſterii incrementa, quantum potuit, auxit; ſenio morboque confectus, anno ab incepto munere ſeptimo, vocato Patre Abbate D. *Syardo* collectis in æde capitulari omnibus, abſolutionem impetrat. Paulo poſt moriens in ipſa Valle ſepelitur Anno redempti orbis 1199.

MEINSO III. ABBAS.

Lidlomenſes D. *Tzallingo* Præfecturâ ſoluto communi voto D. *Meinſonem* Monaſterii Horti D. Virginis Canonicum eligunt, virum induſtrium, reique adminiſtrandæ idoneum. Hic *Jelmari* veſtigia ſecutus anno dignitatis ſexto, nec ipſe conſecratus, reſignato munere ad Hortum D. Virgiois rediit Anno Salutis 1204. III. Meinſo.

SYARDUS IV. ABBAS.

Hic a D^no^ *Syardo* Abbate Horti D. Virginis confirmatus, omnium Abbatum primus Trajectum petiit, ac baculo Paſtorali inſignitus poſtmodum rediit. Fuerat aliquando Paſtor *Sexbieromanæ*. Abbas deſignatus maris inundantis inevitabili damno frequenter affligitur, unde & Monaſterium littori proximum aliò transferre meditatur: ſed nimio gravatus ſenio diſtulit. Seceſſum cogitans, vocato Patre Abbate D. *Sybrando* inſtantibus votis anno Præfecturæ XXVIII. exauctoratur. Abiens *Tallem* in pago *Spannemenſi* pro vitæ ſuſtentatione obtinet. Hic ſibi & Deo vacans moritur. Hujus cadaver aëris intemperie impeditum *Bajum* ſepelitur Anno 1232. IV. Syardus.

SIBODUS ABBAS V.

Cedente officio D. *Syardo* communi voto *Sibodus Deinta* Abbas deſignatur, a Patre Abbate confirmatur. Trajectum profectus ab Epiſcopo conſecratur. Mox de transferendo Monaſterio, communicato cum ſuis conſilio, meditatur, calce, lignis, lapidibuſque comparatis, Aotecesſoris ſoi diu deſideratum opus aggreditur, ac locum accedens præordinatum ipſo tranſlationis S. Martini die frumenta ematura falce demetit, reliqui ſummo ardore locatis fundamentis ædes erigunt tantâ celeritate, ut ante Natalem D. Virginis impoſito tecto arundineo ſummum culmen adeptæ ſiot. Primum ibi Sacrum celebrat ipſo die nativitatis Mariæ: verùm tamen iotegram Fratrum migrationem ad Paſcha proximum differt, quando ipſo Sabbatho ſancto Paſchæ ſummo mane poſt actas Deo gratias, communi greſſu, præcedente lumine & cruce, cereis, ſublatis quoque SS. Reliqoiis, novum ingrediuntor Mooaſterium Anno a fundatione primæ Vallis LII. redempti orbis 1234. Gregorii IX. Pontificis anno VIII. Templi fundamenta ponens anno poſt novam migrationem VIII. in ipſo feſto D. Auguſtini, illud ætate graveſcente viribus deſtitutus ſucceſſori explendum reliquit. Morbo correptus diem claudit extremom dignitatis aono XIX. Salutis 1252. V. Sibodus.

ULBODUS ABBAS VI.

Ulpius Ulbodus communibus ſuffragiis Abbas electus & a Patre Abbate confirmatus, & dein conſecratus, inchoato operi ſummo ardore iaſtitit. Cœnobium ædificiorum neceſſariorum numero utcunque ornatum ab Epiſcopo Trajectenſi conſecrari, & ab eodem Epiſcopo poſtmodum primo ſacro decorari curat. Laboribus feſſus religionis mutationem cogitans Præfecturâ ſeſe abdicat. Recedens Cherubicorum ſequens inſtitutum Dominicanus efficitur, anno adminiſtrati officii quarto, Salutis 1256. Cœnobium Virginum in Bajum hujus tempore completum eſt. VI. Ulbodus.

HOITO, sive HOITETUS, VII. ABBAS.

VII. Hoito. Fuit *Hoitetus Vinſemius* erecta & longa ſtatura, venuſta facie, barba ſubrubra, ingenio acuto & recto, ab incunte ætate religioni deditus. Ab initâ Pontificatus dignitate nihil prius in mente habuit, quàm intermiſſum opus rurſum aggredi, quod & omni ſollicitudine perfecit converſorum Fratrum adjutus præſidio. *Veteris Vallis* Eccleſiam temporis injuriâ collapſam ex integro reſtaurat. Anno Dni 1268. *Edmundus* Epiſcopi Trajectenſis Vicarius precibus *Hoitonis* Abbatis Eccleſiam novam Deo omnipotenti, Divæ Virgini, Joanni Baptiſtæ, ac S. Mariæ Magdalenæ dedicat, poſtridie ad utrumque latus duo altaria nova, triduo exinde poſterioris S ædis partis altaria omnia conſecrat. Hinc antiquam Vallem a novo reſtauratam D. *Urſulæ* cum ſodalibus dedicat. Hoitetus indefatigabili labore, ſtudio, & induſtria ad extremum vitæ diem utrique Monaſterio de reficiendis ædibus inſiſtens in Bajum moto tecto arundineo lapideum imponit. Sub veſperam quieſcentibus ſub arbore fratribus & colloquentibus ſuperveniens inquit: *Ite cubitum, ego gallus veſter vos excitabo rurſum.* Quod minimè ſucceſſit; nam eadem nocte acutâ febre correptus nono die moritur. Cadaver in *Lidlum* delatum ipſo die S. *Lamberti* ad valvas ſacrarii ipſum humarunt, Præfecturæ anno 18. ſalutis 1275. Vir omnibus modis laudabilis, cujus labore & induſtriâ præ ceteris ſuo opere *Lidlumenſe* profecit Monaſterium, ut ſolus Fundator & Auctor *Lidlumenſis* Monaſterii merito diceretur.

SUFFRIDUS VIII. ABBAS.

VIII. Suffridus. Communi electione deſignatus Abbas, & a Patre Abbate confirmatus Trajectum petit, ubi inaugurationem conſequitur. In *Rauwert* natus familia *Kurndze*, ab ipſis onguiculis verum religionis amorem in pectore geſſit. Abbas diutino morbo victus diem ipſi ſentiens imminere extremum ad ipſum Canonicorum voluit deferri dormitorium, qui paulo poſt complicatis manibus animam Deo commendans moritur ſui officii anno VIII. Dni 1283. Pridiè D. Gertrudis Virginis Dno *Sibodo* ſepeliendus jungitur.

ULPIUS IX. ABBAS.

IX. Ulpius. Collatis ex more ſuffragiis ſummâ animorum concordiâ D. *Uibodus Vinſemius Hoiteti* defuncti frater Abbas declaratur ſtaturâ corporis fratri ſimilis. Ann. 1287. poſtridiè D. Barbaræ ſub noctis medium accidit memorabile & triſte fatum ex diluvio maris præter modum ſævientis, ex quo ingens pecorum jactura, & hominum pereuntium infinitus numerus. Deſiderabantur quoque Lidlumenſibus XLII. qui partim in veteri Valle, partim in *Coldekolt* interierant. Damnum divinitus ſic illatum *Uibodus* ſuâ prudentiâ ſarcire ſtuduit. Tranſcurſo poſt diluvium novem annorum ſpatio, vocato Patre Abbate *Valtone* abſolutionem in Octava S. Joannis Baptiſtæ impetrat. Quâ conceſſâ Tallum migrans, eodem Anno in Domino moritur, ſuæ adminiſtrationis XIII. ſalutiferi partus 1296. Cadaver *Lidlum* delatum fratri contumulatur.

X. IDZO HERMANA ABBAS.

Idzo unanimiter electus e veſtigio a Patre Abbate admiſſus ab Epiſcopo Trajectenſi conſecratur. Suis quoque conſanguineis, ut una quoque cum ipſo Monaſticen profiterentur, defuncto parente utroque, auctor fuit. Morbo conſumptus diutino, XI. Cal. Octobris Anno . . . . . vitam morte commutat. Ante altare D. Auguſtini *Hoiteto* junctus ſepelitur. X. Idzo.

XI. PIBO SIBRANDA.

Idzone defuncto nominatur mox *Pibo* de *Sibranda*, qui Trajecto rediens Abbas conſecratus virtuti plurimum ſtuduit, cui haud minus quam religioni ab ipſâ tenerâ ætate additus fuit. Vir fuit magnæ æſtimationis, unde frequenter in arduis Comitiorum negotiis, condendo jure Friſico, tranſactionibus, jurium terminis ſuum interpoſuit judicium. Vitâ feliciter actâ ſummo omnium dolore, anno ſuæ præeminentiæ XV. Incarnationis Verbi 1328. fato conceſſit. XI. Pibo.

XII. EELCO, sive ETHOLOCUS LIAUCKAMA.

Hic nobili *Liauckamanâ* familiâ ortus ab ipſis unguiculis virtutis ſeminaria imbibit, quibus proficiens ſacerdotio initiatur, paulò poſt Eccleſiæ in *Tuitgum* & *Berlkum* Paſtor electus ſummæ exemplar probitatis exſtitit. Abbas deſignatus ſacris die noctuque tempore brumali nudis accedens pedibus interfuit, inediâ corpus macerans Diabolo candente ferro occurrenti fidei conſtantiâ reſtitit. Eccleſias *Tuitgum*, *Sexbirum*, & *Spannum* Monaſticæ ditioni *Lidlumenſi* inſerit. In admonitionibus ſummâ utebatur dulcedine verborum, in correptione pro temporis ratione aliquanto durior exſtitit, quo magnam ſibi conflavit invidiam. Hinc rebelles quidam Monachi in quadam poſſeſſione Cœnobii morantes, & vitæ turpitudini omnino indulgentes, ad quos pro more venerat Abbas, ut ſuis ſaltem ſalutiferis exhortationibus moniti reſipiſcerent, receptum Abbatem honorificè quidem tractant, ſed allato potu denſo & gravi ipſum ingurgitare ſtatuunt. Ille vero abſtentius, & ebrietatem exhorrens egreditur, fuſiſque ad Deum precibus ſomno ſe componit: infames autem Monachi modum interficiendi ipſum ſtatuunt, & rectà hoc animo ad ipſum contendunt, furoreque æſtuantes arrepto baculo ingente capiti inflicto vulnere, ipſum excerebrant, ſublato corpore, feneſtra per præceps in foſſam præcipitant. Homicidæ dolo capti & palis affixi vivi exuruntur, caſtrum evertitur, agri abalienantur. Sanctitatis opinionem poſteris relinquens editis miraculis claruiſſe dicitur. Trucidatur Anno 1332. Tumba elevatus a venerabili viro D. Joanne *Keppel* Abbate Lidlumenſi in poſteriori parte templi quieſcit Anno 1528. XII. Eelco.

XIII. KEMPO VEIDUM.

Electus & confirmatus Trajectum proficiſcitur conſecrationem expetens, quam ab Epiſcopo Trajectenſi indignum rato iſtos parricidas Abbatis Collegiique decorare honoribus, iis omnibus ſpoliandos potius, homicidium ægrè obti- XIII. Kempo.

obtinuit. In pago *Weydum* oriundus, Ecclesiæ in *Asterze* Paſtor ordinatur. Abbas deſignatus feliciſſimo iogenio fata admodum perfert infelicia, ſic ut omnis dignitatis ſuæ curſus labor & dolor exiſteret ; nam ſuo tempore totum ædificium excepto Canonicorum dormitorio incendio petiit, & reædificari cœptum a vento valido concutitur, & poſt longam quaſſationem dejicitur, ut ad internecionem corrumperentur omnia. Rurſum Abbas reſumptis viribus novas auſpicatur reparationes. Variis exagitatus infortunii procellis vitæ terminum a Deo ipſi deſignatum adeptus, lætus in Domino moritur functi muneris anno IV. nati Salvatoris 1336. In Vigilia S. Andreæ Apoſtoli templo illatus ſepelitur ad valvas ſacrarii. Lapide tectus quieſcit.

GODEFRIDUS ANDLA XIV.

XIV. Godefridus Andla. Erat hic natione Friſo, familia *Andla*, ex pago *Riet*, ejuſdem Eccleſiæ Paſtor, relicto habitu ſæculari *Lidlum* ingreditur & excipitur. Progreſſu temporis reliquos multis præcurrens paraſangis Eccleſiæ in *Berlkum* Paſtor efficitur. Abbas inauguratus reliquias ædis ex cooflagratione necdum reparatas priſtino nitori reſtituit. Illatum a Monachis *Ludingakerck*, *Floridi campi*, & *Seerp Adelen* confœderatis bellum, conſcripto magnis expenſis milite, ſua induſtria avertit. Res per ioterceſſores & arbitros componitur. Tandem undecimo ab inito Magiſtratu anno vitæ metam indeptus Domino animam reddit, ſalutis 1347.

XV. VIBRANDUS VOBBINGA.

XV. Vibrandus Vobbinga. Venerabili Patre D. *Godefrido* defuncto eligitur & confirmatur D. *Vibrandus* vineæ Domini Præpoſitus *op 't Zandt*. In pago *Weydum*, parentum natali, *Vobbinga* caſtro natus eſt. Abbas electus templi reſtaurationi intendit. *Converſorum* Noſocomium cum adjectâ D. Virginis ædiculâ ſacrâ in Cœmiterio ſeptentrionali ex integro erigit ob ingentes fratrum omnium ægritudines fatales, illic ob locorum diſtantiam commodius curandas. Abbas eum reliquia infectus diem claudit extremum ſuæ dignitatis anno IV. ſalutiferi partus 1351.

SYARDUS II. ABBAS XVI.

XVI. Syardus II. In *Vibrandi* ſucceſſorem eligitor D. *Syardus* Eccleſiæ *Belcomanæ* Paſtor. Eccleſiæ *Vinſumanæ* quondam & Paſtor & Decanus collectam ſuâ induſtriâ pecuniam tempore admodum neceſſario D^no^ *Kemponi* & *Gödefrido* optimâ fide & obedientiâ obtulit, a Patre Abbate confirmatus conſecrationem ob perpetuas, quas ferebat, ægritudines, mortem ſibi credens proximam, diſtulit. Vix unius anni tranſcurſo ſpatio in Domino moritur, ſalutis Anno 1352. In Vigilia nativitatis S. Joannis Baptiſtæ. Ante gradus Presbyterii Vibrando contumulatus quieſcit.

THEODORICUS XVII. ABBAS.

XVII. Theodoricus. Præfecturæ ſufficitur D. *Theodoricus*, Eccleſiæ in *Tuitgum* Paſtor. Electus non ſine difficoltate onus in ſe recepit. Vir magni judicii, & inſignis litteraturæ in *Tjummarum* parentibus natus honeſtis & fortuna ſplendidis. Sexbiromanæ Eccleſiæ præfectus verbum Dei divino zelo acenſus gnaviter docet. Hinc *Bekomanæ* Eccleſiæ Paſtor electus quindecim annis ſummâ cum laude præfuit. Veterem Eccleſiam in *Tuitgum* temporis injuriâ ruinoſam, ſuorum præſidio incolarum diruit, & ex novo reſtaurat. Abbas electus religioni reformandæ ſummopere intendit, uti etiam reſtaurationi ædificii. Longâ febre maceratus ſuis nihilominus vacabat rebus & negotiis, quâ præter modum incrudeſcente morbo extenuatus vitæ finem anno functi muneris XVI. adeptus eſt poſtridie S. Emerentianæ Virginis Anno ſalotis 1369. ſepultus in choro ad pedes Sedilium Canonicorum.

VIBRANDUS ABBAS XVIII.

Ex *Bekomanæ* Eccleſiæ Paſtore Lidlomenſibus præficitur. In pago *Tzungum* honeſtis parentibus natus *Floridum campum* accedens accepit habitum, ſed iis relictis reſumpto habitu ſæculari *Lidlumenſe* inſtitutum ſollicitat ; ad quod recipitur. Sacerdotio decoratus Eccleſiæ in *Bozum* Paſtoralem curam gerens eaodem reſignat, & veterem nidum repetit, donec Eccleſiæ *Belcomanæ* præficeretur. Abbas electus prædiorum terminos, uti complures alii, ampliat. Vitæ ſuæ tranſcurſo ſpatio Præfecturæ anno XVI. carnis ergaſtulo ſolutus in Domino moritur ipſo die S. Luciæ. Ad valvas ſacrarii ante altare S. Laurentii ſepelitur Anno 1384. XVIII. Vibrandus.

ASLGO ABBAS XIX.

Factâ rurſum electione unanimi cooſenſu Abbas declaratur *Alsgo Vinſumenſis*, ejuſdem ſuæ Patriæ Paſtor & Decanus, vir ſummæ modeſtiæ, pietatis & humilitatis. Altero ab inito Magiſtratu anno io Domino moritur ipſo die commemorationis animarum. Ante aram S. Joannis ſepelitor Anno redempti orbis 1386. XIX. Alsgo.

TETARDUS ABBAS XX.

Defuncto *Alsgone* Abbas eligitur *Tetardus* natione *Stellinganus*, Eccleſiæ *Vinſumanæ* Paſtor & Decanus, a Patre Abbate confirmatus conſecrationem a Trajectenſi Epiſcopo impetrat. Abbas electus pietatem ſectatur, ſuæque doctrinæ fructum percepit uberrimum, ſic ut maturo ſanoque conſilio plurimum polleret. Pro conſervandâ adverſus vim & potentiam perfidorum hominum Juriſdictione Monaſticâ magnæ fortitudinis caſtrum in *Medum* erigere ſtatuit. Id videntes *Zjaerdamæ* nobiles, quod illorum illud quandoque obeſſe poſſet tyrannidi, Abbatem ex *Medum* redeuntem magna vi acceptum ad caſtrum deducunt, & ferreis compedibus vinciunt ; exio majori furore Monaſterium invadunt, deprædantur & incendunt. Initâ cum ipſis pace *Tetardus* carcere liberatus ad ſuos rediit, paululum reſpirans datum damnum ſuâ ioduſtriâ reſarcire ſatagit. Tandem in itinere quaſſatione equi morbum fatalem contrahens ipſo die tranſlationis Auguſtini & ipſe ex hoc corrupto ſæculo transfertur ad æternam quietem, functi muneris anno XXXVI. ſepultus ante aram S. Laurentii Anno 1422. XX. Tetardus.

HESSELUS XXI. ABBAS.

XXI. Hesselus. *Hesselus* in pago *Aesterletens* natus, primum *Berlcomanae* Ecclesiae, dein in *Tuitgum* Pastor, Abbas eligitur. Electus Leovardiam proficiscitur, ab Episcopo *Matthaeo* Vicario Trajectensi in sacrâ aede Dominicanorum consecrationem adipiscitur ipso die S. Andreae Apostoli. Venerandâ canitie spectatus, oeconomus prudens, restaurator diligens anno a functo munere octavo, D. *Folkero* designato, in Domino moritur ipso die Primi & Feliciani, ante aram Apostolorum Petri & Pauli sepultus Anno 1430.

FOLKERUS XXII. ABBAS.

XXII. Folkerus. Fuit *Folkerus*, ex cujus electione summa orta fuit laetitia, natione *Schellinganus*, vico *Lees*, pagi *Hornensis*. Ecclesiae *Hornensis* & Pastor & Decanus existens, utrumque munus suâ prudentiâ optimè disponit. Exili corpore existens animo pollebat excelso & magnifico. Dignitatis & molestiarum pertaesus, vir doctus & probus, accersito D. *Tjallingio* patre Abbate sui officii liberam resignationem impetrat. Dato salario annuo, insulam *Schellingam* repetit anno a functo officio nono, Salutis 1439.

REYNERUS XXIII. ABBAS.

XXIII. Reynerus. *Reynerus* communi suffragio Abbas declaratus, & à Patre Abbate confirmatus, per D. *Martinum* de *Blonda* Trajectensis Episcopi Vicarium inauguratur. Hic quondam Ordinis Canonicorum Regularium in *Fenjum* Praepositus exstitit. In *Lidlumense* Collegium adscitus Ecclesiae S. Joannis primum praeficitur, ac deinde *Sexbirumanae*. Abbas electus muneri inutilis admodum exstitit. Nulla in ipso sollicitudo, nulla in rebus gerendis prudentia. Ex hujus prava administratione magna sequitur penuria, exhauritur penus, sacerdotes hordeaceum panem fame pressi pro deliciis habent, lac pressum bibentes cerevisiam desiderant. Unde de negligentia & sinistra reipublicae administratione convictus, sua dignitate exauctoratur functi officii anno VIII. redempti orbis 1447. Ecclesiae *Spannumensi* praefectus brevi intervallo temporis in Domino moritur. Lidlum delatus in aediculâ D. Virginis sepelitur Anno 1449.

TJEBBO, SIVE TJEBBODUS, XXIV. ABBAS.

XXIV. Tjebbo. Ante Monasterii ingressum *Tjebbodus*, Praebendarius Ecclesiae S. *Michaëlis*, Harlingensis commemoratur fuisse. Prior designatus iniquis *Folkeri* conatibus resistens, reliquis fratribus opem ferentibus carcerem erectum confringit, miseros *conversos* injusto carceri mancipatos liberat, & injectâ flammâ incendit. *Schellinganae* Ecclesiae Praefectus, patriam suam multis decoravit beneficiis. Abbas exinde electus multas molestias & sumptus patitur a *Roordamanis* nobilibus. Hi Coenobio multos agros & praedia adimunt, quod summo astu conficiunt. Simulatâ cum D. Abbate viro integro amicitiâ, ipsum ad coenam vocant. Jam binas scripserant litteras argumenti planè diversi. Harum prima cujusdam litis pacificationem ab ipso subscribendam continet; altera magnam agrorum Lidlumensium mutationem. Primas illi propositas perlegens subscribere cogitat, quod dum studet, ipsi ex industria lectas litteras subtrahunt, atque in abitum illius potius differendum censent. Vir bonus obsequitur, post largam potationem abeunti litteras referunt, at non easdem. Ille litteras easdem, quas prius legerat, suspicans, inconsultè admodum subscribit, quibus litteris postmodum muniti *Roordamani* agros invadunt & occupant. Illatae fraudis damnum ad extremum halitum illi perdoluit. Obiit anno dignitatis suae III. Salutis 1450. in choro Abbatum meridionali sepultus.

FOLKERUS SECUNDA VICE.

Folkerus alterâ vice. Unanimi consensu *Folkerus* secundâ vice Abbas eligitur, dissuadente licet & renitente Patre Abbate D. *Tjallingio*, qui & ipsum confirmare recusat, confirmationem tamen impetrat a Patre Abbate Praemonstratensi. Electus suis fideliter praeest; de restauratione reformationis multum ipsi cum Monasticis negotii fuit. De Ordinis & statutorum observantia nihil remittens suorum invidiam contrahit. Hi de modo hostibus ipsum prodendi consilium ineunt, & cum *Roordamanis* Abbati odio implacabili infensis communicant, qui designato die & hora Abbatis aulam vi invadunt, contumeliis aggrediuntur, capiunt, vinciunt, & deductum ex aula brachiis Monasterio pellunt, turpiter admodum. Fiunt haec spectante toto Collegio anno suae Praefecturae postremae XVIII. partae Salutis 1468. Paulo post moriens sepulchro in Sacello D. Virginis ab se praeparato quiescit.

XXV. ROFRIDUS ROORDA.

XXV. Rofridus Roorda. Hic ductâ uxore filiâ *Scheltonis* a *Lianckamâ* ipsam non relictâ prole amittit. Hinc caelibem vitam eligens, illiteratus, Praeposituram Canonicorum Regularium in *Aenjum* ingreditur. Studiosus pro viribus exsistens Monasticen profitetur. *Joannes* ejus frater Abbatem Horti Mariae de *Rofrido* in suum contubernium recipiendo frequenter sollicitat, sed frustra. *Joannes* sumpto satellitio armato *Rofridum* fratrem manu violentâ nec sine sanguinis effusione Horto D. Virginis insert, sumptoque habitu candido fratri injici curat. Pulso deinde per vim Folkero, *Rofridum* ipsi, corruptis munere quibusdam Canonicis, substituit, qui tamen Ordinis & dignitatis confirmationem, etiamsi per munera saepe tentasset, impetrare nunquam potuit. Ceterum licentiosae vitae & pessimae administrationis Abbas fuit, quem Abbas Praemonstratensis, re compertâ, dignitate per vim obtentâ privat, & reliquos fratres ab obedientia illi velut legitimo successori debitâ absolvit. *Rofridus* multorum animos ex acceptis litteris a se abalienatos videns, hos carceribus plectit, illos relegat, ceteros poenitentiarum afflictat molestiis. Lecto dum decumbit, morbo incrudescente de mortis praeparatione fit mentio. Piis confortandus admonitionibus magis furit. Postremo in dementiam versus diem claudit extremum anno Praefecturae IV. Salutis 1471. Cadaver *Lidlum* delatum sepelitur.

ALSGO II. ABBAS XXVI.

XXVI. Alsgo II. D. *Roorda* sepulto, summo animorum consensu D. *Alsgo* Ecclesiæ in *Aesterbierum* Pastor secularis, natione *Sexbirumensis*, Abbas eligitur. Ab ipsa electione Ordioem suscipiens confirmationem a Patre Abbate facile impetrat. Huic Roordamani statim ab initâ Præfecturâ novas pararunt iosidias præteritam Fratri iosidiam ulcifcentes. Abbatem, illos amicitiam simulantes, splendide tractantem, postquam eum eo de quibusdam agrorum terminis ex composito acriter contendissent, simul vinctum abducunt & captivum retinent, qui a *Vibone Groustio* milirum selectissimorum collecta mano Roordamanorum castrum invadente & devastante, liberatus, & dignitati restitutus veri Pastoris curam pro ovibus gerit. Vitæ finem nactus in Domino moritur feliciter suæ dignitatis anno XIV. nati Salvatoris 1484. Lapide rubro tectus quiescit.

NICOLAUS XXVII. ABBAS.

XXVII. Nicolaus. Substituitur commuoi suffragio *Alsgoni Nicolaus* sub conditione, si statim ab electione habitum sumat Monasticum, erat quippe sæcularis Ecclesiæ *Franekerensis* Pastor, sio minus, electionem illam nullam prædicant. *Nicolaus* electus, habitus mutationem ad biennium differt, Monasterii administrandi curam nihilominus servans, neque ideo confirmationem a Patre Abbate nisi fumptâ veste candidâ impetrare potuit, quam duorum annorum spatio peracto quorundam hortatu sumit Anno 1486. Sibi sapiens quædam Monasterii bona religione sensim degeoerante abalienasse dicitur. Morbo correptus ad *Vineam Domini* deferri exoptat, ubi & obiit anno a functo munere IV. Salutis 1488. In eboro Abbatum sepelitur.

XXVIII. JACOBUS ZELANDUS.

XXVIII. Jac. Zelandus. *Jacobus* Ecclesiæ *Leovardianæ* Pastor supremus, Canonicus *Lidlumensis* deinde Abbas salutatur. Statim ab electione confirmatus, ab Episcopo Monasteriensi ipso die S. Paschæ consecratur. Erat *Jacobus* natione *Zelandus*, eâ morum probitate ut ante maturam ætatem sacerdotii gradu decoraretur. Prior designatus munus illud eeu spartam nactus optimè coluit; in *Bajum* Virginibus præfectus summa laude Monasterii elavo præsedit. Præfuit exinde Ecclesiæ in *Sexbirum*, & postremo *Leovardiensi*. Abbas confirmatus post consecrationem acceptam solo rexit quadriennio. Aqua intercute laboranti sensim vires deficiunt; unde liberam impetrat manumissionem. Dato salario annuo *Medum* profectus, solitariam vitam eligens, paulo post moritur. *Lidlum* delatus in ehoro Abbatum tumulatur Anno 1492.

PETRUS VALK XXIX. ABBAS.

XXIX. Petrus Valk. Factâ rursum electione designatur unanimiter Abbas *Petrus Valk* Præpositus in *Vineâ Domini*. Fuit hic Petrus natione Hollandus Harlemensis, nobili *Valkorum* familiâ oriundus. In Ordinem assumptus & studiis feliciter peractis, Ecclesiæ *Vinsumanæ* Pastor eligitur. Ecclesiasticis rebus bene curatis Collegii Virginum in *Bajum*, & Prior & Oeconomus designatur. D. *Vesselo Vineæ Domini* Præposito decedente, hic præ ceteris omnibus dignus judicatur, qui viro optimo & prudenti succedat. Abbas electus eandem servat & modestiam & pietatem. Cooftitutâ a *Saxone* Anno 1500. novâ XII. Doctorum virorum Curiâ, quorum velut supremo judicio tota subjiceretur Frisia; illique senatui & *Petrus* ob insignem Juris utriusque prudentiam adscriptus splendidis conviviis Saxonem aliquando excipit; his autem sumptuosis Fratrum io se concitat opinionem sinistram, quod pro tenui redditnum numero conviviis suis exhauriret ærarium Monasticum, unde & bonorum Ecclesiæ helluonem ipsum sæpius pronuntiant. Præterea vino & veneri plus satis indulgens incautè admodum ambulat. Summo studio observatus rei venereæ insimulatur. Dum reddituum Monasterii ratio ab ipso exigitur, non ferens suorum instantes calumnias & interpellationes, resignationem decernit. Impetrato salario annuo cedit Præfecturæ anno XVII. Salutis 1505. obit Anno 1518. ad pedes D. *Kemponis* humatus vir multæ doctrinæ, lectionis & scientiæ.

XXX. JOANNES DUIVELANDUS.

XXX. Joann. Duivelandus. *Joannes Duivelandus* Abbas *Doccumanus* operâ & favore *Georgii Saxonis*, factâ scilicet in electione discordiâ Fratrum, submissus dignitatem accepit, multis frustra reclamantibus; quamobrem & Monachos omnes tam in *Lidlum* quam in *Bajum* filii minus obsequentes habet, quos postmodum duriori addito pharmaco ad resipiscentiam & obsequium compulit. Restaurationi animum adjicit, sed inconsultè & stolidè. Gliscente rursus invidia *Joannes* sua protervia, socordia, atque ioutili admioistratione novas excitat tragœdias. Vocatur à Canonicis Pater Abbas de omnium reddituum ratione subducenda. Initur ratio, quam dum studiosè admodum exigunt, ille in defensionem sui, quod ad rem faceret, nihil adducit; unde & dignitate movetur anno a Magistratu inito X. Salutis 1518. Hic paulo post moriens in posteriori sacræ ædis parte sepultus quiescit.

XXXI. JOANNES KEPPEL.

XXXI. Joan. Keppel. D. *Joanne Duivelando* exonerato communi decreto facto eligunt quatuor, quorum judicio Abbatis electio consisteret. Hi ex se creatum Abbatem *Joannem* designant. Hic clara Nobilium a *Keppel* familia ortus animi nobilitatem sua prudentia declaravit. Tempora nactus præter modum horrida & bellicosa variis exercetur turbarum procellis. Monasterium illis temporibus *Franequerenses* misere spoliant & incendunt, reliqua sic deprædantur, ut ex ostiis, fenestris, cancellis, cardinibus, vitris, plumbo, ferro & stanno nihil remanserit. Abbas omni turba semota tranquillitatem nactus singula eatenus sua sollicitudine restituit, ut veri restauratoris titulum perpetuò meruerit. Erat *Joannes* in cibo & potu frugalis & sobrius, cerevisiam bibebat anouam Martiam. Laneus erat totus, panno lineo nunquam usus, ceterum in eo omnium virtutum vestigia. Rebus feliciter actis, commendato Fratribus ex sorore nepote D. *Godefrido* in Domino moritur Præfecturæ anno 25. Dni 1543. ipso die S. Joannis Evangelistæ, in medio ehori sepultus, lapide opertus quiescit.

GODE-

GODEFRIDUS XXXII. ABBAS.

XXXII. Godefridus. *Godefridus*, Swollensis familiâ *Doeys*, materna familia a *Keppel*, *Joanais* defuncti ex sorore nepos, erat natura placida, miti, & benigna; ingenio fuit non admodum felici; Prior designatus summa militate præest; exinde factus Pastor in *Tzammarum*: habebat Fratrem Joannem Monasterii Priorem, quo impulsore communi suffragio Abbas declaratur. Fuerunt hujus tempora tranquilla sicut alta pace perpetui usus sit. Litteris *Godefridus* admodum favit, suosque ad studia perpetuò hortabatur, nec sumptibus parcens nec libris, de sua in litterarum studiis inscitia plurimum doluit. Ædificiis quoque fuit intentus. Ordinis rigorem paulò remittens sacerdotum luxui plusculum indulgebat, unde post obitum sui desiderium reliquit. Morbo correptus articulari, obit ipso S. Festo Paschæ Anno 1553. postquam integro decennio summa laude præfuisset. Matri in posteriore S. Ædis parte contumulatur.

XXXIII.

ISBRANDUS HARDERWYCK.

XXXIII. Isbrand. Harderwyckius. Curato funere *Godefridi*, *Isbrandus* Pastor in *Spannum* unanimiter electus & a Patre Abbate confirmatus Trajectum petiit, ubi a D. *Nicolao de Nova Terra* Vicario, postmodum Episcopo Harlemensi consecratur. Erat *Isbrandus* Gelrus, patria *Harderwyck* parentibus natus honestis. In Ordinem assumptus, & sacerdotii gradu sublevatus, ob linguæ facundiam sacellanus in *Menaldum a Joanne* Pastore deligitur & assumitur. Fuit deinde *Beekomanæ* Ecclesiæ Pastor & *Spannumensis*. Abbas electus pressam diu magnanimitatem data percommoda occasione sensim retegit, quia clarior factus Primatum Frisiæ venatur amicitiam, magnis & splendidis utitur conviviis, Fratrum omnium sollicitudine postposita. Hujus tempore Anno scilicet 1566. pridie natalis Divæ Virginis fit Leovardiæ invalescentibus *Goseanis* religionis veteris mutatio, quæ paulo post pro tempore restauratur. Anno 1568. In ipsis Paschæ feriis *Isbrandus* sui officii absolutionem summopere expetit. Monastici ipsum abdicatum nolunt, magis ut in administratione pergat orant. Hoc tandem precibus impetrant, ut unius saltem anni spatio in functione permaneat. Anni transcurso spatio idem quod nuper petit & obtestatur. Impetrata absolutione promittuntur annui floreni quingenti, quibus certa ex supellectile adduntur donaria. Eodem, quo *Isbrandus* absolvitur, anno venturi Episcopi Leovardiensis Prodromus *Leovardiam* veniens, mox futuri Episcopi litteras in Ecclesia Leovardiensi primaria omnibus prælegit. Postridie Purificationis Deiparæ Episcopus *Cunerus Brouwershavius* adest. Litteris Sedis Apostolicæ suam professionem & præsulatum demonstrat. Hinc Præposituram *Bolsverdiensem* ab eadem Sede Apostolica suæ mensæ cum omnibus agris & redditibus assignatam certis litterarum testimoniis docet. Ulterius progressus omnium reddituum, agrorum, & debitorum, supellectilium *Præpositaræ* præfatæ exactam rationem desiderat. Quod cùm *Isbrando* objicitur, magnam illi difficultatem parit. Quibus mediis sese his tricis frequenter ad illud præstandum commonefactus expediat, dum altius meditatur, ab ipso Præsule citatur. Ille collectis rebus omnibus Frisia relicta *Emdam* omnium asylum profugorum adiit. Longius hæsitans ducta uxore Apostata, *Francofordiam* proficiscitur. Peste correptus utramque illam amittit. Morbo remissius agente mutandi aeris gratia Coloniam profectus, pestis recruduit, qua extinctus moritur anno dignitatis XVII. ætatis LVI. Salutis 1571.

XXXIV. JOANNES GEELMUDEN.

XXXIV. Joan. Geelmuden. *Isbrando* surrogatur Joannes Geelmuiden, *Lidlamensis* Monasterii Canonicus, Prior aliquando in *Bajum*, & Abbas *Marnensis*; Fovet musas ac diligit. Hujus tempore Anno videlicet 1572. recruduit Bellum *Goseanorum* in Frisia; occupant, devastant, furtis, rapinis & incendiis conspurcant & corrumpunt omnia. Ecclesiis, Cœnobiis & sacerdotibus graviter infensi, omnium horum bona furenti militi conceduntur. Abbas bona *Lidlumensium*, præstantiora *Franeqaeram* confert civium fretus constantia; at illorum animis degenerantibus, vix biduo concesso, sua quæque *Leovardiam* transfert, quo ipse cum suis subsequitur. *Goseani* occupata urbe Abbatis ædes invadunt, & egressi, *Lidlam* præter modum deprædantur; quicquid ex pecore, frumento, ostiis, fenestris, cancellis, aris, & reliquis moveri potuit, auferunt, rapiunt, & effringunt. Quibus deinde fugatis, D. *Caspar Billisas*, Frisiæ Defensor, imposito civitatibus Præsidio Regiæ Majestatis nomine rursum *Lidlum* occupat. Abbas sumptuum & molestiarum satur, *Franeqaeram* rediens, omissa quæque recuperat; comparato pecore Monasterii agros & pascua propriis colit sumptibus, Tudonis Fratris laici operâ usus fideli.

Absolutâ Abbatum serie, ad ejus Decanat. pagos regredimur.

FFYRDIGUM,

Vulgò *Fyrdgum* & *Fritgum*, ejusd. Præf. & Decan. vicus, in quo Sedes *Fornia*, *Camstra*, & *Jelgersma*. Ecclesia valens 100. flor. aureos. Præposito S. Joan. Traj. reddebat VII. *Postulat*. Fyrdgum, nob. Sedes, Ecclesia, census.

MYNERDSGAP,

Vulgò *Mindersgae*, olim *Minderskerka*, insignis ejusd. Præf. & Decanatus vicus, in quo Sedes *Hermana*, *Tiessinga*, & *Folopta*, seu *Folta*. Mindersgae, nob. Sedes.

Nundinæ illic annuæ ad Dominicam post festum S. Bartholomæi, Ecclesiæ istius, ut hinc conjicere licet, D. Tutelaris. Olim hæc cuspidem habebat præcelsam, antè annos plus centum disjectam, & nunquam restitutam. Reddebat *Parochia* 140. *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. altera 100. tertia templi custodi deputata 75. florenos aureos. nundinæ, Ecclesia, Divus Tutel. Vicaria. Prabendæ valor.

D^{nus} ac M. ROBERTUS, aliàs *Robyn de Stauris*, Pastor seu Curatus in Mindersgae, Anno 1522. D^{ni} Bernardi *de Benthem* successore, a *Joanne Inghenwickel*, Præpositi & Archidiaconi Eccl. S. Joannis Ultraj. delegati per terminos Archidiaconatûs Westerg. instituti per hasce tabulis; Pastores.

JOAN-

"JOANNES INGHENWINCKEL, sanctæ Sedis Apostolicæ Prothonotarius, Præpositus & Archidiaconus Ecclesiæ sancti Johannis Trajectensis, universis & singulis tam Clero, quam populo per terminos & limites partium Frisiæ de Westergoe Archidiaconatûs prædicti constitutis, salutem in Domino sempiternam & præsentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis quod nos de legalitate, industria, forma, fide ac probitate venerabilis viri Domini & Magistri Roperti de Statria Pastoris in *Mynartsgae*, plurimum confisi, per totum districtum Archidiaconatûs prædicti de Westergoe ac terræ novæ dictæ *die Bille*, sediumque illius Archidiaconatûs terminos ac limites ipsum facimus; constituimus, creamus, & per præsentes ordinamus nostrum Commissarium generalem per totum annum præsentem, videlicet a nativitate Domini nostri millesimum, quingentesimum, vicesimum secundum, usque nativitatis ejusdem Domini nostri millesimum, quingentesimum, vicesimum tertium exclusive annum proximè futurum, dantes & concedentes eidem plenam, generalem & liberam potestatem, auctoritatem, ac mandatum speciale Decanos foraneos ad Jurisdictionem hujusmodi debite exercendam, sub nomine & sigillo nostris constituendi, deputandi, & ordinandi, illosque, dum opus fuerit, revocandi, & destituendi, ac illis inhibendi, aliumque vel alios in locum eorum similiter surrogandi, concedimusque dicto Magistro Roperto Commissario nostro potestatem & auctoritatem per se vel alium, seu alios, cum personaliter interesse non poterit, inter clericos & laicos Universitates & Collegia, de quibuscunque causis meris & mixtis, pecuniariis, matrimonialibus, criminalibus, & civilibus cujuscumque qualitatis, aut conditionis existant, etiam per Prædecessores ipsius ceptis, & non ceptis, in quocunque loco, tamen apto & congruo Archidiaconatûs prædicti, cognoscendi, diffiniendi & exequendi, Ecclesias, Parochias, personas, & loca ibidem visitandi, prædicandi, Synodos exercendi super quibuscunque criminibus, excessibus, culpis, delictis, & negligentiis personarum & Universitatum, etiam Decanorum ex officio, vel ad partis, seu fisci nostri instantiam inquirendi, corrigendi, & diffiniendi in personas, Universitates, Ecclesias, Parochias, & loca, excommunicationis, suspensionis & interdicti sententias aliasque pœnas, & censuras promulgandi & infligendi, & ab ipsis inflictis & fulminatis absolvendi, suspendendi, relaxandi, & tollendi, Decanorum negligentias, excessus, & defectus supplendi, corrigendi, & emendandi, quascumque personas ecclesiasticas vel seculares, ex quovis loco nostri Archidiaconatûs ad locum suæ habitationis, vel alibi ad locum tutum, honestum, & congruum vocandi & citandi, ac etiam brachii secularis auxilium, si necesse fuerit, implorandi, nec non matrimonia clandestinè contrahentes, & eisdem interessentes corrigendi, ac eosdem absolvendi, ac personas, quæ Beneficia ecclesiastica, cum curâ, vel sine curâ, non habitâ prius institutione canonicâ, intraverint, aut se de illis intromiserint, corrigendi & puniendi, atque si opus fuerit, destituendi, aliaque omnia & singula faciendi & exercendi, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiamsi mandatum exigant magis speciale; quam præsentibus est expressum, & generaliter quæ ad dictum officium spectant, vel ad Decanos foraneos, seu Commissarios ibidem pertinent, seu hactenus pertinuerunt de jure, statuto, privilegio, vel consuetudine; & quia plerumque contingit patronos laicos Beneficiorum & Ecclesiarum in Jurisdictione prædicti Archidiaconatûs existentes personas idoneas ad illas, vel ad illa in differentia, seu divisione præsentare, vel infra tempus juris a præsentatione cessare, & abstinere, eidem Domino & Magistro Roperto Commissario prædicto plenariam causarum seu differentiarum earum exinde provenientium, & proventurarum tam super jure Patronatûs, quam jure præsentandi Ecclesiarum & Beneficiorum prædictorum, cum incidentiis, dependentiis emergentibus, annexis, & connexis committimus cognitionem; & ne diuturnæ Ecclesiarum & Beneficiorum ecclesiasticorum vacationi detur occasio, eidem Commissario nostro, ut de hujusmodi Beneficiis ecclesiasticis, etiamsi illis cura immineat animarum, sub nomine & sigillo nostris proclamationes & institutiones canonicas concedere possit & valeat, volumus & auctorizamus. Quare vobis omnibus & singulis supradictis in virtute sanctæ obedientiæ ac sub pœna suspensionis & excommunicationis districte præcipientes mandamus, quatenus eidem Magistro Roperto Commissario nostro, & Decanis foraneis per eundem ordinandis, in omnibus & singulis obediatis & reverenter intendatis; alioquin sententias quas ipse seu per eum deputati ritè tulerit, seu tulerint in rebelles, faciemus auctore Domino inviolabiliter observari, præsentibus tamen post annum prædictum minime valituris. In promissorum testimonium sigillum nostrum, quo inpræsentiarum utimur, præsentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini millesimo, quingentesimo, vicesimo secundo, mensis Januarii die prima".

B O U N I G U M,

Vulgò *Beetgum*, olim *Badegum*, quia aqua tam larga ad ecclesiam alluebat ut natare quis posset, Meinaldanæ sub dicto Decanatu pagus, cui vicus suburbanus amœnissimus, *Dyutrabuyssen*, in quo Sedes hæreditariæ *Buwina* & *Aysma*.

Beetgum, *vicus* suburbanus, *sub.* Sedes,

Sub vico palmario Sedes est *Terberna*, cujus olim possessor *Hesselus Martna*, nobilissimæ stirpis Swartzenburgicæ dein possessio.

Parochia 109. *Vicaria* 70. flor. aureos dabat. Præposito S. Joannis veniebant *scuta* x1s.

Parochia, *Vicaria*, valor.

E N G E L U M,

Contractè *Englum*, Meinald. Præf. sub Decan. Sexber. vicus, ubi Sedes *Gronstiniana*, seu *Sirtemana*.

Parochia Englumana 100. *Vicaria* 100. 90. *Præbenda* 120. florenos aureos reddebat. Præposito S. Joan. Traj. cedebant *scuta* x11.

Englum, Sedes, Parochia, *Vicaria*, *Præbenda*, valor, census.

M A R S U M,

Ejusd. Præf. ac Decan. pagus, sub quo vicus *Ritsumerzyl*, cum molendino, & Sedes *Dotinga* ac *Heringa*.

Marsum, vicus, Sedes,

Parochia, Vicaria, valor, census, Pastores,

Parochia Marsana 100. *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. flor. aureorum erat. Præposito S. Joannis veniebant XVI. *scuta*.

Pastor illic sub Aoo. 1256. Dous *Juvo*.

Anno 15 . . Dous *Theodoricus*.

antiquum Virginum, Cœnobium,

In pago *Marsum*, inqoit Sibrandus *, villa *Franium* quoddam virginum Ordiois S.Benedicti exstitit Monasterium, quæ suo *Priore*, dicto Doo *Juvone*, Pastore Ecclesiæ in *Marsum* destitutæ. . . . paolulum degenerare cœptæ.... Anno D. 1270. numero XL. io *Lidlum* & *Bajum* recipiuotur, relictis iis quorum operâ agri & pascua exerceri possent. „Hujus modò, inquit, vix ullum superest vestigium: facelli nuda fundamenta cum aliquot mortuorum craniis „conspeximus Anno 1575.

* *Sibrand. Leo in vita Abb. Lidl. p.* 178.

BLESSINGUM,

Blessum, Parochia, Vicaria, valor, census,

Contractè *Blessum*, ejusd. Præf. ac Decan. vicus, cujus *Parochia* 110. *Vicaria* 90. florenos aureos valebat: Præposito S. Joann. ccdebant VI. *scuta*.

Pastor illic Anno 15 . . Dous *Adrianus*.
Vicarius D. *Crispinus*.

Pastor, Vicarius.

CAPELLÆ in MEDNORCH,

Ecclesiæ S. Nicolai in Herma, & seq. locorum neque In Scriptoribus patriis, neque io monumentis sacris mihi notitia occurrit.

DECANATUS DE JOERWAERDT.

Joerwaerdt,
Bosigum, de quo Abbas de Lidlum intromittit se instituendum.
Aesterwerum,
Mantigum,
Scellart,
Weydum, sive *Wedum*,
Beers, sive *Berete*,
Eylaert,
Jbelum, aliàs *Hellum*,
Boxum,
Lytgewerum,
Huyns,
Jhesinser,
Lyoens, *Leogini*,
Helmum,
Wissem,
Kerse,
Abmyweer,
Elawerch,
Haula.

JORWERT,

Jorwert, Decani olim Sedes,

OLim *Everwirdt*, Baerdanæ Præfecturæ vicus, stante Catholico culto Decani Joerwaerdeni Sedes; ubi præter *Parochiam*, *Vicaria* & *Præbenda* duplex.

Parochia, Vicaria, Præbenda, ac singularum valor,

Parochia 140. *Vicaria* 100. *Præbenda* una 100. altera 80. florenos aureos reddebat.

Sedes ibi *Hesena*.

Pastor ibi Anno 15. . . D. *Lotharins*.

BOSIGUM,

Bosum, varia vocabula, Ecclesia, Collator, Vicaria, Præbenda, valor ac census,

Aliàs *Boesum* & *Bosum*, pagus Baerdanæ Præf. sub Decan. Joerw. satis amplus, sub quo, extrà alias, Sedes *Walta*. Collatio & iostitutio Ecclesiæ erat penes Abbates Lidlumanos. Ecclesia hæc 140. *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. altera 50. flor. aoreos valebat. XVI. *scuta* veniebant S. Joan. Traj. Præposito.

Pastor Anno 15. . . D. *Jena*.

AESTERWERUM,

Oosterwierum, Parocia, Vicaria, singul. valor,

Vulgò *Oosterwierum*, Baerdanæ Præf. sub Joerwaerdeno Decan. vicus, ubi villæ insignes. Hujus *Parochia* 125. *Vicaria* 90. *Præbenda* 68. flor. aureos pridem reddebat. Traj. S. Joan. Præposito solvebat scuta XII. Ad trabem Ecclesiæ vulpes Monachi formâ depicta est, verbum habens ad anseres.

WEYDUM,

Weydum, Sedes, census,

Seu *Wedum*, insignis amœnusque ædibus & prædiis suburbanis Baerdanæ Præf. & prædicti Decan. vicus, sub quo Sedes *Dekama*, *Hanyama*, & *Papingâ*.

Ecclesia Paroch. Præposito S. Joann. Traj. reddebat scuta XVI.

BEERS, sive BERETE,

Beers, Sedes, Parochia, Vicaria, valor, census,

Ejusd. Præf. & Decan. vicus, sub quo Sedes *Unia*, cujus iocola 1443. *Kempo Unia*.

Hojus *Parochia* pridem 100. *Vicaria* in eadem 90. flor. aureos reddebat, & PræpositoS. Joan. Traj. XII. scuta pendebat.

Pastor ibi Anno 15 . . D. *Dominicus*.

Vicarius, D. *Crispinus*.

Baert, Sedes, Eccl. Collator, valor,

Sub eadem Præfectura & vicus *Baert*, olim *Bawert*, a qua & denominata Præfectura, sub quo Sedes *Dokema*. Ecclesiæ Pastorem instituebat Abbas Lidlumanus. *Parochia* 100. *Vicaria* 75. *Præbenda* 80. flor. aureos dabant.

Pastor Anno 15. . . D. *Nicolaus*.

Pastor.

EYLAERT,

Eylaert, Parochia, & valor.

Vulgò *Heylaert*, ejusd. Decan. & Præf. pagus, cujus *Parochia* pridem 120. florenos aureos valebat.

MANTIGUM,

Mantigum,

Cootractè *Mantgum*, Baerdanæ Præf. sub Joerwaerd. Decan. pagus, in quo demolitæ oobilium

Sedes, variæ, Parochia, D. M. Virgini facra, Paftor, Vicaria, Præbenda, fingularum valor, Sacellum eidem B. Mariæ infcriptum.

bilium Sedes duæ, ut ex ruderibus adhuc palam fit; & hodiè confpicua eft Sedes *Hoxwierana*.

Parochialis pagi Ecclefia Mariæ Dei genetrici pridem facra, valebat flor. aureos 130.

Paftor Anno 15 . . Dom *Joers*.

Vicaria in eadem, reddens florenos aur. 90. & Beneficium, feu *Præbenda* 64. folvebatque Traj. S. Joan. Præpofito fcuta XII.

Sub Parochia Mantgana pridem Sacellum D. Virgini Mariæ etiam nuncupatum, reddens Præpofito S. Joan. Traj. fcuta XII.

JHELUM,

Jhellum, Sedes, Parochia, Vicaria, valor.

Aliàs *Hellum*, vulgò *Jellum*, ejufd. Præf. & Decan. vicus, fub quo ædes & Sedes *Mammema*.

Parochia pridem valebat 100. & *Præbenda* 80. 90. flor. aureos, folvens Præpofito S. Joan. Traj. VI. fcuta.

BOXUM,

Boxum,

Menaldanæ Præf. fub Joerwaerd. Decan. vicus, nominatus a clade quam ibi paffi Frifii 17. Jan. 1586. In qua cæfus Heffelus *Meckhama*, cui a parentibus Leovardiæ apud Jacobæos pofitum monumentum, quod ibidem exhibuimus.

Parochia, Vicaria, Præbenda, ac fingularum valor.

Parochia illic 130. *Vicaria* 100. & *Præbenda* 100. altera *Præbenda* 60. flor. aureorum. Præpofito S. Joan. Traj. cedebant fcuta XVI.

Petrus Poetinus, nobili Stauriæ familia, olim Paftor fuit in Boxumo.

LYTGEWERUM,

Luttickewierum,

Vulgò *Luttickewierum*, Heoneranæ Præf. fub Decan. Joerwaerd. vicus, de quo fupra.

Parochia, Collator, Paftor, Vicaria, Vicarius, valor.

Parochia 100. *Vicaria* 80. flor. aureos valebat. Abbates Lidlumani Paftorem cum Vicario inftituebant.

Paftor Anno 15 . . Dom *Hugo*.

Vicarius, D. *Wybrandus*.

HUYNS,

Huns, Parochia, Vicaria, & valor.

Vulgò *Huns*, Baerd. Præf. fub eod. Decan. vicus; cujus Ecclefia ad Collationem pridem Abbatis Lidlumani, colli fuperftructa, valebat 100. flor. aureos.

Vicaria in ea reddens 70. flor. aureos.

LYOENS,

Lyons, Parochia, Vicaria, & valor.

Vulgò *Lyons*, ejufd. Præf. & Decan. vicus, cujus *Parochia* valens 100. & *Vicaria* 70. flor. aureos, Præpofito S. Joan. Traj. reddebat fcuta VIII.

WILSSEM,

Winfum, fitus, collis præcelfus, nundinæ,

Vulgò *Winfum*, olim *Windesheim*, Barrad. Præf. fub Joerw. Decan. vicus, clarus natalibus Pierii Winfemii, Illuftr. Frifiæ Ordinum Hiftoriographi, &c. ad foffam inter Franekeram & Snecam. Ingens ibi & excelfus collis eft, inter totius Frifiæ editiffimos recenfitus. Jus pago nundinarum annuarum, quæ habentur tribus a D. Jacobi fefto hebdomadibus.

Parochia, Collator, Vicaria, Præbenda, valor, prifci Paftores.

Ecclefia Winfumana ad Collationem pridem Lidlumenf. Abbatum valebat 100. flor. aureos. *Vicaria* 76. Beneficium feu *Præbenda* 90. pendebatque Præpofito S. Joan. Traj. fcuta XVI.

Hujus Ecclefiæ prifco ævo Paftores,

Houte Winfemius, Winfum. Ecclefiæ Paftor ac Decanus Abbas Lidl. ordine VII.

Syardus, Winf. Ecclefiæ Paftor ac Decanus, Abbas Lidl. XVI.

Aesgo, Vinfumenfis, ex Paftore & Decano Winfum. Abbas Lidl. XIX.

Tetardus, Schellinganus, Winf. Ecclefiæ Paftor ac Decanus, Abbas Lidl XX.

BAYUM,

Henn. Præf. vicus, fub Præpofito Traj. cujus Parochia, cui Monachus Præmonftr. præerat, 100. *Præbenda* 60. flor. aureos dabat.

Sub Winfumana Parœcia, Prioratus Bayumenfis.

Cœnobium Præmonftratenfium, vulgò *Prioratus Bayum*, in eadem Præf. erat fub pago Winfumenfi, *Mons Michaëlis*, ab erecto colle appellatus, Anno 1186. a Jelmero I. Lidlumenfi Abbate fub eadem Abbatia erectus.

ABMYWEER,

Abbingawier, fitus, Sedes,

Aliàs *Abbingawier*, feu *Allingawier*, Wonferanæ Præf. fub eod. Decan. vicus, pifcibus abundans ad lacum Senfmeranum, fub quo Sedes *Aylva*.

Parochia, tenuis Præbenda, ac valor.

Ecclefia *Parochialis* 90. & *Præbenda* tenuis 55. flor. aureos reddebat. Præpofito S. Joan. Traj. cedebant VI. fcuta, ut & alibi diximus.

HAULA,

Haula, cenfus.

Stellingw. Orient. pagus, cujus Ecclefia XII. fcuta pendebat Præpofito S. Joannis.

WYWERT,

Wywert, Ecclefia, Collatores, Divus Tutelaris,

Aliàs *Wieuwert*, olim valdè nominatus, exiguus modò, Præfecturæ Barrad. pagus, cujus Ecclefia, ad Collationem atque inftitutionem pridem Abbatis Lidlumani, S. Nicolao Epifcopo erat facra.

Sedes.

Tres quatuorve illic pridem nobilium Sedes, ut rudera manifeftant. Viget etiamnum Sedes *Thetinga*.

BRITSWERT,

Brifwert, etymon, Ecclefia, D. Tutelaris, Collator, Vicaria, valor.

Quafi *Britfen-waert*, quia a *Wywerto* diftractus, pagus Barrad. Præf. cujus Ecclefia, S. Juriano nuncupata, ad Collationem quoque erat Lidl. Abbatum. *Parochia* 100. *Vicaria* 70. flor. aureos reddebat.

OOSTER-LITTENS,

Oofterlittens, Parochia, valor, Collator, Vicaria, ejufd. valor.

Ad foffam inter Franekeram & Snecam Præf. Barrad. vicus, cui Paftorem quoque dabat Abbas Lidlomanus.

Parochia 130. *Vicaria* in eadem 80. florenos aureos reddebat.

DECANATUS MEYNALDUM.

Ecclesia de Meynaldum,
Doenrypp,
Sceng,
Berlekum,
Weer, sive *Meer*,
Betigum,
Engelum,
Marsum,
Deynum,
Blessum, aliàs *Blessingum,*
Tuttingum, aliàs *Verlingum,*
Super Oraroe nova,
Super Oraroe antiqua.
Bruckes.

MEYNALDUM,

Meynaldum, Præfect. & Decan. cognominis caput, nob. Sedes,

MEnaldanæ Præfecturæ, a qua & eadem nomen sortitur, sub Menaldano Decanatu, antiquus & amplissimus vicus, ad Cœmeterium *Beetgumense* protensus, sub quo Sedes nobilium *Juckema*, *Donia*, *Gralda* & *Galema*. Ecclesia ac turris præcelso colli superstructa, præstans est & elegans.

præstans Ecclesia,

Ecclesia Menald. valebat pridem 110. *Vicaria* 80. & Beneficium seu *Præbenda* 60. florenos aureos; solvebatque dicta Ecclesia Præposito S. Joannis Ultraj. scuta XVI.

Collator, *Vicaria*, Pastor, Vicarius, census.

Ecclesia hæc Cœnobio Lidlumano unita & incorporata, ex eodem pridem recipiebat Pastores.

Pastor Meinald. Ecclesiæ sub Annum 1360. Dnus *Joannes Vineæ Domini*, dein Præpositus.

Vicarius Anno 15 . . D. *Theodoricus*.

DOENRYP,

Aliàs *Dronryp*, contractè *Ryp*, amplus & amœnus Præf. Menald. & Decan. cognominis vicus inter Leovardiam & Franekeram ad viam publicam & fossam, cujus forum equarium annuum ad diem S. Joannis Baptistæ. Variæ sub eodem nobilium olim & hodie Sedes; uti *Foppinga*, *Hommena*, *Vliastra*, *Fetsa*, *Brootdotinga*, *Hobbema*, *Osinga*, &c.

Dronryp, situs, nundinæ,

Præstans vico Ecclesia, S. Salvio dudùm nuncupata, cum turri eleganti, Anno 1544. ut ex certis monumentis liquet, exstructa.

Parochia 200. *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. altera 100. Alia tenuis, custodi templi deputata, 80. florenos aureos valebat.

Parochia, Div. Tutelaris, *Vicaria*, *Præbendæ*, singularum valor,

Dnus *Petrus*, sub Ann. 1468. in *Dronerepis* Pastor, ablegatus *Præmonstratum* mittitur, ex * Sibrando Leone, a quo & ut *magnificus* laudatur.

Ad pagum hunc vicinosque, Franciscani Minoritæ Franequerâ excurrere solebant.

Proprius dein Ripensibus & vicinis agrariis, quo melius eis provideretur, assignatus est Pastor,

animarum Curatores.

TIMOTHEUS VAN OOSTEN, gente Friso, Theologus Lovaniensis, eruditus, religiosus ac magnæ spei Presbyter. Verùm septem solùm ibi annorum Pastor, in media ætate magno Cleri ac fidelis populi dispendio gregi eripitur Anno 1705. mense Septembri.

Successit ANTONIUS VAN LIN, Lugduno-Batavus, Theologus Lov. anteà Pastor Slotensis. Successores hic, & alibi sæpè non datus, quia vicissitudo hodiè ferè quotidiana.

* *Sibr. Leo in vit. Abb. Lidlum.*

SCHENG,

Scheng, etymon, ex Capella parochia,

Aliàs *Schingea*, quasi *Scheydinge*, ejusd. Præf. & Decan. pagus sub Rypensi olim Parœcia. Sed *ob contentionem*, inquit Schotanus, *quis primas teneret in processa ad oblationem* (sc. Missæ) a Rypensi Ecclesia discissus.

Vicaria, singul. valor, ac nob. Sedes,

In *Parochiali* Ecclesia, *Vicaria*. Hæc 190. illa 100. florenos aureos reddebat.

Sub pago eo Sedes *Webbema*.

BERLEKUM,

Berlekum, & civitas Exiensis nundinæ, nominatissimæ,

Aliàs *Bellicum* & *Berlickum*, ingens Menaldum. Præf. & cognom. Decan. vicus, utpote cui vetus civitas *Exiensis* ex pacto erat annexa. Amœna illic & lata Pomœria. Celebre ibidem forum equarium mense Aprili, Provinciæ totius nominatissimum.

Ecclesia pago elegans, ab Eelkone Liauckama, Abbate Lidlumano XII. ut ex † Sibrando Leone vidimus, exstructa; unde & Jus Collationis & Institutionis erat, ejusdem Cœnobii Abbatibus. Solemnis ibi ex miraculosis S. Hostiis, juxta vetus *Fris. Chron.* supplicatio.

Parochia, *Vicaria*, valor, prisci Pastores:

Parochia valebat 130. *Vicaria* 100. *Præbenda* 100. altera 101. & tenuis *Præbenda* 50. florenis aureis.

† Pastores Belcumanæ Ecclesiæ, prædictus EELCO LIAUCKAMA, Abbas Lidlumanus XII.

GODEFRIDUS ANDLA, Abbas XIV.

SYARDUS II. Abbas XVI.

HESSELUS, Abbas XXI.

VIBRANDUS, Abbas XVIII.

ISBRANDUS HARDERWYCK, Abbas XXXIII.

Sub Belcumana Parochia, Canonicorum Regul. pridem Cœnobium, seu *Præpositura*, *B. Mariæ* Virgini nuncupata.

SIXTUS AB HEMMINGA, Patre Hectore, matre Barbara a Gratinga Patriciæ familiæ, natus est Belcumi Anno CIↃ. IↃ. XXXIII. 6. Februarii. Tirocinium egit in litteris Groningæ: Medicinæ ac Mathesi Coloniæ operam dedit. Lustratis Galliis, Lovanii aliquantisper substitit, *Gemmæ* Frisio perfamiliaris. Scripsit: *De Astrologiâ, ratione & experientiâ refutata*, lib. 1. adversus Cypr. Leovitium, Hieron. Card. & Lucam Gauricum Antv. 1583. 4. typis Plant. Obiit circa Ann. CIↃ. IↃ. LXXXVI. teste Suffrido, apud quem de eo plura lege *Decad*. XIII. cap. IX.

† *Idem*, *ibid.*

WEER,

Weer, & Wier, Parochia, valor, nob. Sedes.

WEER, five *MEER*, vulgò *WIER*,

Menald. Præf. & Decan. vicus: hujus *Parochia* dabat 100. flor. aureos. Hujus Pastor seculo XVI. D. *Andreas*.

Sedes ibi *Lautana*.

Beetgum.

BETIGUM, contractè *BEETGUM*,

Antiquitus *Badegum*, de quo sub Decanatu Sexberumensi.

Englum.

ENGELUM, contractè *ENGLUM*,

De quo sub eodem Decan. uti & de vicis *Marsum*, & *Blessum*.

D E Y N U M,

Deynum, situs, Menald. Præf. & Decan. vicus peramœnus ad fossam, quæ Leovardiâ Franekeram ducit.

Sedes, In eo Sedes *Feytsmana*. Ex pago *Deynum* ortus nobili stirpe *Siersma Syardus*, Abbas Lidlum. ordine IV.

Parochia, Vicaria, valor, *Parochia* elegans cum præstanti turri, pridem 130. *Vicaria* 100. & *Prabenda* 80. florenos aureos valebat, solvens Præposito S. Joan. Traj. scuta XII.

T U T I N G U M,

Contractè

T U T G U M, & *T U I T G U M*,

Hujus antiquitus Ecclesia Lidlumensium Abbatum ditioni subdita; horum ditioni eam subjecit *Tuitgum, Ecclesiæ, Collatores,*

EELKO LIAUKAMA, ejus Ecclesiæ pridem Pastor, deinde Abbas Lidlum. ordine XII. *& Pastores.*

THEODORICUS, ex Ecclesiæ Tuitgum. Pastore, sub Ann. 1352. Abbas Lidl. XVII.

* "Hic veterem Ecclesiam in *Tuitgum*, temporis injoriâ ruinosam, suorum præsidio incolarum diruit, & de novo restaurat".

HESSELUS, sub Ann. 1420. Tuitgum. Eccl. Pastor, in pago *Oosterlittens* natus, dein Beleum. Ecclesiæ Pastor, atque Lidl. Abbas ordine XXI.

Hujus Hesseli studio, ex Sibrando Leone, *anterior pars templi novo tecto petrino ornatur.*

* *Sibr. Leon in vit. Abb. Lidl.*

DECANATUS SCELGIS,

alias SCHELLING.

Scellingum, *Ecclesia S. Joannis.*
Midslans,
Zuytkerck,
Hoorn,
Capella Unaporta,
Quinque portus in Scelling.

Schellingana Insulæ ac UNa ex tribus Insulis, quæ Frisiam a maris Germanici irruptione tegunt, *Vlielandiæ* magis vicina, Insula est, cui *Der Schellyng*, Latinè *Schellinga* nomen.

Decanatus, Tantæ pridem sub Trajectinis Episcopis existimationis fuit, ut Decanatum seorsùm constitueret. Quatuor aut quinque illic, ex Cod. M. S. Collegii S. Joannis, Parœciæ, & Capella una alterave; *Parœciæ & Capellæ,*

Schellinga, *Midslans*, *Zuytkerk*, *Horen* seu *Hoorn*, *Capella Uniporta*, & *Quinque portus in* Schelling.

S C H E L L I N G U M,

Schelling. Parœcia, Divus Tutel., ac census, Schellingi *Parœcia*, S. Joanni, ex dicto Codice nuncupata erat, reddebatque Præposito S. Joannis Traj. VIII. scuta.

H O O R N,

Hornensis, Eccl. dignitas, Divus Tutel. viri illustres, Rectores, Decani, Hornensis Ecclesia, conspicua inter alias erat ac Decani Sedes; sub se habens vicum *Leesensem*.

TETARDUS, ex pago *Hoorn* Schellinganus, Wiosumanæ Ecclesiæ Rector ac Decanus, mortuo Aesgone Anno 1386. creatus est Abbas Lidlumanus ordine XX.

FOLKERUS, ex vico LEES, pagi Hornensis Schellinganus, Ecclesiæ Hornensis Pastor ac Decanus, *utrumque munus sua prudentia optimè*, ex Sibrando Leone, *disposuit*: ex Pastore Horneosi,

HESSELO mortuo, Anno 1430. evasit Abbas Lidl. ordine XXII.

EVERARDUS, Pastor in Hoorn An. 1518.

Abbatia Lidl. Jus institutionis habebat in Ecclesiam S. Nicolai in Insula *Schellingana*. *Collatores,*

Videtur igitur Horneosis Ecclesia S. Nicolao sacra fuisse.

TIEBBO, Schellinganus, *Prabendarius* Ecclesiæ S. Michaëlis Harlingæ, Canonicus in Lidlum. Abbatia redditus, *Scellinganæ Ecclesiæ* Pastor, ex eodem Sibrando Leone †, *patriam suam multis decoravit beneficiis*, inde electus Abbas XXIV.

census: aliarum Ecclesiarum census:

Ecclesia hæc Præposito S. Joan. Ultrajecti pendebat . . . VIII. *scuta.*
M I D S L A N S . VI.
Z U Y T K E R K, . VII.
C A P E L L A U N A P O R T A, VI.
Quinque Portus in SCHELLING, VIII. *scuta* prædicto S. Joan. Præposito solvebant.

* *Isbrand. Leo in gest. Abb. Lidl.*
† *Idem pag.* 208.

S. Brandarii Ecclesia. Una ex his Ecclesiis S. ‡ *Brandarium* ex *Jac. Torrii* relatione *Rom.* venerabatur Patronum; *Brandaris* hinc hodié-dum in mappis Geographicis indigitata.

A M A L A N D I A,

Amalandia, veteres Dynastæ, Amalandia liberum ac hæreditarium ex Cæsaris Ferdinandi largitione Dominum agnoscit, ex perillustri Frisonum sobole de *Camminga.*

* Presbyter unus de Societate Jesuit. Insulam hanc, uti & *Schellingam* vicinam, dudùm curavit.

Conditum ibi Benedictinorum Cœnobium, *Hugo* Amalandiæ Dominus An. 866. ex Miræo Benedictinorum in hac Insula fundavit Abbatiam, Monachos An. 867. submittente Olibaldo, Frisio, XII. Ultrajectino Episcopo. Verùm cùm ibi viguisset annis 243. propter pyratas Cœnobium infestantes, in *Fosverdiam* Frisiæ continentem Fosverdianæ Præfecturæ, sub Annum 1090. translatum fuit a Conrado Suevo, XXII. Ultrajectensium Præsule, per quem & Cœnobii istius Ecclesia in honorem S. Joannis Bapt. fuit consecrata. D. Joanni sacrum, ob maris rabiem, Fosverdiam translatum.

‡ fortè S. *Brandanus* Abbas Cluainfertensis in Hibernia; colitur ad diem xvi. Maji. Vide ibi Bollandianos in Actis SS.

* *Andreas Cornel. in Fris. Chron. Miræus orig. Cœnob. Benedict. cap. 26.*

DECANATUS TERRÆ NOVÆ,

VULGO OP DEN BILT.

Bilta, origo, CElebris hic Westergoæ tractus, segete aliisque terræ frugibus modò dives, ante trecentos annos latum mare quod navigiis prægrandibus secabatur, alluvione ante Saxonum tempora accretus, & quia e mari emersus, *'T Bildt* appellatus, Georgii Saxonum Ducis temporibus sub Anno 1500. aggestione terræ aggeribusque circumdatus fuit; cui postmodum Anno 1600. Nova terra (*'T nieuw Bildt* nuncupata) uno aggere comprehensa accessit.

Decanatus, Prior *Bildta*, Decanatûs titulo sub Præposito S. Joannis Ultrajecti mox exornata, præter viciniam *Olde-zijl*, tres Parochias complectebatur:

Parochiæ tres, sc. *S. Jacobi,* Prima S. *Jacobi*, Apostolo huic sacra.

S. Annæ, Altera, S. *Annæ*, Matri Dei genetricis dicata.

S. Mariæ Virginis, Tertia S. *Mariæ Virginis*, tamquam Divæ huic Christi Matri nuncupata. Mos quippe erat stante Catholico cultu, uti recens baptizatos, sic & ædes sacras primùm consecratas, Deo & Christo in honorem hujus aut illius Sancti inscribere.

Singularum valor, census, Pastores. *Parochia* S. *Jacobi* valebat 120. flor. aureos. Pastor illic seculo xvi. ineunte D. *Joachimus.* *Parochia* S. *Annæ* 150. florenos Philipp. † D. Virginis *Parochia* 100. flor. aureos reddebat.

† Valor flor. Phil. ex S Leeuwii *jure noviss.* c. 4. p. 198. a. flor. 5. st.

P R O L O G U S

In Septem Sylvarum regionem.

Sylvestris agri situs, TErtia Frisiæ intra Flevum & Lavicam regio seu tractus, ager Sylvester, aut septem Sylvarum, vulgò *Sevenwolden* vocatus, ad Euronotum vergit Drentiæ, Ultrajectinis confinis, eique Stellinwerficus & Scotanus ager jungitur, velut appendix aut membrum ejusdem.

Præfecturarum olim, & hodiè numerus, Præfecturæ illic IX. olim tantùm VII. *Geestana* enim & Upsterana Præfectura, ut jam diximus, Saxonum & Ultrajectinorum Episcoporum temporibus sub Westergoâ recensebantur.

& D. Tutelaris, S. Michael. *Septem Sylvani*, inquit * Hamconius, *S. Michaëlem in vexillis suis depictum gerebant, ex relatione senum.*

* *Hamc. Fris. p. 69.*

Cùm regionis hujus pars Archidiacono seu Præposito Ultraj. non subesset in sacris, minorem hujus quoad res Ecclesiasticas notitiam accepimus. Quare eos tantùm pagos, vicos, aut loca hîc recensebimus, quorum circa sacra cognitionem (cùm is scopus noster primarius sit) assecuti sumus, servato ordine Præfecturarum, quæ sunt; *Uttingarana, Anieverdiana, Hascherana, Scoterlandica, Stellinwerficæ duæ, Orientalis & Occidentalis,* atque *Upsterana*; quæ enim *Geestanam* Præfecturam attinent, sub *Stauriensi*; quæ *Lemmeranam* ac *Donyeverstalæam* Præfecturas spectant, sub *Wagenb. superioris Decanatu* recensuimus.

Sub

Sub Præfectura Uttingarana.

OLDEBOORNA,

Oldeboorna, Ecclesia,

Uttingaranæ apud Sylvestres Præfecturæ amplus & lapidibus stratus pagus, cui præstans cum turri Ecclesia, in cujus gremio fons, super quem Ecclesia ex veterum traditione exstructa.

nundinæ, & supplicatio annuæ.

Annuæ illic nundinæ, olim & supplicatio ad Octavam Pentecostis.

N E S.

Nes, Ecclesia, Teutonicorum ædes,

Uttingaranæ Præfecturæ pagus cum perantiqua Ecclesia; Ecclesia hæc cum prædiis & bonis plurimis An. 1298. a Dynastis aliisque fidelibus Frisiis Ordini Teutonico concessa, a quo conditum ibi Presbyterorum ministerialiumque Cœnobium, juxta vet. hanc chartam;

In 't jaer ons Heeren CIϽ. CC. *ende* XCVIII. *se hadden veel goeder Heerschappen ende andere luden uit Vrieslant der Oirden gegeven veele erven ende andere goeden, ende die Kerck tot Nesse, ende daer stichte die Oirde een Convent van Priesteren van der Oirden, ende oock waren sommige * Sargantsbroeders mede uyt Vrieslant, maer sy en hadden nie † Ridderbroeders.*

* *Ministeriales*, † *Milites*, *Equites*.

C. Schotanus Teutonicos hos cum Joannitis, qui Snecæ olim sedem habebant, & Melitenses seu Rhodii erant, perperam confundit *Hist. Fris. pag.* 219.

S. Georgio nuncupatæ.

Nessenses hi sub Ultrajectensis ditione Præfecturæ erant, Cœnobiumque eorum D. Georgio noncupatum; ‡ unde ædes eorum in veteri charta Anni 1529. vocantur, *Monasterium virorum Ordinis S. Georgii.*

A C K R U M,

Ackrum, seu *Accorum*, nob. arx, & Sedes, Ecclesia, *Prabenda*, possessor,

Antiquitus etiam *Accorum*, pagus ejusdem Præfecturæ ædium copiâ spectabilis, sub quo arx & Sedes *Douma*.

Parochialis pago Ecclesia, in qua & *Præbenda*, quam Georgius Egmond. Traj. Episcopus, ex Cod. ejus MS. Anno 1548. 16. Jan. *Jure devoluto contulit Reynero Godefridi ab Accorum.*

Gris. Virginum ascetérium, *Aelsum*.

Illic & Grisearum Virginum ascetérium *Aelsum*, seu *Aelsumer* dictum, in Dongeranos transportatum, ac bellorum temporibus munimentum adversus hostes redditum.

A E C K M A R Y P,

Aeckmaryp, sub quo S. Joannis Ecclesia.

Ejusd. Præf. nominatus pagus, sub quo & S. *Joannis Parochia*, vulgò *Sint Jansgae.*

Sub Præfectura Anieverdiana.

G E R S L O T E,

Gerslote,

Angwerd. Præf. apud Forestenses Frisios tenuis viculus, nomen custodiens, M. P. a paludibus, quas Dominicas vocant, vulgò 's *Heerenveen*, in Septentrionem.

ubi miraculum olim patratum.

Anonymus vitæ Dodonis Scriptor paralyticam sacerdotis filiam precibus Eremitæ hic sanitati restitutam refert. Sub ejus Parochia *Lanwolda*, Stellingw. Præf. vicus.

‡ *A. Matthæus Analect. Tom.* VI.

Tiallebirdt, Luniebirdt, Ter-bandt,

Seu

Cathryne-bandt,

Tiallebirdt, *Luniebirdt*, *Ter-bandt*,

Anieverdianæ apud Sylvestres vici, in quorum altero judicium sub dio antiquitus dicebatur.

ubi Cœnobium Cistelc. *Steenkerkanum*, vulgò *Marye-bos*, secessus Fl. Campi Abbatibus.

Illic, ex MS. Codice quem teneo, sed ex Schotano in *Terbant*, virginum olim Cœnobium *Steenkerkanum*, D. Virginis nemus, vulgò *Marye-bos* appellatum: ex charta MS. Cisterciensis redditæ sunt instituti sub *Floridi Campi* Abbate; unde ædes hæ Schotano; secessus pridem *Floridi Campi* Abbatibus.

Sub Præfectura Hascherana,

W E S T E R M E E R,

Westermeer,

De quo supra,

H A S C H A, vetus & nova,

H A S S C H E R D Y C K,

Hascha vetus & nova, *Haskerdyk*.

Præf. Hasch. pagi.

Præfecturæ cognominis pagi in *Forestensi*, seu VII. *saltuum* agro.

In hoc pridem *Clusa* S. *Dodonis* Erem. Inde Canonicorum Regul. Cœnobium, *Rosa vallis B. Mariæ*;

Haschæ meminit Scriptor antiquus, a Bollandinis, ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris, insertus Actis Sanctorum, in vita Dodonis Eremitæ, fundatoris *Clusæ Hascheranæ*, quæ olim *Hasscher-Convent*, seu Hascheranum Monasterium Canonicorum Regularium, ubi hodiè *Hasscherdyck*. Titulus ei, juxta Jac. Torrium in *Relat. Rom.* & J. Busschium in *Chron. Windes.* inscriptus; *Rosæ vallis B. Mariæ in Hasca.*

" Ipso (Dodone) mortuo, ut in prædicta vita legimus, Dominus *Wibrardus de Hascha* bonæ memoriæ coadunavit sibi duos Clericos cum familiis eorum, Dominum Siricum & Dominum Sifridum, & paucos laicos, qui omnes unanimiter renunciantes seculo, se & sua Deo primitias offerentes, fundaverunt locum istum, scilicet *Hasca* ad serviendum Deo & B. Mariæ & omnibus sanctis in secula seculorum, Amen ".

ejus origo, institutores, Rectores, dirum facinus in Rectorem patratum.

In ejus Cœnobii Rectorem Anno 1468. ex Emmii relatione *rer. Fris. lib.* 25. *p.* 395. ad initium mensis Febr. crudele facinus ab Aggæo Doniæo, quod Frisiam totam interdicto obvolvit, est patratum. " Quippe cum occurrentem fortè in via publica haberet, quocum litem contraxerat, jussi satellites suos ipsi * ministroque (laico) oculos eruere. Cumque facinus ut impium satellites abnuerent, ipse in Antistitem ruens, scelere tam barbaro ac immani polluere manus suas haud dubitavit. Id detestabile visum omnibus, tam invisum eum toti genti reddidit, ut nusquam inter suos quoque locum habuerit, Ecclesiæ interdictu societate piorum prohibitus. Postremò ingenti auro pacem ab Ecclesia redimens, extrema in inopia miserrimam vitam posuit ".

* *convers.*

Leov. Sedi adscriptum, a Rennebergio occupatum fuit.

Cœnobium istud Cunero Petri, Leovardiensi Episcopo quoque adscriptum, a Lalaino, Rennebergii Comite occupatum, ad Frisiæ Ordines pervênit. Hi aliique vici pridem ex priscis mappis Geographicis constituebant,

SCO-

SCOTERLANDIA,
&
STELLINGWERVIA,

Scoterlandia, & Stellingwervia, Traj. Sedi dudum subjectæ:

Extra aliàs Frisiæ Reginnes Ultrajectinæ Sedi dudùm subsuêre circa sacra; Stellingwervia etiam, certè pro parte, quoad jus temporale.

Habemus Diploma Anni M. CCCX. quo *Guido*, Ultrajectinus Episcopus, potestate in Frisios ejus regionis rebelles usus, insigne juris bujus exemplum exhibet:

"GUIDO, Dei gratia Trajectensis electus Universis Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Provisoribus, Decanis, Ecclesiarum Rectoribus & Presbyteris sive Curatis nostræ Diœcesis Salutem in omnium Salvatore. *Nuper* in Ecclesia nostra Trajectensi in festo beati Bartholomæi proxime nunc præterito convocato ad hoc Clero civitatis nostræ contra *Fresones* cœtuum de Stellingwerf & de Scoterwerf, quendam processum solemniter publicavimus in hæc verba. *Grandis temeritas* & prophana vesania Fresonum cœtuum de *Stellingwerf* & *Scoterwerf*, quam contra nostram Ecclesiam Trajectensem, cui in spiritualibus subesse noscuntur, & nonnulli de *Stellingwerf* in temporalibus de jure subesse debebunt, & a qua Ecclesiastica recipiunt sacramenta his diebus præsumpruose eminuit inter alios excessus, quos perpetrarunt, terram Ecclesiæ nostræ de Vollenho hostiliter invadendo, castrum Ecclesiæ nostræ ibidem obsidendo, machinis & bellicis instrumentis impugnando, arbores succidendo, terram per incendium devastando, homines Ecclesiæ nostræ capiendo, & occidendo, spolia quamplurima, nec non sacrilegium in Ecclesia de Vollenho vi frangendo truncum, in quo eleemosynæ erant reconditæ pro subsidio terræ sanctæ elargitæ, & Ecclesiam ipsam ornamentis Ecclesiasticis spoliando, per quod ipso facto dinoscuntur in excommunicationis sententiam prolapsi, & opera malitiæ & injustitiæ committendo, quorum est numerus infinitus, & per civitatem & Diœcesim nostram & per loca vicina per vocem & famam publicam & facti perpetrati evidentiam sunt satis publice divulgata. Quapropter ad gladium Ecclesiasticum & ad arma spiritualia, quæ sunt Ecclesiæ propria, primitus recorrentes in hac statione solemni monemus peremptorie publice omnes & singulos Stellingos, Majores, Judices, & Consules dictorum cœtuum, quibuscunque nominibus censeantur, nec non universitates ipsorum cœtuum, volentes per hanc solemnem publicationem hunc processum nostrum ad eorum deducere notitiam, cum propter eorum ferocitatem, & inobedientiam, ac rebellionem in terra eorum non valeat publicari, ut infra sex hebdomadas a tempore datæ & publicationis hujus processus, videlicet a die beati Bartholomæi Apostoli, quæ occurrit sub Anno Domini M. CCC. nono, Deo, Ecclesiæ nostræ, ac hominibus injuriam passis de damnis, injuriis prædictis, & interesse suo satisfaciant competenter, & ad obedientiam Ecclesiæ revertantur, alioquin Stellingos, Majores, Judices, Consules, ac singulos qui maleficiis & excessibus antedictis personaliter interfuerunt, & opem & operam adhibuerunt eisdem, quos in his scriptis exnunc excommunicamus, & universitates, quas in his scriptis Ecclesiastico supponimus interdicto, excommunicatas & interdictas in Ecclesiis vestris singulis diebus Dominicis & festivis publice nuntietis, donec de prædictis temerariis excessibus congrue satisfaciant, & beneficium absolutionis meruerint obtinere. Datum anno & die prædictis. *Et quia quidam* Frisones in sua pertinacia adhuc persistentes non curant Deo & Ecclesiæ suæ sanctæ reconciliari de commissis excessibus exhibendo & præstando emendam, & absolutionis beneficium impetrando, *Nos in aggravationem* contumaciæ eorundem vobis in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis suspensionis ab officio, quas in quemlibet vestrum trina dierum monitione præmissa ferimus in his scriptis, si præsens mandatum nostrum non fueritis executi, districtè præcipiendo mandamus, quatenus quotiescunque Missarum solemnia vos celebrare contigerit, diebus Dominicis & festivis, prædictos Stellingos, Majores, Judices, Consules, & singulos cœtuum prædictorum, qui antedictis maleficiis & excessibus interfuerunt, personaliter opem & operam adhibentes, excommunicatos in Ecclesiis vestris pulsatis campanis & accensis candelis ac universitates ipsorum cœtuum interdictas, ac Presbyteros, qui prædictum interdictum se immiscendo divinis officiis sicut prius non observarint, irregulares & inhabiles ad divina officia exsequenda nuncietis, inhibentes nichilominus vice nostra in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione maledictionis æternæ omnibus Christi fidelibus, nequis antedictis Frisonibus contra nos, Ecclesiam nostram, ac homines nostros consilium vel auxilium ministrare præsumat, communicando eisdem in crimine criminosis, alioquin contrarium præsumentes, quos ipso facto declaramus in his scriptis in sententiam majoris excommunicationis prolabi, extunc excommunicatos publicè nuntietis, & ab omnibus artius evitandos. Ceterum præcipimus omnibus *Decanis Christianitatis* in Ostergo & in Westergo, sub pœnis antedictis, ut hunc processum nostrum ante recessum suum a Sigillifero nostro recipiant, & per singulas Ecclesias Decanatus sui faciant solemniter publicari. Datum Anno Domini M. CCC. decimo, feria secunda post Dominicam, qua cantatur Misericordia Domini".

Scoterlandiæ Ecclesiæ, ex *Hamconii Frisia*, pro magna parte S. Joanni, Evangelistæ, aut Baptistæ erant nuncupatæ. illius Divus Tutelaris.

Inter pagos Præfecturæ Scoterl. magis nominatos occurrit

OLDESCHOOT,

Oldeschoot; Ipso vocabulo antiquitatem præferens, ubi præter Paroch. Ecclesiam, pridem & ex Cod. MS. *Vicaria*.

Teutonicorum ibi Cœnobium; ejus origo. Ibi Teutonicorum dudum Cœnobium, conditum Anno 1299. inhabitatum prius a Virginibus sacris, postmodum a Presbyteris & ministerialibus seu armigeris ejusdem instituti, juxta veterem hanc chartam;

In't jaer ons Heeren CIↃ.CC. *ende* XCIX. *so hadden veele Heerschappen uit Vrieslandt, ende andere goede luyden uyt Vrieslant der Orden gegeven veel landen ende erven in de Parochie van* Schoten, *ende van den* Kuyner, *ende anders waer. Ende doe*

stichte

ſtichte die Oirde een huys ende Convent tot Schoten, ende daer woonden lange jaeren Juffrouwen van der Oirden, ende nae Priesters-broeders van der Oirden, ende Sargant broeders, maer geen Ridder-broeders.

Stirps *Sterringa*, Petr. Pierius a Smenga, Scriptor ejus ſtirpis nobilis.

Originem huic pago debet ſtirps Schotanorum *Sterringa*, in Eccleſiis & Academiis Belgicis celebrata. Ex ejus ſanguine prodiit *Petrus Pierius a Smenga*, Schotanus, Friſius, Lovanii Linguam Hebraicam in Collegio Busſidiano annos octo profeſſus, inde Medicinæ Doctor, Profeſſorque Regius Anno 1598. qui & multa conſcripſit, quorum elenchum vide apud Suffridum *de Script. Friſ.* Dec. XVII. §. 11.

Fuere & ejusd. Præf. pagi

Nyehorn.

N Y E H O R N,
&
S. J A N S G A E,

Hujus S. Joanni nuncupata Eccleſia.

C A T L Y C K,

Catlyck, etymon, *Vicaria.*

Præf. Schotanæ vicus, non a *Cattis* ut quidam volunt, ſed a *Catholico*, inquit & Schotanus ipſe pag 223. denominatus, ubi præter Paroch. Eccleſiam etiam *Vicaria.*

'S H E R E N V E E N A.

's Heren-veena, origo, incrementum, nundinæ, fanum,

Parœciæ Schotanæ in Sylveſtrium regione primùm paluſtris, & ceſpitoſus locus, dein vicus a prima ſua origine & vicenâ ceſpitum ingenti terra denominatus, continuis acceſſionibus, culturâ & ædium ſtructurâ adeo auctus, ut oppidi formam referat, cui & hebdomadales nundinæ mercium ac hominum copiâ celebratæ, & Fanum ad formam crucis adjectum, miniſtro publico commiſſum.

Minorita Franciſcanus ex Colon. provincia tractum hunc dudùm excoluit. Sed a Satrapa Territorii Schotani, Monachos non ferente, ſtatione pulſus, locum fecit ſæculari e Clero ſacerdoti. Sic primus ibi Paſtor deſignatus,

Cath. animarum Curatores.

ADRIANUS HAMSINCH, Tubantinus.

Stellingwervica Præfectura,

Archidiacono S. Mariæ Ultrajecti olim, ex Cod. illius Eccleſiæ M S. ſubdita, duplex eſt, Orientalis & Occidentalis.

O L D E B E R C O O P,

Oldeberccop nundinæ duæ, vicus

Stellingwervicæ, quæ ad Orientem eſt, Præfecturæ, nobilis pagus, cui celebres nundinæ annuæ duæ, ad feriam VI. ante Pentecoſten una, ad diem 26. Auguſti altera.

* *Dodding.* † *Domsgeyſe.* Auguſtum & vetuſtum fanum, Doct. Medicus expers.

Sub eo vicus * *Doddinganus.*

Fanum pago † auguſtâ & orbiculari formâ exstructum, trecentorum ac quinquaginta annorum ætatem exſuperare creditur.

PETRUS TALPA, Stellingwervius, Friſius, Doctor Medicus, Sneciæ, Leovardiæ atque alibi Medicinam factitavit, Medicamentaque ægris curandis adhiberi ſolita non tam experientiâ, ut vulgus cenſet Empiricorum, quam petitis è ratione principiis comprobanda cenſebat. Scripſit itaque librum, ſive Dialogum, quem inſcripſit, *Empiricum*, ſive *Indoctum Medicum.* Item *Exſilium Empiricorum*, brevi Elegiâ, ſatyrico ſale conditâ, deſcripſit. Vivebat Anno CIↃ. IↃ. XC.

A P P E L S C H E,

Appelsche, vici. Cœnobium Præmonſtr.

Ejuſdem Præf. ad Orientem pagus, ſub quo vici *Terwisga*, *Aenga* & *Hoog-Appelſche.* Præmonſtratenſium pridem illic viguit Cœnobium, *Lux mundi* dictum, cujus adhuc hodie monumenta viſuntur.

Idem, ex Sibrando Leone †, in *Scharmer* ad Omlandos tranſlatum, ceſſit Crucigeris.

Stellingwervicæ Præfecturæ quæ ad Occidentem eſt pagi ſunt,

T R Y N W O L D E, — *Trynwolde,*

O L D E - T R Y N E, — *Olde-Tryne,*

N Y E - T R Y N E, — *Nye-Tryne,*

S P A N G E, — *Spange,*

O L D E - H O L D T P A D E, — *Olde-holdtpade,*

N Y E - H O L D T P A D E. — *Nye holdtpade,*

Diva Tutelaris,

Eorum Eccleſiæ ferè S. Catharinæ Virgini & Martyri nuncupatæ; juxta hoc * Hamconii teſtimonium carmine expreſſum:

- - - *Hinc Stellenkwarvin vicos,*
Nomina ni fallunt, conſecravere vetuſtos.

vir nobilis, & animarum Curatores.

MARCUS LYCKLAMA, A NYEHOLT, Friſius, J. C. juvenis Heidelbergæ atque alibi jura didicit, ibidemque Franekeræ Friſiorum Profeſſor Primarius docuit, indeque Ordinum General. Belgii Fœd. in Conſiſtorio ſtatus Conſiliarius, & per Stellingwerviam *Grietmannus*, ut vocant, id eſt Satrapa, Eques S. Marci, Ordinis illius inſignibus donatus a *Marco Antonio Moreſino*, Sereniſſ. Reip. Venetæ ad Ordinis Fœd. Belgii Legato.

S T E G G A R D E N, — *Steggarde,*

Uti &

W O L W E G A, — *Wolwega,*

Stellingwerv. ad Occid. Præfecturæ vici.

Minorita Franciſcanus his vicinisque locis deſervit.

U P S T E R A N A, — *Upſterana,*

Præfect.

Olim ſub Ooſtergna, modò ſub Sylveſtribus Præfectura XIII. pagos complectitur, inter hos numerantur,

B E E T S,

Beets, Eccleſia D. Gertrudi ſacra, Decani olim Sedes.

Cujus Eccleſia, cum faſtigiata turri (modò vetuſtate collapſa) S. Gertrudi Virgini erat ſacra. Decanus ibi vigente Cath. fide Sedem habebat.

O L T E R T E R P,

Olterterp, cui Eccleſia S. Hippolyto dicata.

Betſterſwaga ad Orientem pagus cum Eccleſia ſine turri S. Hippolyto Martyri dicata.

† *Sibr. Leo in vita Abb. Lidl.*
* *M. Hamcon. Friſ. pag 69.*

URETERP,

Ureterp, Ecclesia S. Petro devota.

Olterterpe, ad Ortum pagus non ex infimis, cujus Ecclesia, cum præstanti turri, S. Petro dedicata.

SYGERSWOLDA,

Sygerswolda, S. Jacobo nuncupata.

Groningano agro ad Orientem pagus modicus, cum Parochiali Ecclesia sine turri, S. Jacobo nuncupata.

BACKEVEENA,

Backeveena, ubi Sacellum, *Curia B. Mariæ* dictum: ejus institutores, origo, rudera, Ædes S. *Dodonis*.

Sygerswoldæ ad Austrum versus Trentam, non pagus, sed secessus olim Cœnobii Horti S. Mariæ, Sacellum habuit a *Syardo* V. Cœnobii illius Abbate conditum. *Sibrandus* VI. in ejus vita refert, " cum fundasse allodium propè *Tren-* " *tam* situm in myrica, & imposuisse nomen *Cu-* " *riæ S. Mariæ in Buccofeen*. Addit Sibrandus Leo, " Sylvanos hujus viri amore ob sanctitatis opi- " nionem captos, latissimos agros in *Buccofeen* " ultro illi obtulisse; quo protectus novam Ca- " pellam, *Mariæ Curiam* nominatam, instituit."

Hujus Sacelli vetustate collapsi sola rudera visuntur, ac duæ ædes etiamnum supersunt, ubi *Dodo*, Friso ac Heremita, solitariam vitam duxit sub Annum 1231.

DUYRSWOLDA,

Duyrswolda, Ecclesia S. Joanni inscripta.

Backeveenæ ad Occidentem non infimus pagus, cujus Ecclesia sine turri S. Joanni sacrata.

WINIETERPA,

Winieterpa,

Duyrswoldæ ad Occidentem ingens pagus cum turri & Paroch. Ecclesia.

ex qua ortus Steph. Sylvius, Leov. & Groning. Pastor.

Illic seculo XVI. ineunte natus est Stephanus Sylvius, Leovardiensis & Groninganus Pastor, de quo sub Leovardia p. 48. & sub Groninga p. 17.

HEMRICK,

Hemrick, Ecclesia S. Andreæ sacra.

Winieterpæ ad Occidentem pagus non modicus, cujus Ecclesia sine turri S. Andreæ dicata.

LANGESWAGHA,

Langeswagha, Ecclesia S. Matthæo dicata.

Ingens pagus, cujus Ecclesia dedicata S. Matthæo Apostolo.

LUXWOLDA,

Luxwolda.

Abjectus Upster. præf. vicus, sub Parochia dudùm Gerslotana.

gravis, census per Frisiam Ecclesiis a Rom. Pont. indictus,

Ceterùm * Romanus Pontifex sub Saxonum regimine Frisiæ Ecclesiis ac Monasteriis ante infaustæ iconomachiæ tempora, quibus plenè exhausta sunt, gravem & insuetum censum impositurus, Anno 1512. mense Augusto Legatum in Frisiam misit D. Edzerdum, qui ejus nomine Prælatis, Abbatibus, Prioribus ac Rectoribus Cœnobiorum omnibus censum indiceret, Sedi Romanæ persolvendum.

illarumque ad patrias potestates recursus.

At hi, ægrè ferentes se onere isto gravari, censum hunc unanimiter solvere renuentes, Ludgerum, Smallinæi Cœnobii ex S. Benedicti instituto Abbatem *Missiam* ad Saxonem Ducem, hujus certiorem reddendum ablegarunt; eidem supplicantes, ut libertati eorum consulens a gravibus & insuetis hujusmodi censibus perpetuò eos eximeret. Saxonum Dux Abbatem benignissimè exceptum, de protectione suâ securum redditum, honestâ missione ad suos remisit.

* *Vet. Frif. Chron. l. 12. pag. 202.*

APPENDIX AD FRISIAM.

Cum jam Historiæ Episc. Leovard. editio longius progressa ac penè absoluta esset, sacra quædam ad eam illustrandam monumenta ad manus devenêre; inprimisque gravissimorum virorum Epistolæ, inter quas si non dignitate, certè numero ac rerum pondere præcellunt *Viglianæ*, quas per modum appendicis ad pagum quidem *Zuichemum* plurimas, alias subindè ad loca alia, quibus magis propriè congruunt, adjiciemus.

Introductio ad Diœcesin Leovard. pag. 15. & 16.

Litteras ibi dedimus *Georgii Egmondani*, Ultraj. Episcopi, ad *Hermannum*, *Archiepiscopum Coloniensem*, &c.

Juvat his binas in causa ejusdem Archiepiscopi, quas dein nacti sumus, jungere; priores *Hermanni* hujus ad Fred. Schenkum, Georgii Egmondani tum *Vicarium in Pontificalibus*.

Alteras Cleri universi, Almæ Universit. atque Rectoris Colnn. ad eundem Georgium.

Hermanni epistola ejus est tenoris:

Hermannus, Dei gratia sanctæ Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus, Princeps Elector, ac Ecclesiæ Paderbornensis Administrator, &c. Venerabilis ac nobilis, sincerè nobis dilecte. Ex quibusdam urgentissimis causis nos huc commoventibus seu potius propellentibus, Concilium provinciale altera post Dominicam *Invocavit* in Civitate nostra Colonia celebrare decrevimus, ad quod Reverendum in Christo Fratrem nostrum, Serenissimum Dominum *Georgium*, Episcopum Trajectensem, devocavimus, ac suæ dilectioni libellum, in quem quæ reformanda videntur congeri fecimus, per Vicarium nostrum in Pontificalibus, ac alios Theologos; nec non Venerabilis Capituli ac Cleri nostri deputatos revisum transmittimus. Jam cum sciamus præfatum Fratrem nostrum vestro consilio in hoc negotio omnium pientissimo inprimis usurum, vos gratiosè admodum hortamur, quo pro vestro in reformandis Ecclesiæ abusibus zelo hanc rem tanto majori studio apud præfatum Fratrem nostrum promovere velitis, quanto magis vobis quam aliis illic constat nullum opus magis necessarium hac tempestate provinciam

ciam nostram requirere. Quod ut vos facturum non dubitamus, ita diligentiam vestram impendendam singulari favore recognosceemus. Quod si possitis Fratrem nostrum inducere uti Domin. sua personaliter Coloniam ad nos ascendat, fieret nobis res omnium gratissima, quod ejus præsentia magnam auctoritatem huic causæ adferre possit. Datum ex Castro nostro Poppelstorff, xxvI. Januarii Anno xvç xxxvI.

Capitulum cum Vice-Decano, quin Clerus universus, nec non Rector & Universit. Coloniensis hanc in eadem causa Epistolam dedit ad Georgium Egmond. Ultraj. Episcopum Anno 1546.

REverendissime & Illustrissime Princeps Domine colendissime; Reverendi, generosi, venerabiles, egregii & circumspecti domini & amici. Quid tandem incredibilibus laboribus & immensis impensis a Cæsarea Majestate Domino nostro Clementissimo in causa Religionis contra Archiepiscopum nostrum Coloniensem pro communi omnium nostrum utilitate & commodo adjuti fidelissima & sedula opera & patrocinio Reverendissimæ Celsitudinis & DD. vestrarum obtinuerimus, & quam nihili id tamen Archiepiscopus noster æstimet ac reputet, duriora subinde minitans ac moliens, eximius Magister noster, Dominus *Nicolaus a Bobadilla*, Rmæ D. V. vobisque aliis seu vestris Commissariis pro suâ prudentiâ & Religionis conservandæ studio fideliter enarrabit, exempla quoque Cæsarei Decreti Rmæ D. V. vobisque aliis Dominis, amicis & adhærentibus nostris colendissimis exhibiturus: & quia non modo Archiepiscopus cum suis aulicis, qui illi in hac tanta re impiè adulantur, sed & quidem qui extriosecus de nostro consortio sunt, idem Cæsaris Decretum quâ possunt versutiâ elevare & eludere conantur, & dicere quoque ausint Cæsarem nihil nobis nisi verba dedisse, erit profectò summè necessarium, ut Rma D. V. cum suo insigni Clero, cumque Reverendissimo Domino, & Clero Leodiensi, & cum inclyta Universitate Lovaniensi nunc nunc quando Cæsar Trajecti erit, omne suum studium, operam & curam in hoc adhibeant, quo Cæsar suum declaratorium Decretum & Mandatum a contemptu vindicet. Quod nostra sententia fecerit, si sententiam suam diffinitivam semel tulerit quæ omnino cavillari non possit, eamque adversus rebelles viis juris & remediis opportunis exequi non differat: quod & facturam speramus Rmam Celsitudinem & D. V. Ita factum nostris sedulis ad Dominum orationibus & deditissimis obsequiis pensare perpetuo studebimus. Datum sub majoris & sancti Choreonis Ecclesiarum, & Universitatis nostræ sigillis, 16. Februarii, Anno 1546.

E. Rmæ Celsitudinis Vestræ,

& Vestrarum Dilectionum Deditissimi,

Sub-Decanus & Capitulum, universalisque Clerus, nec non Rector & Universitas generalis studii Coloniensis.

Erat inscriptum,

REverendissimo & Illustrissimo Principi Domino *Georgio*, Dei gratia Trajectensis Ecclesiæ Episcopo, &c. Domino nostro colendissimo; nec non suæ Reverendissimæ D. Venerabili Capitulo & Clero, &c. Dominis & amicis colendissimis.

Viglius Zwichemus in Vita quam confidentia morum scripsit inter alia de se refert,

Mense Januario Anni 1547. monente Pontifice requirentibusque Capituli ac Cleri Coloniensis Legatis VIGLIUM *Majestas Cæsarea Coloniam ad Conventum à Cæsare, feria* III. *Martii Anno 1546. ibi indictum misit, ut cum Philippo Comite Hoochstratano, Gubernatore Ducatus Geldriæ, Mandata super privatione exauctorationeque Archiepiscopi Coloniensis exponeret. . . . . Ubi convenientibus plus quam 40. oppidorum Legatis, multisque Prælatis, Comitibus, nobilibusque ditionis Archiepiscopi Coloniensis Mandata sua cum dexteritate exposuêre ut tandem acquieverint Pontificis sententiæ; cujus executio Cæsaris Mandato commissa fuit, ac Coadjutorem ejus Dominum Adolphum, ex Comitibus a Schouwenburch renuntiata fidelitate Hermanno, qui Archiepiscopatum multis annis administrarat, in ejus possessionem induxerunt.*

Historia Leov. pag. 37. Ad Leovardiani fani Iconem seu inscriptum ei titulum a Bibliopola datum, dicendum, ut ipsimet pag. 47. meminimus, quod S. *Viti* antiqua Ecclesia diruta sit & collapsa, nec ulla ejus extent vestigia nisi turris & lapides sepulchrales; proinde hodierna sit Jacobæorum seu Dominicanorum Ecclesia.

ADDENDA ad *Wirdumum*, p. 51.

Pastor ejus Ecclesiæ evasit, Vicarii Frisiæ Patrocinio Anno 1536.

Mr. DOTHIAS WYAERDA, Dni *Martini* successor, *Viglii Zuichemi* cognatus, ad quem has Spirâ 15. Julii Anno 1536. litteras dedit congratulatorias.

ACCEPI abs te, Domine & cognate charissime, binas litteras, unas 23. Aprilis, alteras ultima Junii scriptas. Priores mihi fuere gratissimæ: ex quibus intellexi, quorum potissimum favore & auxilio Pastoratum in patrio Parochialique nostro pago *Virdumensi* consecutus fueris. Et rem eam fœliciter concordique omnium consensu transactam esse, valdè equidem sui gavisus. Ad generosum Dominum Locum-tenentem litteras ita uti voluisti scripsi, atque eas earumque exemplar his inclusi in Germanica lingua, quam an intellecturus sis dubito. Poteris autem eas aut tradere aut supprimere, quod tuo permitto arbitrio. Pensio annua, quam D. *Martino* exsolvere debes, grandiuscula est. Sed tamen puto te ex fructibus Pastoratûs tantum posse deductis tuis sumptibus facilè reliquum habere unde eam solvas. Numisma quale desiderasti nunc non habeo. Ne tamen omnino tuam expectationem frustrarer, mitto duo argentea numismata non inelegantia, quæ tibi in novi beneficii congratulationem dono. Ea ut hilari fronte accipias rogo. Videbo autem si quando tale quale cupis nancisci queam. Ego habeo quædam, quæ tamen ob memoriam eorum a quibus mihi donata sunt, servo. Ab Dominis meis *Fuggeris* ea ea causa petere non audeo, quod illi æstimationem neutiquam a me accepturi fuerint. Et cum multis beneficiis eis antea sim obnoxius, pudet me ultrò plura ab eis rogare. Quod de Fratre *Gerbrando* scribis me malè habet. Valdè enim cupiebam aliquem ex Fratribus esse cum quo olim studia mea conferre possem, & cui librariam

meam supellectilem, si quid mihi aliquando humanitus accideret, relinquerem. In eo autem unicam spem reposueram. Nam cum aliis Fratribus, uti vides, non magna mihi intercedit consuetudo aut familiaritas. Ab oppidani illius ingenio semper abhorrui. Scrapio rei familiari deditus, sua tantum cordi habet. In Sororibus paulo majorem charitatem experiri videor quam in Fratribus, sed Italicum est proverbium, suo damno. Ego enim ipsis facilius careo, quam ipsi me. Quod si *Gerbrandus* studia continuare voluisset, ego lubens sumptus contribuissem. Sed vereor ne ejus animum parentum indulgentia, nescio an avaritia alienaverit. Quando autem adeo eum domi retinere cupiunt, posthac non repugnabo amplius. Difficile enim fuerit illum natura segnem ad studia urgere; cum sciat contra parentum votum & voluntatem esse, ut litteris det operam. Capiet autem eos aliquando tædium ipsius, ubi otiosum domi semper in oculis habebunt. Et tunc sero querentur quod non meo obsequuti consilio permiserint eum studiis incumbere. Consultissimum autem mihi videtur, ut illum maturè uxori alligent, quo fræno aliquo contineatur. Ego Monasterium proficisci his Canicularibus decreveram, & inde ad vos divertere. Sed vestro obsequutus consilio propositum distuli: ac *Rutgerum* eò misi: & propter loci propinquitatem permisi, ut ad vos quoque accederet. De rebus Cæsaris quæ hic feruntur, scripsi ad Doctorem *Kemponem*, & alios quosdam amicos: eaque vos ex *Rutgero* facilè intelligetis. Ad proximum Pascha omnino cupio te cum parente huc venire, aut ego isthuc descendam. Quicquid autem vos statueritis, id mihi in tempore significate. Bene vale, cognate charissime: ac parentes meos habe commendatos. Spiræ 15. Julii Anno 1536.

ADDENDA ad *Zuichemum*, p. 52.

Vicus is *Leov. Pref.* ad primum, ut Valerius in *Bibl. Belg.* lapidem, aliis medio lapido ab urbe Leovardia, ubi de Hospitali a Viglio condito sermo. Fundationis ejus, nullibi adhuc quod sciamus, datæ transumptum vernaculum nacti, in Latinum versum hic juvat exhibere.

Copia fundationis Domûs Dei ab Aytta in Pago Zuychem de dato 31. Martis A°. 1576.

OMNIBUS hasce litteras aut instrumentum publicum visuris aut lecturis, *Viglius Aytta* ex *Zuychem*, utrinsque Juris Doctor, Cathedralis Ecclesiæ S. Bavonis Gandavi in Comitatu Flandriæ Præpositus, Concilii status Catholicæ Majestatis Præses, nec non Cancellarius Ordinis aurei velleris &c. salutem. In nomine Domini Dei omnipotentis. Cum expressa veritatis rerum infra scriptarum notitia notum facimus piæ memoriæ Reverendum, doctissimumque Dominum, Magistrum *Bernardum Bucho Aytta* ex *Zuychem* avunculum nostrum charissimum, cujus animæ propitietur Deus, in vita Decanum Collegiatæ Ecclesiæ S. M. Virginis in Sacello aulæ Hagæ Comitis, & Cæsareæ Majestatis piæ memoriæ Consiliarium &c. alio tempore intentionis fuisse fundare & erigere bonam & laudabilem fundationem in pago *Zuychem* nativitatis suæ loco, quod divinum propositum prædictus Dominus & Magister *Bernardus Bucho*, morte præoccupatus, in vita sua perficere non potuit. Hinc partim ut compleamus bonam intentionem, & optimam Avunculi nostri charissimi voluntatem, atque in gratiarum actionem pro beneficiis nobis præstitis, eo quod multis nos annis Scholas frequentare fecerit; cùm in, tum extra Patriam, & principalis promotionis nostræ occasio fuerit: partim etiam in servitium, illustrationem, & felix patriæ nostræ charæ auspicium, omni meliori forma & modo nobis possibili ereximus & fundavimus, erigimus hisce & fundamus, cum prædictæ Regiæ Maj. Domini nostri Clementissimi consensu, ut patet ex litteris suæ Majestatis desuper acceptis, datis Madriti in Regno Castiliæ mense Majo A°. 1572. & cum venia ac permissione Illustrissimi Dom. & Patris in Christo Episcopi Leovardiensis, Hospitale in pago *Zuychem* pro 7. personis senioribus, similiter & Ludimagistrum cum 6. Scholasticis etiam cum anniversario in solamen animarum nostrarum annuatim in templo *Zuychemensi* celebrando, eâ ratione & modo, ut hic latius declaratum & specificatum est; revocantes, cassantes, & annihilantes, ex rationibus ad hoc nos moventibus, alias nostras fundationis epistolas, & ordinationes huc concernentes, ante datas, desuper factas.

I. In hunc finem & in eodem pago *Zuychem*, in parva vicinia ibidem, aliàs *op den cleynen buyren*, fundari & erigi jussimus Hospitale in agro Pastoris cum ejus æditorumque consensu, cum certa pro eo recognitione &c. quod petimus & ordinamus nominandum *Hospitale Aytta*, in quo prædictæ 7. personæ (virorum vita annos excedet 60., mulierum 50.) sustentabuntur & hospitabuntur: attamen viri 3. aut 4. tantum erunt, reliquæ mulieres, quæ ex pago *Zuychem*, aut ex proximè adjacentibus pagis, aut ex urbe Leovardia, ex sincera misericordia, ab illis, ad quos, ex familia nostra, primaria Domus *van Zuychem* pertinebit, eligentur, ut ibidem permanere possint ad vitam; & sustentari ex bonis prædicti Hospitalis a nobis in hunc finem relictis & datis; scilicet cuique dabuntur an. floreni aurei 28. fl. Brabantinorum annuatim, quorum fl. quarta pars cuique solvetur singulis 4. temporibus: præterea dabitur cuique navis nigris cespitibus plena ad comburendum; quibuscunque autem ulterius indiguerint, in cujusque ea cedent onus.

II. Quilibet vir sive mulier, in Hospitali præd. admittendi, conferet bonum lectum cum requisitis & præterea omnia suppellectilia; prout quisque pro persona sua habere voluerit, & post mortem cujusdam licitum erit amicis eadem sibi mobilia appropriare solvendo defuncti exequias, quæque ad eas requirentur, nisi fortè de his testamento aliter disposuisset.

III. Prædictæ personæ liberæ esse debebunt a matrimonio, & præsertim a prolibus junioribus, prætereaque ab omni onere, ex quo præd. Hospitale aliqua ratione gravari posset, quæ etiam ostiatim mendicare non consueverunt; esse debebunt & vivere, ut bonos decet Catholicos Christianos, juxtà regulas & præcepta S. Rom. Ecclesiæ, boni nominis & famæ, quæ per vitam malam ad pauperiem non devenerint, sed propter senectutem diuturnumque laborem corpore & membris factæ impotentes, nullos alios reditus habent ad vivendum; pacificè, honestè & moratè viventes & conversantes; nemini dantes ullam offensionem percu-

percutiendo, calumniando, aut turpiloqnia effutiendo, sed pacificè, ut decet, inter se viventes, absque ulla inhonestate aut scandalo, sub pœna, in contrarium facientes, castigationis atque expulsionis ex præd. Hospitali, prout juxtà rei exigentiam visum fuerit: neque personæ hæ ullas frequentabunt tabernas aut symposia, neque nlli amicorum aut cognatorum apud eos ad pernoctandum hospitabuntur; neque viri nllas feminas neque feminæ ullos viros ad pernoctandum admittent.

IV. Si quando Missa, aut alia quædam divina fiant officia in templo *Zuychemensi*, iisdem quotidie diligenterque assistent; attamen omissis hisce, in Ecclesia, dum porta patuerit, preces suas fundere tenebuntur, quatuorque festis solemnioribus ad minus sacram Confessionem & SS. Eucharistiæ Sacramentum frequentabunt: quod si evenerit quendam eorum infirmari, alii aut aliqui eorum ad hoc ab infra scriptis Inspectoribus deputati, ægrotanti fraternè, fideliter, & non gravatè assistent, sub spe, si operâ eâ indiguerint, eandem recipiendi.

V. Eædem personæ omnia opera aliquo modo in præd. Hospitali facienda singulis septimanis per vices perficient: quæ tamen per morbum aut alias rationes ad hoc ineptæ aut impotentes fuerint, præd. Inspectorum judicio jussioneque excusabuntur.

VI. Præter alias preces quotidie in Ecclesia faciendas, priusquam vadant ad mensam, & similiter post mensam ante gratias, legent ad minus unum *Pater noster* & *Ave Maria*: item vesperi maturè domum revertentur, scil. in æstate intra horam 7. & 8. hyeme hora 5. Priusquam vadant cubitum, congregabuntur ad laudandum Deum; nnusque eorum dicet, " Charissime Domine Deus omnipotens, creator cœli & " terræ, lauderis, glorificeris, & benedicaris pro " omnibus bonis nobis impensis atque concessis, " rogamus te ut miserearis nostri, & liberes nos " ab omnibus peccatis:" ad quod alii respondebunt *Amen*: post hæc alius rursum dicet, " Oremus " pro Clementissimo Domino nostro Frisiæ, pro " Consiliariis ejus, pro Reverendo Domino *Viglio* " *van Zuychem* fundatore nostro, pro parentibus " ejus & amicis, pro Inspectoribus & Coädjutoribus, qui Hospitale hoc post fundationem ejus " conservant, & pro omnibus aliis nostris benefactoribus præteritis atque præsentibus, & pro " omnibus animabus mundo defunctis, ut Dominus " Deus harum misereatur, & quisque nostrum legat pro eis unum *Pater noster* & *Ave Maria*;" quibus lectis precibus quisque discedet.

VII. Utque hæc nostra fundatio & Hospitale melius conservetur, & eum bonn regimine decentiaque regatur, in hunc finem Inspectores seu Curatores constituimus, & hisce ordinamus Possessorem & Proprietarium domus nostræ in *Zuychem* illo tempore existentem Patronum, unà & Pastorem & Præbendarium in *Zuychem* illo tempore existentem, qui constituent Quæstorem super administratione bonorum a nobis huic Hospitali relictorum, talem ei assignantes mercedem, qualem ratinnabilem judicaverint, annisque singulis rationem ejus in præsentia Ludimagistri, patrisque Hospitalis excipient seu audient, deque superfluis pecuniis in bonum præd. Hospitalis & Scholæ ordinabunt, prout optimè expedire judicaverint: bonam insupèr sument inspectionem reflectionemque, ut bonum servetur regimen & regula, eodem quo dictum est modo: iidem quoque Inspectores unum ex præd. viris senioribus, eorum insignissimum eligent, vocarique facient Patrem aliorum fratrum; similiter unam ex feminis nominari facient matrem super alias feminas sorores, qui Pater & Mater curabunt ut domus suo tempore claudatur aperiaturque, jubereque poterunt aliis in omnibus rebus ad communem pacem & bonum ejusdem Hospitalis servientibus, cum consilio tamen Curati. Potestatem damus & auctoritatem 3. præd. Curatis ad comprimendos refractarios, qui se aliter gesserint quam docuerit, privandi a proventibus & eleemosynis, atque ex eodem Hospitali ejiciendi, aliumque ejus loco eligendi, aliamque regulam, si necessitas reqnirit, ordinandi, prout juxta temporis occasionem, conservationem, bonumque præd. Hospitalis expedire judicaverint.

VIII. Qui Inspectores advigilabunt apud ædituos, nt bonum aptumque assumant Ludimagistrum bonæ; sinceræ, Catholicæ fidei & doctrinæ professorem: dantes ei annuè in subsidium, præter id quod ab Ecclesia constitutum fuerit, 24. florenos aureos 25. st. Brabantinorum, præterea habitationis domum sitam *op de cleyne buyren*; & in usum Scholæ, ubi præd. 6. Scholastici, aliique pueri ibidem Scholas frequentare volentes, relinquimus & designamus cubiculum prædictæ domui annexum, prædictaque domus & cubiculum bene prius reparabuntur absque ullis Patroni sumptibus, deinceps ab eodem Patrono in *Zuychem* cnnservanda, quoniam eadem cedunt in honorem Ecclesiæ & bonum Communitatis in *Zuychem*: quisque Scholasticus habebit annuatim 12. similes flor. aureos, & Possessor ac Proprietarius domus in *Zuychem* prædict. Scholasticorum dnnationem concedit, qui tamen donatione hac aut Præbenda nnn ultra 5 aut 6. annos gaudebunt, nisi ob rationes notabiles; dumque hi desistent, Possessor præd. ut Patronus alios loco horum subrogabit: Scholasticis hisce Quæstor præd. convenienti tempore quotam suam distribuet, omnibus qoatuor temporibus 3. flor. aureos, hac conditione Ludimagister adolescentes, suosque discipulos cæremonialia Ecclesiæ benè docebit, ut aliis adolescentibus ibidem Scholas frequentatoris fini in exemplum, ad quod Pastor in *Zuychem* existens specialiter invigilabit: quod si quem defectum invenerit, cum consensu præd. Curatorum emendabit, prout expedierit. Tenebitur item Ludimagister discipulos suos omnes congregatim omnibus Dominicis & festivis diebus ducere ad Ecclesiam Parochialem in *Zuychem*, qui Scholastici illo tempore superpelliceis induti venient summum sacrum & verbum divinum audituri; idemque sacrum, aliaque divina officia cantaturi, finitoque summo sacro simul lecturi Psalmum *Miserere mei Domine*, & *De profundis*: post quæ Ludimagister leget collectam pro fundatore nostro, ac omnibus amicis nostris, omnibusque animabus fidelium defunctorum.

IX. In conservationem supra dictæ fundationis nostræ, & Hospitalis, sustentationemque septem personarum seniorum, Ludimagistri, sexque Scholasticorum, simul & anniversarii nostri in *Zuychem* servandi & celebrandi, notum facimus, quod, quandoquidem assignaverimus 12. millia florenorum 20. st. Brabantinorum in diversis reditibus Ordinibus Hollandiæ, Civitatique Amstelodamensi assignatis, assignationem eandem mutaverimus, & in majorem securita-

tem dederimus & reliquerimus, damus & relinquimus hisce certos reditus 650. florenorum annuatim nummo duodenario redimendos, nuperrimè a Majestate sua acceptos, in certis agris in Frisia, sitis in Parochia S. Jacobi, in sortitione aut tata portione, dicta sortitio *Theodori van Wyngarden*, prætereaque alios reditus 350. flor. annuè solubiles nummo 16. a Majestate sua impetratos, oppignoratos Dominiis ejus in Frisia; sic ut duo hi reditus annuè efficiant 1000. florenos, ut patet ex duabus Maj. suæ litteris consignatis, prima data 16. die mensis Jan. Anno 1576. secundùm stylum novum, secunda, data ultimo Decembris Anno 1566. Præd. hos reditus relinquimus & damus in perpetuum usum & necessitatem fundationis nostræ, reservato nobis, vitâ nostrâ durante, jure eadem bona mutandi. Quod si viventibus nobis, aut etiam post mortem præd. reditus a Maj. sua solvantur, tunc volumus & ordinamus, ut solutæ pecuniæ inde provenientes rursùm adhibeantur & applicentur in aliorum bonorum aut raditu um emptionem, sicuti licitum & concessum est in litteris a Majestate sua desuper impetratis.

X. Et de fructibus, ex præd. reditibus provenientibus, relinquimus & ordinamus pro anniversario nostro 12. fl. aureos annuatim, ex quibus Pastor Ecclesiæ in *Zuychem*, tum in remunerationem pro agro Pastorali, ubi præd. Hospitale ædificatum est, tum pro sacro annuè faciendo in Ecclesia *Zuychemensi* tempore fundati anniversarii nostri, cum obligatione id antea subditis suis indicandi, participabit 3. flor. aureos st. 28. Præbendarius *Zuychemensis*, qui etiam tempore anniversarii nostri in sacro & Ecclesia præsens esse tenebitur, pro mercede sua annua accipiet florenum aureum. Item quando anniversarium nostrum post obitum nostrum in templo *Zuychem.* servabitur, & *requiem* cantabitur, tunc Ludimagistro, a nobis fundato pro adjutorio cantati sacri, dabitur medius flor. aureus, & 6. Scholasticis a nobis similiter fundatis, qui etiam ad idem sacrum venire tenebuntur, dabitur cuique similago duorum assium, & 2. asses in parata pecunia, communibus aliis Scholariis numero 20. ad anniversarium nostrum venientibus, cuique distribuetur similago unius assis: similiter eodem tempore 7. senioribus in Hospitali nostro fundatis, in eodem sacro præsentibus, dabitur cuique similago 2. assium, duoque asses in parata pecunia: & reliquum 12. florenorum aut. annuatim superfluorum distribuetur pauperibus in *Zuychem* pro caleeis aut aliis necessariis juxtà Curatorum judicium.

XI. Et ad præcavendum, ne per malam aut dilatam Hospitalis nostri proventuum solutionem, fundatio nostra & distributio senioribus viris & feminis, Ludimagistro & Clericis facienda, sicut & cætera in hoc memorata, prolongentur aut retardentur, intentionis sumus præter testamentum nostrum in subsidium præd. fundationis legatare 748. Caroli florenos semel, ut per hoc, medium exspectandi detur, donec reditus præd. persolvantur, prædictoque Hospitali integro anno provideatur: quam summam post mortem nostram dari & numerari mandabimus præd. testamenti nostri executoribus, aut aliis quibus injunxerimus.

XII. Fundatio hæc nostra & ordinatio incepit atque inchoavit feria secunda Pentecostes Anno 1573. quo tempore Pastor in *Zuychem* in Parochiali Ecclesia *Zuychemensi* sacrum præd. anniversarii nostri de Spiritu S. celebravit, illudque ab ante Communitati publicavit, ubi tunc præsentes erant omnes in hac fundatione aut ordinatione nostra supra memorati ad unanimiter orandum pro salva & longæva vita nostra: verum post mortem nostram sacrum hoc fiet *Requiem*, dieque defunctionis nostræ celebrabitur.

XIII. In veritatis notitiam, majoremque omnium præd. securitatem nos *Viglius* supra memorati præsentibus hisce litteris aut instrumento publico propria manu nostra subscripsimus, a Notario publ. rogantes subsignari, iisque appendi sigillum nostrum consuetum. Actum Bruxellis in Comitatu Brabantiæ, & Archiepiscopatu Mechliniensi Anno Domini nostri 1576. stylo novo, Indictione 4. die 20. mensis Martii, Pontificatus SS^mi Patris nostri in Domino Deo Gregorii XIII. istius nominis Papæ Rom. IV. Præsentibus quoque Reverendis, Nobilibus, & prospectissimis Dom. & Magistris *Joanne Fonck*, SS^mæ Virginis M. Præposito atque Archidiacono Ultrajectino, *Nicolao Micault*, Equite & Domino ab Indevelde, Clementissimi Domini nostri Regis Hispaniæ in secreto ejus consilio Consiliariis, & *Joanne Dumboudere* etiam Equite, Consiliario, præd. Regiæ Majestatis Finantiarum Commissario, ut fide dignis testibus ad hoc a nobis vocatis & requisitis.

Infra videbatur loco primatio.

Ego *Joannes Goossens*, &c.

In membrana vitulina cum expendente sigillo in rubra cera, piæ memoriæ *Viglius*, longâ ligaturâ ex flavo & cæruleo holoserico contexta.

Ex Hospitali ad Epistolas Viglii MS. de quibus suprà in vita ex *Valerio* aliisque desumpta mentio, progredimur.

Litteræ quædam hujus Viglii *Politicæ* & *Historicæ* ad *Joachimum Hopperum*, Frisium, Equestris Ordinis virum, Dominum de *Dalem*, Rerum status Germaniæ inferioris apud Philippum Hispaniarum Regem Consiliarium & magni ejus sigilli Præfectum, auspicio Clarissimorum Virorum D. D. *Theodori Saackma* & *Aebisæ Andla* e tenebris erutæ, publicæ luci datæ sunt Leovardiæ in Officina *Henrici Rintii* CIↃ. IↃC. LXI.

Hopperi hujus ad pagum *Hemelum*, ex quo originem traxit, meminimus, constantemque ejus in avitam Cath. fidem animum adstruximus; qui & ex iisdem litteris quas, quia dudùm proditæ, prælo iterum non committimus, dilucidè confirmatur.

Sed præter earum litterarum Codicem integrum, alia litterarum Viglii ejusdem MS hactenus inedita volumina ex Vigliani Collegii Lovanii Archivo nacti sumus, pleraque manu *Adriani Goudani* eleganter descripta, qui videtur fuisse *Adrianus Mangotius*, nam sic se inscripsit in Epistola ad *Corn. Musium*, qua ab eo petit in inopia sua aliquod levamen.

His MS. Codicibus ex inter ceteras continentur, quas ad *Erasmum* dedit *Viglius*, quarum aliquæ solùm luci exhibitæ in Delid. Erasmi nova editione adornatâ Leidæ Anno 1703.

Dum aliæ opportuno tempore fortè luci publicæ dabuntur, eas quas ad Erasmum, tanti nominis in Batavis virum, scripsit, tanquam res & personas patrias etiam pro magna parte spectantes, hic primùm dabimus; subministraturi etiam aliquas *Erasmi* hactenus ineditas.

His

His mox ſubmittemus præſtantiores quaſdam, quas ad Philip. Melanchthonem, Andr. Alciatum, Petr. Bembum & Jacobum Fuggerum, ejus ævi celebriores & a politiori ſcribendi arte maximè commendatos viros, *Viglius* conſcripſit; maximè cum plures ex his aut in patriæ laudem exaratæ ſint, aut patriæ Eccleſiæ præſentem ſtatum oculis objiciant.

His meritò jungendæ *Viglii* litteræ ad *Ant. Perenottum*, Atrebatenſem primò Epiſcopum, dein Arch. Mechlinienſem ac Rom. Eccl. Cardinalem, in quibus de gravibus Eccleſiæ negotiis, inprimiſque de Concilio apud Tridentum congregato prolixus ſermo eſt.

Alias viris aliis illuſtribus conſcriptas ad loca, undè orti ſunt, dabimus.

Ab his, quas *Eraſmo* inſcripſit *Viglius*, exordimur.

ERASMO ROTERODAMO.

Studium ſuum erga *Eraſmum* prodit *Bern. Buchonis*, Hagæ-Com. Decani, patrui ſui, nuper mortui, hortatu.

INTER tot pulcherrimas virtutes, doctiſſime *Eraſme*, quæ vel ſingulæ immortalitatem tibi parere poſſent, maximè incomparabilem tuam eruditionem, & expoſitam omnibus humanitatem admiramur. Illa effecit ut totus orbis Latinas litteras veluti captivas poſtliminio receperit, hæc quotidiano nos deſiderio titillat, atque adeo excitat, ut quamvis humi ſerpamus, atque ad tuæ doctrinæ majeſtatem velut ad Solis radios caligemus, optare tamen ut in notitiam tuam recipiamur audeamus. Nec potes, vir humaniſſime, hoc noſtrum deſiderium vitio nobis ducere. Etenim cum tua humanitate tam multos delectes atque ornes, cur non & nos tuam benevolentiam expetamus? cum litterarum ſtudioſi ſimus, cur te earum parentem non colamus? cur juvenes tam venerandam ſenectutem pio aliquo non demereamur obſequio? cur denique & iſtius noſtri erga te animi ſignificationem ingratam tibi fore credamus? Ego ſane, venerabilis *Eraſme*, ita ſtatim a pueris erga te ſum affectus, ut non alius mihi vehementior ad ſtudia ſtimulus fuerit, quam ut ſic proficerem quò tuæ me inſinuari benevolentiæ poſſe ſperarem. Quod etſi nondum ſum aſſecutus, tanto tamen tui deſiderio quotidie incendor, tantaque mihi in tua humanitate poſita ſpes eſt, ut nec meo quidem propoſito ab temerario iſto ad te ſcribendi auſu prohiberi quiverim. Vel Polyphemo potius huic adſcribe, qui ſic te mihi prædicavit, ut quamlibet paganus ad ſacra Muſarum accedere audeam. Vel ſi vis, dona id *Carolo Sucqueto* juveni hoc tuo erga eum amore digno, qui meam etiam impudentiam ſua exhortatione auxit. Saltem hunc unicum fructum habeam perpetui mei erga te amoris, ut ſemel ineptè ad te ſcribenti venia mihi detur. Maluiſſem ex præſenti tecum colloquio aliqua notitiæ ſemina jeciſſe, antequam ad ſcribendum abſenti accederem. Sed nunc voluntatem meam remoratur Baſileenſis tumultus: aliquando tamen me beatum putabo ſi te videre potero. Quod cum ipſe jamdiu deſiderarim, tum me patruus quidam meus ſæpè hortatus eſt. Is fuit *Bernardus Bucho*, Decanus in Haga-Comitis, cujus benignitas ſtudia mea ſemper aluit. Nuper verò ex vivis diſcedens triſtiſſimo mortis ſuæ nuntio me affecit, liberaliter tamen ſtudiorum meorum impendiis teſtamento proſpexit. Vellem te intelligere quantum is te amarit, quam fideliter contra inſanos quoſdam crabrones defenderit; nam & ex ejus nomine de tua benignitate majorem ſpem conciperem. Tamen eam tu erga omnes comitatem præ te fers, ut non aliorum adminiculo opus ſit, ſed tuapte natura ad redamandos homines tui ſtudioſos admonearis, impellariſque. Confido itaque, eruditiſſime *Eraſme*, eſſe te æquo animo ſuſcepturum hanc meam epiſtolam, qua compulſi ſumus quem erga te gerimus affectum expromere. Nec diutius me potui (ut ex animo loquar) continere, quin quantopere te amarem epiſtola teſtarer, cum ex tuis ſchedis, quas multi Phileraſmii cum Carolo legimus, nebulonis iſtius H. E. improbam nequitiam cognoſcerem. Sæpè pro te contra N. ſtetimus, qui ſi noſtris obtemperare conſiliis voluiſſet, in viam rediens ſpontaneam hanc infamiam evitare potuiſſet. Quando ſic vult, accedat tuo catalogo, in quo hujuſmodi portenta poſteris es nota redditurus. Oro autem te, doctiſſime *Eraſme*, ne ex hujuſmodi beluarum inſana virulentia de candidiſſimo noſtro erga te pectore diffidas. Quicunque tibi malè vult, eum & nos hoſtem noſtrum eſſe judicamus. Nec id nunc ſcribo, ut epiſtolam tibi extorqueam, tantum enim nunquam ſperare ſum auſus; ſed ut me profuſiſſimè te amare intelligas, paratumque eſſe ut pro virili ab utiliſſima ſtudiorum tuorum quiete, improbiſſimorum nebulonum furorem propellam. Vale, unicum orbis noſtri decus. Ex Dola ad 15. Cal. Mart. 1529.

ERASMO ROTERODAMO.

Beatum ſe prædicat, quod litteræ ſuæ gratiam apud *Eraſmum* invenerint; mentionem rurſum injiciens patrui *Bern. Buchonis.*

ETSI non mediocri temeritatis meæ pœnitentia afficiebar, qui ad te litteratorum omnium principem litteras meas ignotus dare auſus fuerim, magnam tamen contra nunc ex eventu (qui longe meam expectationem ſuperat) voluptatem capio. Nec mihi potuit quicquam jucundius accidere, quam quod illæ litteræ tam ineptæ gratiam tamen aliquam apud te invenerint. Jam certè quærebam qui impudentiæ meæ culpam apud te deprecarentur; & ipſe te ſic æquum benignumque offers, ut quod ego excuſare voluerim tu non modo in meliorem acceperis partem, ſed laudi etiam adſcripſeris. Cum tu verò adeo benignus ſis peccati mei cenſor, vix mihi conſto, aut qua ratione viciſſim tuæ humanitati reſpondere debeam ſcio. Illud verò quod ex veteri amicitiæ lege ad rerum communionem abs te invitor, pudore ac verecundia denuo me afficit, dum tam largam mihi fidem tuæ erga me benevolentiæ facere dignaris. Impudentiſſimus autem ſim ſi ultronei tui beneficii alium ſponſorem exegero. Nec mihi ſanè iſthoc pacto quicquam reliqui facis, quo ego tuæ in me benevolentiæ ſatisfacere poſſe credam. Pudore etenim haud levi afficior, cum pro tam grandi beneficio tam tenuem referendæ gratiæ facultatem ſupereſſe mihi perſpicio. Quod ſi tamen fortuna animo reſponderet, & quantum velim poſſem quoque, reipſa declararem quanti *Eraſmum* faciam. Porro patrui mei *Buchonis*, cui tecum olim non ingrata conſuetudo interceſſit, eadem exhortatio fuit, ut litterario ſtudio gloriam aliquam quærere conniterer. Idipſum verò quanta alacritate a te audierim, dici non poteſt. Non deſiſtam autem donec utriuſque voto reſpondero. Sed quid quæſo Ornithoplutus ne ille tuus ſuſpendio proximus eſt? Sic tollantur quotquot ſimili furia tui animi tranquillitatem infeſtant. Nec alter ille vivere diu poteſt, cum præter corporis morbum meos quoque illi non ſatis ſana ſit. Cogita autem te hujuſmodi monſtris domandis in cœlum ire, nominiſque tui gloriam illuſtriorem reddi. Quin & Herculis virtus

tus incognita mansisset, nisi tot ærumnis exercitata fuisset. Hajonis nostri majorem in modum fælicitati gratulor, cui quotidiana consuetudine tua frui contigit. Ex animo autem precor, ut quam diutissimè diligentissiméque omni officio obsequioque eam tueatur. Habet autem eam tui amor energiam, ut in plures συμφιλοῦντας transfundi cupiat, unde & nos, ubi tanto a te amoris amplexu suscepti sumus, nobis ipsis non satisfacimus, nisi plurimos nobiscum in ejus communionem trahamus. Vale, Dolæ 23. Martii 1529.

ERASMO ROTERODAMO.

CUM Venetias me contulissem ob solennem (uti scis) ibi Dominicæ Ascensionis celebritatem, commodum eodem tempore illuc Ephorinus cum tuis ad me litteris appulit. Eademque hora & alteras ab *Baptista Egnatio* accepi, in quibus tantum adjeceras, epistulam prius missam denuo te mittere per Cyprium quendam, qui nusquam tamen apud nos apparuit. Et *Egnatius* a *B.belis* famulo litteras sibi traditas ajebat. Ego autem prioribus jam pridem antea responderam.

Bapt. Egnatii,

*Tali verò Vicario, quando te ipso frui non licet, valdè gavisus sum, tibi etiam non vulgares gratias agens quod litteris tuis notitiam mihi apud illum præstruxeris; quam ego ex mea parte omni studio excolere pergam. Patavium autem illum deduxi, omnibusque quibus potui officiis hactenus adjuvi. Quem & hoc amplectar arctius, quod in eodem erga te affectionem animique sinceritatem concurrere mihi videatur. Unde & me frequentissimè tui mentione exhilarat. De Germano illo non omninò malè conjectasti. Quid mirum autem mihi cum eo parum convenire, cum sibi temperare nullo modo ne apud *Anselmum* quidem possit, cum quo tamen illi communis patria est, & cujus judicium pluris facere debebat, quam meum.* Ego autem quibus cum ipso conditionibus convenerim, nuper perscripsi. His hactenus utcunque apud me stetit, conviciisque abstinuit. Nuper nonnullum illi aculeum infixi, ostensa nuncupatione tua ad Turzonem Episcopum in *Psal.* 38. Ex illius enim beneficentia diu ille sustentatus est, & adhuc quotannis ab eodem viaticum poscere solet. De Italis autem ita illi penitus insita opinio est, evelli ut nullo pacto queat: eos enim perpetuo ille vult incomparabiles esse. Porrò apud cæteros dissimulo; nec ipsi satis quod sentiunt, exprimere audent, & hoc ferè auctore uti solent.

Italicæ gentis,

De Amphitheatro nuper aliquid promisi; de quo possem nunc longissimè scribere, nisi vererer ne serias aures tuas ejusmodi nugis offenderem. Nam ne quid ignores, fuit & *Viglius* in Amphitheatro, omniaque diligenter perspexit. Opus est ligneum multis imaginibus insignitum, multisque undique capsulis refertum: tum varii in eo ordines & gradus. Singulis autem figuris & ornamentis sua loca dedit, tantamque mihi chartarum molem ostendit, ut etsi semper audierim *Ciceronem* uberrimum eloquentiæ fontem esse; vix tamen induci ante potuissem, ut crederem unum Auctorem tam late patere, totque ex eo volumina consarcinari potuisse. Auctoris nomen tibi scripsi, *Julius* quippe *Camillus* vocatur. Est autem valde balbus, & Latinè ægrè loquitur, hoc se prætextu excusans quod styli perpetuo exercitio loquendi usum prope amiserit. In vernacula tamen Lingua aliquid valere dicitur, quam etiam aliquando Boniæ professum eum ajunt. Cum rogarem de operis ratione institutoque atque successu, cuncta religiosè quasi obstupescens rei miraculo, chartas aliquas objecit, easque recitavit, sic ut numeros omnes & clausulas totumque artificium exprimeret Italicis modis, sed valdè imparibus propter linguæ impedimentum. Rex urgere dicitur, ut redeat tandem in Galliam cum magnifico opere. Sed cum Latina omnia debeant in Gallicam Linguam volente sic Rege transponi, in quam rem Interpretem Scriptoremque conduxit, fit ut profectionem differre cogatur, ne semiplenum opus exhibeat. Hoc autem theatrum suum Auctor multis appellat nominibus, aliquando mentem & animum fabrefactum, aliquando fenestratum: fingit enim omnia quæ mens humana concipit, quæque corporeis oculis videre non possumus, posse tamen diligenti consideratione complexa signis deinde quibusdam corporeis sic exprimi, ut unusquisque oculis statim percipiat quicquid alioqui in profundo mentis humanæ demersum est. Et ab hac corporea etiam inspectione theatrum appellavit. Cum rogarem num aliquid scripsisset ad opinionis suæ defensionem, cum multi hodie sint, qui studium hocce de imitando *Cicerone* improbarent, respondit in eam sententiam multa a se scripta, nulla verò adhuc edita nisi paucula quædam in Lingua Italica, in Regis gratiam. In animo verò habere de eadem re suam publicare sententiam, ubi quietem impetraverit, opere videlicet perfecto, cui totus incumbit, & ut ipse prædicat, in quod mille & quingentos jam ducatos impendit, cum Rex tantum quingentos adhuc donarit: a quo tamen amplissima munera expectat, ubi operis fructum senserit.

Amphitheatri,

Cum *Bembo* nequeo eam quam cupio familiaritatem mihi parare. Nec enim satis adhuc Italicam Linguam calleo, nec audeo esse molestior, cum ille Latina non satis lubenter utatur. Si quando saluto interpretem paro, vel ut umbra aliquem consector, qui Italicè cum eo loqui possit. Cum *Egnatio* non satis ei convenit: causam dissidii ignoro. *Bembus* autem se diligenter purgat.

Bembi,

Hoc autem nuper admodum intellexi. Nam cum *Alciatus* ad nos scripsisset, pestem Biturigibus recrudescere, ac se alias sedes quærere, cupereque inprimis venire Patavium: ego cum alios nonnullos tum & Bembum interpellavi, ut illius voluntatem adjuvaret, scriberetque Venetias ad eos quibus Academiæ procuratio commissa est; tum etiam ut Egnatium exhortaretur, quò hoc negotium nominatim illi ab ipso *Alciato* mandatum sedulò obiret. In cæteris quidem operam ille omnem obtulit, ad Egnatium verò scribere se non posse excusavit, testatus illius erga se odium. Monuitque ut si *Alciati* causæ vellem consultum, tacerem apud *Egnatium*.

Alciati,

Sucquetus quæ ad te, eadem quoque sæpius jam ad me ex *Taurino* scripsit, ubi hactenus omnia ei ita arrisere, ut nullis epistolis huc evocari a nobis potuerit. *Lazarus Bonamicus* Bononiam redire meditatur, credo quia Cardinalis *Campegii* filius, quem ipse hic privatim instituit, Episcopus Bononiensis factus sit. Quidam quoque illius studiosi vehementer contenderunt adversus Romulum Amazeum conditionem ei parare, & quoniam Romulus cedere recusat, jam subornantur adolescentes, qui causam apud Præfectum Bononiensem declament. Itaque Longolianas rursus actiones expectamus. Bene vale, optime maxime Domine, Patavii 8. Junii A°. 1532.

Card. *Campegii*, aliorumque hic meminit *Viglius.*

ERAS-

ERASMO ROTERODAMO.

BONONIAM rediens VI. Iduum Februarii litteras tuas, doctissime *Erasme*, accepi Nonis Novembribus datas; quas cum diu exoptassem, gavisus sum tandem voto me potitum, atque eum litterarum fasciculum tibi redditum, cui *Bembi* multorumque aliorum litteras incluseram. De epistolis ad adolescentes mihi charissimos & quos tibi commendaram magnas ago gratias, id quod & ipsi facturi sunt. Cum hæc scripsi, uterque erat Venetiis. Itaque tarditati illorum quæso ignoscas. *Florentius* optimè erga causam tuam est animatus, & spero eum aliquid effecturum. Novus Præses Mechliniensis, *Briardus* nomine, illi affinis est, qui ipse *Micaultii* est gener, quem scis in rebus pecuniariis illic dominari. Et arbitror Reginam *Mariam* benigniorem erga te fore, quam fuit *Margareta*. Utcunque res cadat, tentasse nil nocet. Quid mihi cesserit commendatio tua ad *Petrum Bembum*, antea significavi. Vereor tamen ne illum Ciceronianorum parentem & patronum aliquid offenderit epistola tua ad me inter Palæneas, tamen ejus adhuc nullum signum animadverti. Nec est cur illius alteriusvè gratiam præhabeam tuis istis luculentis in me beneficiis, quibus me studiosis commendare studes. Sed tamen venor hic semper aliquid majus, quo communia professionis nostræ studia proveham atque adjuvem. Ut ille qui ea in re multum mihi prodesse potest non sit a me negligendus. Et hæc Italica professio, quæ utplurimum, quemadmodum scis, ambitione fovetur, non modo retinere me, sed etiam acquirere amicitias hic jubet; cogorque hic ad aliquot menses esse ineptus. Tum mihi animus est Italiæ valedicere, quod etiam amici mihi suadent; inter quos habeo unicè mihi faventem *Matthiam Helt*, eum qui Cancellarii munere apud Cæsarem fungitur. Ac nuper bonam mihi spem splendidæ alicujus conditionis in Camera Imperii fecit: & perficere potest, si quantum se mihi favere ostendit, tantum reipsa conetur. Est autem ille apprimè doctus, ac de studiis nostris studiosisque omnibus & de te amborum patrono benè sentit: quod etiam si usus feret reipsa experiere. Nec dubita si quid forte erit quod in illa aula desideres, quin hoc fautore facile impetres; potest enim plurimum, & *Erasmo* optimè vult, ac me etiam ideo visus est pluris facere, quod tibi non omnino displicere intellexisset. De Bononiensi Conventu parum est quod significare certò possim. Secreto enim domesticoque colloquio inter Pontificem ac Cæsarem acta & transacta omnia. Fœdus autem inter Italiæ Principes illis auctoribus ictum esse constans est fama. Cumque ego essem Bononiæ, Duces aderant tres, Mediolanensis, Sabaudiæ, & Florentinus, gener destinatus Cæsari in Pontificis gratiam. Cardinalium magna quoque aderat turba, quorum duo nuper ex Francia advenerant, eorumque vulgò superba & iniqua ferebatur petitio. Interfui etiam cum ab Æthiopiæ Rege, quem *Pretojanem* vocant, Legatio in publico Cardinalium consessu præsidente Pontifice audita est. Ea novam significabat illius religionem ac devotionem erga Sedem Apostolicam; a qua sese in obedientiam, in filium ac Regem Romanæ Ecclesiæ recipi petebat, multaque alia quæ non lubet commemorare. Nec est opus cum plerique existiment Pontificis esse commentum, quo majorem sibi apud alios venerationem afferat. Ut tempus ei fabulæ idoneum delectum est: nam paulò antè solenni pompa Cardinalis Tridentinus multis Germanis comitatus in Collegium publicum deductus fuerat, quos putant talibus adhuc imposturis & præstigiis capi posse. Cæsar abitum in Hispaniam parat, & ab Augusta Barcinone expectari dicitur. Habes aulicam Historiam. Monueram te nuper de Cypriani vita & Ambrosii libris, quos Chrysostomus penes se habet. Ac ex silentio quid velis propè colligo. Bene vale, incomparabilis patrone. Patavii 8. Calend. Martii 1533.

Matthias Heltius munere, & doctrina commendatur.

Bononiensis Conventus,

Cæsaris ac Rom. Pont. colloquium,

Æthiopiæ Regis Legatio ad Rom. Pont.

ERASMO ROTERODAMO.

LITTERARUM tuarum fasciculum, doctissime *D. Erasme*, redditum mihi esse ex novissimis litteris meis constare tibi potuit. *Alogus* nondum ad nos rediit, expectatus diu a multis non tantum nostratibus, sed a *Bembo*, *Bonamico*, atque aliis doctis, quorum hic familiaritate usus est, & in quorum rationibus nomen suum pro mnemosyne reliquit. Scribit tamen aliquando de Sacerdotiis conditionibusque amplissimis, atque ejusmodi fumis interea lactat creditores. De studio quod mones facturus sum, non ut valetudini, sed ut fortunæ consulam, ac amicorum suffragiis utar, dum illi me adjuvare & possunt & cupiunt. Hic annus mihi fuit submolestus; sed tamen fructum ejus non mediocrem sentio, præsertim in Jurisprudentia. Antagonistæ mei invidiam & impetum jam devoravi: quanquam sanè principia mihi fuere difficilia, præsertim non assueto adhuc Italicis ingeniis & technis. In Archiepiscopi Cantuariensis locum audio successisse quendam, qui superiore anno apud Cæsarem functus est legatione, & a plerisque commendatur ob humanitatem & doctrinam. Non dubito quin ille pensionem tibi salvam esse curabit, modò admonitus fuerit: cum etiam jure eam exigere constituto Procuratore possis. Multoque satius est aliquam partem Procuratoribus erogare, quam totam amittere. *Zachariam Dejotarum* non novi, nisi ex tuis litteris. Ac utinam plurimi Frisii in ejus locum qui te æquè ament succedant: arbitror enim ad nationis nostræ laudem pertinere, si ea tua agnoscat merita, dignamque se tuo amore præstet. *Hoxvirius* certè eruditione & genere nulli nostri nostratium inferior, candore & veneratione tui (uti spero) mecum contendet; ac gaudeo illum in tuum album adscriptum esse. Mihi cum illo multæ intercedunt benevolentiæ causæ; patria, parentum necessitudo, vicinitas, & amicitia in studiis contracta, ac epistolis etiam dum absumus religiosè observata. Alter ille, cujus meministi, ne non corporis solum, sed & animi morbum in Italia contraxerit. *Haya Caminga* cœpit in me esse frigidior, quod eum non accuratius commendarim eum apud te habitaret. Sed quæ hic est culpa eum ego ipse adhuc patrono apud te egerem admissus primum ad mutuam benevolentiam: & cum tu etiam ipsius virtutes satis posses ex quotidiano convictu per te intelligere. De pensione persolvenda Quæstoris filius benè sperat: ac diligentissimè ea de re ad patrem scripsit, enixè eum obtestatus ut causæ tuæ omni studio opituletur. Sub hyemem verò ipse in patriam rediturus est, ac ibi præsens, quoad fieri potest, negotium tuum procurabit. Alterius adolescentis patrem hic expecto: nec tibi hoc beneficii, quo illum affecisti, peribit. De Adagiis locuple-

Eruditi Frisii, Erasmo addicti.

pleratis debeat debebuntque tibi semper studiosi omnes, quibus ex ea re incredibilis accedit fructus. *Hieronymus Aleander* Legatus nunc est Apostolicus apud Senatum Venetum; & de libris, qui publicè vendi possint, censuram accepit. *Hieronymus Vida*, cujus extat de arte Poëtica carmen, Episcopus factus est, cum nuper Bononiæ sex Christeïdos libros Pontifici Max. obtulisset. *Romulus Amazeus* nuper quoque edidit Xenophontem Latinum. Et Venetiis sub prælo est opus quoddam *Bartholomæi Riccii* de Elocutione, quod miris laudibus Itali extollunt. Mitto nunc præfationem in vitam Chrysostomi. Dedit mihi quoque *Zanchus* Canonicus Ambrosii Sermones contra Arrianos, & Cypriani passionem, quæ mittam ad te alias: nam ille postulavit ut ipse describenda curarem, ac exemplar ei relinquerem. *Bembus* me humaniter amplecti pergit. Ac nuper etiam ab eo impetravi ut Institutiones Græcas mihi edere liceret, præfationemque illi exhibui: in qua cum muneris accepti gratam facerem commemorationem, alium promeruit librum τ̃ παρὰ Justiniani, multò emendatiorem plenioremque quam sit is qui ab Holoandro editus fuit. Et spem concepi alia me ab eo consecuturum. Vale. Patavii 17. April. 1533.

Hieron. Vida carmen,

ac variæ Lucubrationes factæ.

ERASMO ROTERODAMO.

Etsi nihil hoc tempore habebam quod dignum erat ut ad te scriberem, doctissime *D. Erasme*: tamen cum *Florentius* meus acceptis a patre litteris respondere tibi cuperet, & sine meis litteris suas mittere commode non posset, lubens illi hanc operam impendi: præsertim cum jamdudum nugis meis atque inanibus litteris veniam dare consueveris. Et nisi vererer ne patientia tua abuterer, possem in præsentia longas contexere fabulas, "quas hic nuper egerunt Au-"gustinenses Fratres, quorum hic Synodus fuit, "ut superiore anno Carmelitarum. Vix autem "credas quæ hic disputationes seu verius alter-"cationes inter Italicos & Parisienses Magistros "fuerint." Ac cum mos sit propositis thematis convenire aliorum Ordinum Monachos ad disputandum, hic pro Scoto & Egidio gravissimæ sæpè controversiæ & rixæ multis clamoribus agitatæ. Fuerunt tamen ferè Logicæ & Physicæ conclusiones: nisi quod Parisienses articulos aliquot *Lutheri* reprobarunt: & Tholosanus quidam Monachus in omni (ut ipsi loquuntur) scibili propositis conclusionibus, atque etiam, si Diis placet, in Jure, in primo mox congressu turpiter manus dedit: & qui universarum Encyclopædiam promiserat, singularum vix rudimenta didicisse se ostendit. Ac interea de Republica illorum diu inter ipsos consultatum. Cumque de nonnullis Monachis diminutæ M^tis reis supplicium decrevissent, parum a tumultu res abfuit, dum condemnati in Scholasticorum se tutelam dedunt, a quibus fortiter fuere servati. "Atque has Monachorum controversias nos hic "aliquamdiu risimus." *Legat* nuper hac transiit, dissolutoque ære Romam profectus est. *Joannes Chrysostomus* Ravennam est ablegatus. *Ambrosii* penes me sunt Sermones: eos curabo cum commodè potero ut accipias. Pontifex ferebatur Niceam profecturus, ut cum Gallo de restituenda dignitate sua colloqueretur; sed res dilata est. In Italia alioqui nullus belli rumor. Coronem in Peloponneso Turcicus miles frustra sæpe tentavit. *Andreas Auria* cùm Genuensi & Imperatoria classe in subsidium exivit. *Bembus* quiete sua se oblectat, ac in Venetam Historiam omni studio incumbit, cujus mihi gustum præbuit, & eandem in lucem propediem daturus. *Baysius* quoque reditum petita missione molitur. Præterea hic nihil habemus. Bene vale. Patavii 8. Calend. Julii 1533.

Monachorum, præcipuè Augustin. & Carmelit. Synodi, ac altercationes.

Lutheri articuli a Parisiensibus damnati.

ERASMO ROTERODAMO.

Non mediocriter equidem sum gavisus, cum scrupulum, qui multo mihi magis fuit molestus quam tibi, ita utrique nostrum per te exemptum esse, ut uterque alterum vehementius posthac sit amaturus. Nam tu postquam cognoris me non fuisse in culpa, ac hujus etiam suspicionis occasione mei in te animi declarationem acceperis, *Viglium* posthac magis tua benevolentia uti spero dignum duces. Prudens certè nunquam committam quominus tuum favorem promerear. Hac autem in re æquitatem tuam animadverti, qui non ilico exorta suspicione me damnaris, sed purgandi copiam feceris, & obtestationi deinde meæ non gravate fidem adhibueris. Absit autem ut me ψιθυριστὴς quispiam a tui amore & veneratione, quem ego supra omnes mortales plurimi facio, alienet. Absit ut ego unquam cogitarim illum a tuo avertere obsequio. Absit ut ego cuiquam credam extra meam causam *D. Erasmum* posse sibi in animum inducere ut de me parum amicè sentiat, qui me nihil tale meritum tantis præconiis honorarit, tantoque semper amore prosecutus fuerit. Ego ut te revisam operam dabo: ac si me hinc expedire potero cum *Bonifacio* adero. In hoc proscenium haud magna cum fiducia descendo, æquiores tamen nobis erunt quicunque tandem nostra legere dignabuntur, si non cum iis quæ ab *Aciato* vel *Zasio* professionis nostræ *Coryphæis*, sed quæ a vulgo τ̃ φιλοδαγτύλων eduntur, nostra contulerint. Vale, ac *Viglium* amare ac fovere perge. Basileæ XIIII. Decembris Anno 1533.

ERASMO ROTERODAMO.

Diuturni silentii mei moram, *Erasme* doctissime, prolixa aliqua epistola de iis rebus, quarum rumor ubique jam spargitur, deque mea fortuna, quam tibi pro summa tua erga me benevolentia curæ semper fuisse cognovi, resarcire certè dudum cupivi. Quominus tamen id hactenus perficerem, anceps ac incertus earundem rerum eventus in causa fuit. Et ego semper lætum aliquem hujusce belli exitum expectabam, quo scribendi ad te jucundiorem haberem materiam, tuque minus susceptæ a me periculosæ hujusce conditionis consilium improbares. Nam ego postquam a te abiens Coloniam veni, cum cogerer illic propter cæli intemperiem aliquantum temporis commorari, diversatosque essem apud Conterraneum quendam meum Doct. *Joannem* Documensem Frisium, "cœptum illic "est agi mecum nomine Episcopi Monasterien-"sis, ejusdemque Osnaburgensis & Mindensis, "Ecclesiarum Administratoris, ut Ecclesiasticæ "Jurisdictionis munus, quod in ea provincia ma-"ximum est, (Officialatum vocant) susciperem, "taleque offerebatur honorarium, ut ego qui mea sponte in occasionem perdiscendæ forensis praxis eram intentus, accedente præsertim suasu

Officialis munus a Monaster. Episcopo *Viglio* delatum.

suasu atque exhortatione conterranei illius mei ad provinciam eam trahi me paterer, ea tamen lege ut mihi jamdudum patriam revisere cupienti ad Calendas usque Maji abesse liceret. Vix susceperam conditionem cum nunciatur, quanti illic novi tumultus ab Anabaptistis imminerent. In Hollandiam verò ac Frisiam veniens crescente in dies ea Secta magnorum tumultuum exordia illic quoque comperi. Profugiebant enim passim cives ac pagani, contractoque viatico novas res moliebantur, ac numerosa turba promiscui ordinis, sexus, atque ætatis sese in naves conjecerat Monasterium petitura. Sed intercepti sunt ab *Georgio Schenck*, Frisiæ ac Transisulaniæ gubernatore ad Vechtæ fluvii ostium uno infra Zvollam milliari. Cœpit me mox non mediocriter ejusce conditionis pœnitere, sed unum consolabatur quod Episcopus vigilantissimus undique provideret, quo phanaticæ seditiosæque Sectæ occurreret. Qui dum non aliter civium motus compesci posse videt, contracto celeriter equitatu vias omnes, quibus in urbem commeatus inferri solet, obsidet, ac communicato cum vicinis Principibus consilio, exercitum ad duodecim peditum millia conscribit, eumque subitò ad urbis obsidionem collocat. Honestiorum civium melior pars partim jam antea urbe profugerat, partim sub obsidionis initium exacta est. Nam cum rebaptisari, ac sua in commune conferre, novisque per omnia opinionibus accedere nollent, in hostium numerum ab altera factione redigebantur. Longum verò fuerit quibus initiis florentissima urbs in eam calamitatem devenerit, totamque hujusce diutinæ obsidionis Iliada pertexere. Ac ita sunt profectò pleraque admiranda ac horrenda, ut ab hujus civitatis miserrima clade cæteræ urbes exemplum capere, & insaniæ suæ modum ponere, discere possint.. Sub Agrestium autem fatalem illam tempestatem, quæ totam penè Germaniam pervagabatur Anno 1525. apparuit horum tumultuum quasi quoddam procemium. Nam & tunc illic cœpere gravamina adversus Clerum colligi, eorumque prætextu audacissimus sceleratissimusque quisque ex plebe, urbana Monasteria divexare, & manè illic imperiosè jentacula flagitare, unde offariorum nomen illis tum est inditum. Magistratus verò magis conatus est quam potuit eam insolentiam coercere. Quamobrem supremi ordinis Canonici, quorum magna ibi esse solet auctoritas, non sine gravi indignatione urbe excedentes, totum tum penè annum absuerunt. Tandem ea res auctore Coloniensi Archiepiscopo, cujus frater erat is qui tum Monasteriensem Ecclesiam regebat, composita est. Sed semel jacta seditionis semina quotidie magis pullulaverunt, præsertim postquam libros quoscunque impunè importari legique permissum fuit, ut Magistratus sive in odium Cleri, sive in plebis gratiam, ad concionatorum licentiam conniveret. Qui ab Lutheranismo auspicati, cui facilè quisque e plebe applaudebat, per crebras dogmatum innovationes in hanc detestabilem Sectam Anabaptistarum tandem prolapsi sunt. Quæ non unum simpliceinve errorem continet, sed omnium hæreseôn quasi quædam lerna est. Auctor verò præcipuus *Bernardus Rothmannus*, qui cum in trivio primas litteras aliquamdiu docuisset, ad Capellani tandem officium in quadam suburbana Parochia promotus fuerat. Hic verò majore fretus facundia quam doctrina plaustrum quod dicitur suapte sponte primum perculit, populumque ad novas res pro-

difficillimus temporibus; grassante nimirum per Vestphaliam, Holland. ac Frisiam Anabaptistarum lue;

omnium hæreseon lerna; cujus propagatores Bernard. Rothmannus,

pensum facilè in suam traxit sententiam. Quamobrem ante biennium sub novi Episcopi inaugurationem plebem ad abolendas omnes ceremonias concitavit. Quæ tamen res non sine nova turba peracta est, ac jam tum aliquod belli erat præludium, sed ei Langravius Hassiæ intercessit, concionatorum nulla pacta conditionesve attendentium gliscente indies licentia, adeò ut inter ipsosmet, qui novis rebus studebant, opinionibus dediti erant, grave dissidium exoriretur. Nonnulli enim cum mutari non tolli incommoda videbant quæ a Clero inferri querebantur, resipiscebant, quidam inter Lutheranæ doctrinæ septa permanebant, alii & Zvingliana dogmata recipiebant. *Bernardus* traductis ferè in suam sententiam Zvinglianis Anabaptistarum dogmata subingerere cœpit, quibus ipse nova quædam & planè horrenda adjecit. Sustinebatur autem multorum peregrinorum turba, præsertim Hollandurum, qui patria profugi ministros sese *Bernardo* addixerunt. Quidam ex his ab occepta casearia negotiatione, cum antea sacrificus fuisset *Keespaep* dictus est. Alius quod solet lucernas in templis jubere extingui, abusum detestans ab ipsa voce qua uti solet, *Puisfuth* cognominatus est. Tertius *Rollius* quidam fuit, is sub natalem Domini cum Rothmannicis libellis plenis supradictorum dogmatum profectus est in Hollandiam & Frisiam, ac ibi eam excitavit turbam, de qua supra memini. Horum tamen omnium princeps fuit sartor quidam *Joannes a Leida* dictus, qui illic se prophetam mentitus mirabilem populi insaniam auxit. Exactis enim honestissimis quibusque civibus novam Reipub. formam instituit, leges & magistratus ex divina revelatione imposuit, & hactenus eos suaviter delusit. Nunc jussit omne aurum & argentum in unum conferri, nunc vestitum mutari, nunc domos permutari, ne quisquam se aliquid proprium possidere crederet. Aliqoando ob levissimas suspiciones sub divini jussus prætextu mactari cives jubet. Urbem ipsi vocant Hierusalem, sese verò Israelitas. Erat autem illa omnibus iis quæ ad ejus defensionem pertinent instructissima, & fossis, vallo, mœnibus, propugnaculisque quantum ulla alia urbs Germaniæ communita, adhæc sceleratissimorum desperatissimorumque nebulonum turba oppleta, qui sese profectò summa vi magnisque animis defenderunt, ut si ob justam causam illa facerent, perpetuam ex fortitudine hac laudem promeriti fuerint. Quod ipsa etiam obsidionis diuturnitas attestatur. Quanquam miles sane noster, præterquam quod fuit valdè segnis & nimia rerum omnium commeatusque copia & affluentia dissolutior, tum uti ferè fit non omninò alienus aut syncerus ab novis hisce opinionibus. Belli sumptus Dux Clivensis & Archiepiscopus Coloniensis una cum nostro Monasteriensi sustinent. Coloniensis etiam ipse est in castris, vicinique omnes Principes huic causæ favent, neque enim solum de religione, sed & de Imperii ruina agitur. Certum enim est nisi iste nidus fuerit expugnatus, asylum hic fore omnium improborum hominum, & subditos Principum juga excussuros esse. In religione eò jam intra urbem deventum est, ut abjecto Euangelio ex solo spiritu & revelatione Altissimi vivere se velle affirment. Res autem videtur pro parte nostra ad victoriam inclinata esse, & spero eam famam epistolæ meæ præversuram esse. Id si nobis propitius Deus concesserit, ego hanc provinciam animo uteunque æquo feram. Interea verò in

alter Keespaep dictus:

tertius Rollius:

Princeps verò sartor,

Joannes a Leida.

quodam oppidulo ex jussu Episcopi dego, ubi jus dico, sed propter belli occupationes rarius. Et de salario nihil conqueri possum, quod etiam hoc tempore mihi persolvi Episcopus meus sedulo curat. Aliquid fuit, mi Domine *Erasme*, aggrediendum, & in hac conditione licet meliorem expectare. Præsens bellum *Hermannum Buschium* etiam nobis abstulit, nam cum Monasterii conquiescere constituisset, in gravem illic contentionem venit cum Rothmanno atque aliis ejusdem farinæ. Cum autem una cum cæteris urbe cessisset, Dulmaniæ, ubi ego nunc dego, ex indignatione tædioque præsentium tumultuum incidit in morbum, & mense Aprili diem clausit extremum. *Camminga* non destitit me rogare cum in Frisiam veni, ut se tibi reconciliarem. Ego verò constanter illi persuadere conatus sum, non tam te illi iratum esse quam ipsum hoc falso suspicari: & ostendi quibus officiis nos *Erasmum* colere deceat. Quod si tu eum tua benevolentia rursus dignaberis, haud temere quicquam committet quod te ægrè habeat. Quod te eo etiam nomine vehementius rogo, quo nostra natio tui studiosissima in tuo albo nulla atra habeat nomina. Ego enim tuam in nos benevolentiam magnum ipsius ornamentum esse duco, nec meipsum ulla alia re fœliciorem quam tuo in me amore, quo ego me quotidie magis ac magis dignum præbere conabor. At hoc unico mihi gravis est mea paupertas, quod nequeam animi grati testimonium tibi pro tuis erga me meritis reddere. Quod si meis conatibus fortuna responderit, tum intelliges me ista ex animo scribere. Vale. Dulmaniæ, 12. Augusti, Anno 1534.

ERASMO ROTERODAMO.

CUM rursus, *Erasme* doctissime, scribendi ad te opportunitatem nactus essem, omnino eam negligere nolui, etsi in prioribus litteris argumentum penè omne consumptum mihi esset, quibus ad te & de mea conditione, & de Anabaptistico isthoc bello copiose scripsi. Eventus verò adhuc Θεῶ ἐν γούνασι κεῖται. Humanæ certè vires parum hactenus profecerunt. Extremam porrò aleam hisce diebus jacere Monasteriumque cunctarum hæresεôn sentinam omni vi oppugnare Principes nostri constituerunt. Quod si victi fuerint Anabaptistæ, erit nobis nonnulla tranquillitatis spes: victoriam enim vulgus sequetur. Et quanquam Agrestium qui hic duram serviunt servitutem, & plebis passim animi ad pileum respiciunt, præsentis tamen belli calamitate valde mihi attriti, victoriaque perculsi, quietem & pacem, uti putamus, non illubenter amplectentur. Sin superiores evaserint, penè de tota inferiore Germania actum erit. Hæc etsi aliis quoque litteris a me perscripta sunt, nunc tamen repetere malui quam silere, quo facilius intermissi aliquamdiu officii mei veniam a te impetrem. Deinceps certè non committam, ut mihi silentii culpam deprecari sit necesse, modo tu litteras meas solita dignaberis benevolentia. Vale, & *Viglium* inter clientes tui amantissimos, observantissimosque connumerare perge. Dulmaniæ in Westphalia, 22. Augusti 1534.

Anabaptistarum bellum per Westphaliam.

ERASMO ROTERODAMO.

REDDIDIT mihi Coloniæ litteras tuas *Renicus* consobrinus meus, cum fortè ex Westphalia illac cum Præsulis mei Legatis Vormatiam ad indicta ibi Comitia redirem. Eis autem dissolutis Spiram commigravi, Assessorioque muneri, ad quod nuper ab Cæsare vocatus fui, vacare cœpi. Veterem porro tuam in me benevolentiam lubens agnosco dum congratularis me ex Anabaptisticis turbis ereptum. Quanquam autem illic multum molestiæ discriminisque subii, ut accidere solet iis qui castra sequuntur, olim tamen ista meminisse juvabit. Quum verò rudis publicorumque negotiorum inexpertus e Scholis primum prodiissem, haud minimam illic occasionem nactus sum, ut in iis quæ nostræ professionis farinæque hominibus incumbunt periculum aliquod facerem. Crebris enim legationibus, variisque & arduis Præsulis mei negotiis exercitatus, & Linguæ Germanicæ, & civilium publicarumque rerum usum peritiamque aliquam mihi comparavi. Interea Deum Cæsaremque propitium habui, ut ad hanc conditionem, qua hic nunc fungi cœpi, cumprimis honoratam & opimam evocarer; cui tamen Præsul meus aliquamdiu obstitit, haud satis æquè ferens, quod suo me servitio subducerem. Videtur autem *Anabaptistica turba* tandem post captam urbem conquievisse. Regulus tamen ille noster cum aliquot ejusdem Sectæ primoribus adhuc vivit, ac spectabili alicui supplicio servatur. Mitto tibi libellum de vindicta superiore anno Monasterii editum, ex quo cætera Anabaptistarum nostratium phanatica dogmata æstimare tibi facile licebit, si tamen tales nugas legere otium est. Conritzius rectè valet, ac *Erasmum* suum optimè quoque valere optat. Illum autem & me non tam commune munus, quam par in te incomparabilem patronum observantia & affectio conjungit, quos te hic Erasmiani nominis amantissimos habere scito. Vale. Spiræ, 22. Septembris, Anno 1535.

Anabaptistarum rabies post captam urbem defervuit.

ERASMO ROTERODAMO.

LITTERAS tuas, *Erasme* colendissime, ad T. Gravium & Heresbachium cum primo Nuncio mittam Coloniam. Quod si paulo citius redditæ fuissent, *Carolo Harsto* committere eas potuissem, qui ab Duce Clivensi ad proximum Conventum, qui Vormatiæ est habitus, missus fuit. Rex Monasteriensis etiamnum in carcerem regalem ferocemque animum adhuc retinet, nec desunt nobis mira prophetare. Quibusdam tamen Principibus non placuit quod hactenus sit servatus, ac proximè decretum est apud Vormatiam ut statim e medio tollatur. De genere supplicii variæ fuere sententiæ: quibusdam placuit culeo cum more parricidarum insutum in Amasum projici: aliis ferreæ caveæ bene cæsum melleque collitum includi ac apum super infuso examine in altum suspendi: aliis candentem coronam capiti imponi. Sed quibusdam tandem ab Principum Statuumque Imperii Legatis injunctum negotium est, ut una cum Præsule Monasteriensi de captivorum Anabaptistarum suppliciis, cæterisque negotiis præteriti belli cognoscant, statuantque. Multi urbem Monasterium solo æquandam duxerunt, sed mitior sententia obtinuit, ut tantum Anabaptistarum

De capti corum Regis supplicio variæ sententiæ.

rum munimenta diruantur. De Religione quoque longa contentio. Nam Legati Ducis Saxoniæ & nonnullorum aliorum Principum novos Euangelistas admitti voluerunt. Sed secundum priorum Comitiorum Decreta conclusum est, ut nihil in religione innovaretur. Sed Saxones atque alii suo more adversum id protestati sunt. Mori Mortem optimi quique viri dolenter ferunt. Sed cum perpetuo carceri mancipatus esset, etsi illius vulgò indigna mors existimetur quia ex pœna venit, an non debuit diuturnæ servituti gloriosam ac claram mortem præponere? Amicus quidam nuper e Roma ad me scripsit, te a Paulo Pontifice opimo sacerdotio donatum, sed quo animo id acceperis scire non dum licere. Polliceri tamen eundem tibi galerum Cardinalitium, si ipsius gratiam Apostolicam non contempseris. De quo equidem tibi gratularer, nisi te ejusmodi ornamenta semper neglexisse scirem. *Cæsar Panormi* aliquamdiu hæsit, Siculorum causis impeditus. Neapoli tameo expectatur, quo Sabaudiæ, Mantuæ, Ferrariæque Duces ad eum proficisci feruntur. Bene vale, Spiræ, 17. Novembris, Anno 1535.

Galerus Cardinalit. Erasmo promissus.

ERASMO ROTERODAMO.

CUM nihil esset quod ad te scriberem præter vulgaria, fragmentum ad te mitto alienæ epistolæ, quam amicus quidam e Monasterio Anabaptistici Regali exitum ad me perscripsit. Cum autem antea de ejus gestis multa tibi significaverim, extremum quoque hunc actum minimè te celare potui. Hollandia adhuc eo malo graviter vexatur, nec quotidiana supplicia miseram & ignaram plebem quicquam commovent. Omnino oportet iratum Deum hanc pestem nobis immisisse. Ego Spiræ perquam commodè vivo nisi quod forenses actiones plus satis mihi negotii facessunt, & pristinis studiis excolendis minimum temporis concedunt. Pensant tamen illæ satis magno honorario præsentes labores, ac viaticum ad futuram ætatem subministrant, quo olim mihi liberè ac prolixè intermissa studia repetere liceat. Hoc autem interea simul curo, ut Bibliothecam optimis selectissimisque libris instruam. Quanquam autem antea omnia ferè Opera tua habeo, attamen cum *Nicolao Episcopio* pridem egi, ut secundum tomos a te ordinatos omnia tua monumenta, quæ in *Frobenians* Officina unquam sunt edita, eleganter concinnata ad me mitteret. Quando autem tu, doctissime *Erasme*, non propriis modo operibus rem litterariam locupletasti, sed veterum multorum Auctorum vel prima in lucem editione, vel emendatione, vel commendatione illustrasti, vehementer te rogatum velim, ut quæ ejus sunt generis, indicare vel mihi, vel Episcopio non graveris, si quando videlicet otio abundabis, & gravioribus studiis tantulum temporis decerpere possis. Nam cum in aliis Auctoribus comparandis instituendaque Bibliotheca tuam lubenter commendationem lectionemque sequar, hoc etiam modo quicquid a te unquam vel proprium vel alienum est editum consequar. Isto verò beneficio ita me demereberis ut amplius, hoc quidem tempore, non possis. Ego autem quicquid omninò jusseris, gratumque tibi esse sensero, vicissim sedulo obibo. Benè vale, incomparabile & æternum litterarum decus. Spiræ, pridie Paschæ, Anno 1536.

Hollandia quoque Anabaptistarum malo vexata.

ANDREÆ ALCIATO.

BINÆ abs te litteræ mihi redditæ sunt, clarissime Præceptor, eodem penè tempore, nisi quod eæ, quas prius scripseras, posterius acceperim. Earum verò nos summo tenebamur desiderio, quanquam ipsum te videre magis optabamus atque etiam sperabamus, uti tui expectationem penè publicam feceramus, ubique tua fama excitata, ut & parietes & pulpita Scholarum tuas laudes loquerentur, te vivere & florere (scis enim Italicam consuetudinem) protestarentur. Interea verò varii de te ab æmulis sparsi rumores, aliis asserentibus novis te in Gallia conditionibus adstrictum, aliis Ducis Mediolanensis mandata proferentibus, quibus te ad Papiense Gymnasium restituendum accersitum ajebant, aliis alia comminiscentibus. Quæ etsi nobis molesta erant, eo tamen nomine placebant quod conjunctam laudem tuam habebant; cujus studium semel nos professi nunquam deponemus. Hoc scito nullius hoc anno æquè celebratum nomen extitisse in hac Academia atque tuum. *Marianus Socinus* valdè sibi timebat. Collega *Arrigutius* ambitione illius victus verbum de te nullum. Inter hos proximis diebus acriter in circulis altercatum est, ac illa Legatorum fideicommissorumque concordia gravissimas inter ipsos discordias excivit; nam in eandem controversiam semper pistilli in morem revolvebantur. *Curtio* remissa privilegio fuit disputandi necessitas, nec impetrare tamen poterat ut post meridiem legeret. Itaque factus est merus recitator eorum quæ edidit, nec verbum addit, cum tamen alii in repetitis prælectionibus novum ad scripta sua adferentes judicium pleraque rectius tradere soleant. Audi modò quid ego ex tui negotii procuratione lucri acceperim. Cum anteà hic mihi & Musis canerem, cœpi, dum tuum promovere nomen studeo, aliquibus unà innotescere. Itaque cum alter ex iis diem functus esset, quibus Institutionum provincia mandata erat, ego successor designatus sum, suadentibusque & impellentibus amicis assensi. Et hactenus meo munere satis fœliciter sum functus, tametsi adversarium habeam doctum quidem, sed non minus ambitiosum, atque etiam civem Patavinum domestico favore munitum. Didici itaque & ipse in circulis ipsis altercari. Rectorem nacti sumus non sat cultæ tuæ faventem, agitatque de revocando *Parisio*, sed frustra quantum adhuc colligo, cum nulla apud Præfectos Gymnasii gratia polleat. Credo autem esurire hominem, & expectare ut nos aliqua pollicitatione in nostram ipsum sententiam deducamus: sed res non amplius penes eum est, & advocatum habemus Fœdericolam quendam, qui Venetris postulandi munus exercere cœpit. Et si quid opus esse intellexerimus, illius favore aliquam inveniemus rationem qua ab ipso impetremus ne causæ nostræ obsit. Vellem autem te Mediolani esse, sic enim nobis liceret crebrius te omnium rerum certiorem facere. Cætera *Rapilium* ad te scripsisse non dubito. *Bembus* tibi ex animo favet. Sed inter ipsum & *Egnatium* simultas est: alioqui communicato consilio rem possent perficere σύν τε δύ' ἐρχομένω. Cæsar Bononiæ est, & cum Pontifice consulit magnis de rebus agendis. Vix arbitrantur eum in Concilium consensurum. Sed certi nihil scribere licet, tantum est hic de omnibus rebus silentium. Vale & tui studiosissimum discipulum vicissim ama. Patavii, octavo Calend. Januarii, Anno 1532.

De cogendo Concilio inter Pontificem Rom. ac Cæsarem Consilia.

ANDREÆ ALCIATO.

Cum discessissem ex Scholis, Præceptor excellentissime, ac in forum descendere decrevissem, quo Juris nostri aliquem usum in publicis privatisque tum negotiis tum judiciis mihi pararem: pro praxi quam appetebam imprudens εἰς τὰ πράγματα longè omnium odiosissima incurri. Etenim Officialis factus amplissimi & potentissimi Præsulis pariter & Principis in hac nostra inferiore Germania, in fatales Anabaptistarum tumultus conjectus sum, qua Secta post Christum natum vix alia fuit detestabilior, tot scilicet huic nomini alii adhærent nefandi errores, quos tamen sub Euangelii velamento mira pertinacia defendunt. Horum omnium inter se quasi quædam tessera est Baptismi iteratio. Principio verò Auctores hujusce hæresis plebi persuaserunt, ut bonorum proprietatem a se abdicarent, cunctaque in communi possiderent, postea coacervatis compilatisque privatis publicisque opibus propheta quidam inter ipsos Regium titulum habitumque assumpsit, ita sibi a Patre Deo mandatum asserens. Is intra Monasterium Metropolim Westphaliæ mirum quam se regaliter gerat. Fuit autem vilis opifex sartor videl. XXVI. forte natus annos. Porro inter dogmata eorum & hoc est, hunc solum Regem a Deo in terris constitutum, cui omnes obtemperare debeant, cæterorum omnium illegitima esse imperia. Itaque quotquot huic sese hæresi addixerunt, nullum magistratum, nullasve leges civiles præter huncce Regulum agnoscunt. Uxores unusquisque virorum plures habet, cum gravidam habere capitale apud eos est. De Dominici corporis sanguinisque mysterio longe absurdiorem habent opinionem quam sit dogma Zvinglianorum. Christum ex virgine non aliter natum ajunt quam per vitrum sol lucet. Lapsis pœnitentiam denegant. Itaque rebaptisatos pro perfectis habent. Templa omnia diruunt, nec Euangelio quidem fidem præbent si quid ab eo diversum propheta asseruerit. Eum enim omninò divino numine regi colloquiaque cum Patre (sic enim Deum vocant) habere existimant. Libros omnes Vulcano tradiderunt, omnemque vetustatis memoriam abolere conati sunt. Ornamenta verò privatis non fas est usurpare, solus Rex & si quibus id Rex concedit splendidissimè culti atque ornati sunt, sacris videlicet omnibus vestibus in prophanum eorum conversis usum. Longum autem fuerit cunctos Anabaptistarum recensere errores: verùm aliquos tantùm annotare volui, unde hujus hæresis impuritatem impietatemque conjiceres. Et mirum quantum huic factioni plebs passim faveat, eo maxime nomine quod oppressa nobilitate, Clero everso, & divitibus fortunis suis exutis ad pileum novus iste Rex servilem miseramque plebem vocet. Et nisi concordibus animis Principes omnes huic Sectæ resisterent, barbaries nobis qualis nunquam apud Scythas fuit immineret. Quanquam autem hæc Secta per universam Germaniam diffusa sit, nusquam tamen æque sævit ac per Vestphaliam, ubi urbs primaria Monasterium ab ipsis occupata est, quæ integrum annum jam ab Præsule meo magno exercitu obsidetur. In hanc autem tempestatem malo aliquo fato conjectus, continuisque legationibus & occupationibus fatigatus τῆς ἀπραξίας magno rursus capior desiderio, istiusque activæ vitæ pene jam me tædet, cum litterarum pristinorumque studiorum omne otium intercipiat, ut vix tantillum liceat temporis succidere, quod amicorum officiis patronorumque debeo obsequiis. Quamobrem, Præceptor cumprimis observande, dabis veniam quod tam rarò ad te scribam, teque de me optimè meritum non eo quo debeo officio honorem. Spero autem me nondum tuo amori excidisse, præsertim illic habitante Hectore & Renico conterraneis meis; quorum hic vetus tuus auditor est, ille autem litterarum bonarum scientia jamdudum excellens, Juris Civilis studio sub te magistro colophonem imponere cupit. Rogo autem ut utrumque tui studiosissimum *Vigilii* tui nomine arctius complectare, quo hic aliquando habeam cum quibus *Alciati* nomen jucundamque memoriam celebrem. Vale. Dulmaniæ, 27. Februarii, Anno 1535.

Anabaptistarum Secta,

Coriphæus,

dogmata,

per universam Germaniam,

maximè autem per Vestphaliam sparsa.

ANDREÆ ALCIATO.

Sæpe ad te volui scribere, Præceptor excellentissime, verùm non tam occupationibus ac occasione hactenus impeditus fui, quam quod & publicæ res Germaniæ nostræ tales essent, ut citra magnam, proh dolor! nationis nostræ furiosè in nova dogmata insanientis infamiam scribi non possent, & privatæ meæ fortunæ in hac communi patriæ calamitate haud is successus esset, quem vetus tua erga me benevolentia audire forsitan desideraret. Tandem tamen illa Anabaptistarum tempestas videtur aliquantum consedisse. Et ego nuper ad Assessorium munus in Imperiali judicio Cæsaris ipsius spontaneo favore provectus paulò melius de studiis meis sperare cœpi. Hoc forsitan te non passi sunt latere *Hector* conterraneus meus & *Franciscus Rupilius*, quorum uterque tui observantissimus ac mei etiam amantissimus semper fuit. Proinde mihi persuasum habeo, ut quanto magis discipuli ejus, qui tui semper fuit studiosissimus, successu gavisurus sis, tanto illi minus id te celare potuerint. Ex meo autem animo, colendissime Præceptor, & tuum judico. Puto enim cum ego te præcipuè amem ac venerer, me tuum amorem vicissim promereri. Illud verò majorem in modum gaudeo, ac studiis Jurisprudentiæ eo quoque nomine gratulor, quod non contentus ea gloria, quam tibi per præclara monumenta celeberrimasque prælectiones dudum comparasti, pulcherrimum institutum summa cum laude prosequi pergas, nec tantum ad veram Jurisprudentiam ætatis nostræ ingenia traducas, ac viva quotidianaque voce formes, verum etiam cum nobis auditoribus olim tuis, qui lectione Scriptorum tuorum satiari nunquam possumus, tum cunctis quaque terrarum commorantibus qui Juris sunt studiosi, posteris denique omnibus novarum lucubrationum fructus impertiri mediteris. Et quanquam id sciam te facere sedulò, quæ mea tamen est privata tuorum Scriptorum aviditas, non possum omittere quin te exhorter ac obsecrem, ut maturius ea exire sinas, ne quid te novæ istius hæresis, quæ in Italia pridem exorta est, insimulemus, videlicet ut quod Horatius Poetis præscripsit, ut novum opus nonum prematur in annum, id illi isthic ad omne genus scribendi trahant. Cum hoc uno se præstare Protogeni Apelles diceret, quod manum ille de tabula nesciret tollere. Quando ergo tu τὰ πάρεργα desines ἐργάζεσθαι? Ubi τὰ σμιγδαλία latent? Ubi de rebus creditis, & de verborum obligationibus Commentarii? Vide, mi *Alciate*,

Anabaptistarum tempestas paululum remissa.

quot

quot te nominibus litterariæ Reipub. obstrictum putemus: neque te appellari ægrè ferre debes: sed adscribes id summo tui librorumque tuorum desiderio, quibus ego inter hasce forensium caussarum negotiosas disceptationes nihil profecto legam lubentius. Bene vale, excellentissime Præceptor. Spiræ, 27. Novembris, Anno 1535.

ERASMI ROTEROD.

PETRO BEMBO.

hactenus inedita epistola.

FORTUNA non solum juvat audaces, ut est in proverbio, verum etiam timidis audaciam suppeditat. Bené cessit quod tibi commendavi *Carolum Uytenhovium*, juvenem apud suos honesto loco claroque genere, sed litterarum nec admodum divitem nec valde cupidum. Nunc te rogo ut ne graveris propius aliquanto inspicere *Viglium Zuichemum* Frisium, qui isthic absolvit studia Juris, Dolæ & apud Biturigas sub eximio Viro *Andrea Alciato* fælicissime cœpta ac propemodum absoluta, tantum abest κολοφών. In eo me non fallit amor, quandoquidem Juvenem antehac ignotum, non prius amare cœpi, quam cœpi propius introspicere. Mira ingenii dexteritas, candor incredibilis, tot animi dotes in unum congessit natura, ut interdum metuam apud me συναθάδιον, solent enim fata ejusmodi miracula terris tantum ostendere. Patria illius Como dedita est magis quam Minervæ; tamen gignit solida ingenia, quæque perdurent usque ad maturitatem. *Rodolphum Agricolam* arbitror vobis non esse ignotum. Ego si quid judico suspicor *Viglium*, modo vivat, illo non inferiorem evasurum; quare te rogo, mi *Bembe*, ut Juvenem propius contemplere, & currenti stimulos addas. Bene vale. Friburgi Brisgoiæ, 5. die Julii, Anno 1532. ex tempore.

VIGLIUS

PETRO BEMBO.

PRO magno beneficio exiguum tibi remitto munosculum, *Bembe* amplissime, nempe Institutiones Græcas a te mihi primum communicatas, a me verò nunc in publicam studiosorum utilitatem, qua vides cura & studio editas. Quam verò lubenter eas tibi acceptas feram, præfatio demonstrabit: quanquam certè id haud ita ut dignum erat exprimere potui, cum tuarum virtutum & hujus præclari meriti magnitudo styli mei tenuitatem longè superet. Spero tamen quod præter animum, qui gratæ erga te voluntatis locupletissimus semper testis erit, nihil requires. Agnoscit etiam tuum beneficium *Frobeniana* Officina, cujus in Germania prima est in Typographia celebritas. Ea autem tibi etiam per me commendari petiit, precaturque ut aliquando aliquid vel tuum vel quasi tuum, hoc est, Græcum vel Latinum aliquem Auctorem vel non editum vel emendatum communicare non graveris, in quo excudendo omnem & diligentiam & elegantiam præstare promittit. Vale. Basileæ, XXIII. Decembris, 1533.

Variæ exstant *Viglii* ad *Ant. Perrenotum*, tum Atrebat. Episcopum, posteà Mechlin. Archiepiscopum ac Card. *Granvell.* epistolæ, maxime epist. T. IV. uti pag. 421. p. 453. p. 491.

Præcipuas tantùm damus, uti Tom. IV. pag. 479.

D. ANTONIO PERRENOTO,

Episcopo Atrebatensi.

REVERENDISSIME Præsul, intellexi ex litteris Rmæ D. V. Cæsareæ Mtis voluntatem ac jussum, nempe ut me quamprimum itineri accingam, Vormatiamque præeam. Quem nuncium quanta cum molestia acceperim nequeam paucis dicere. Perturbat enim omnes priores rationes meas, quas de Germanica hac profectione conceperam. Nam cum valetudine essem nondum satis firma, dubitaremque an equitationem ferre possem, de curru apparando cogitaram. Adhæc quia Cæsar lentius progredi solet, minus quoque molestum id iter in ejus comitatu fore sperabam. Sed quando sic Cæsar jubet, obsequi necesse duco, quatenus tamen valetudo ferre poterit: quam cum adhuc teneram ac infirmam esse sentiam, vix ad ullum certum tempus quo Vormatiæ esse possim adstringere me ausim. Sed tamen faciam, ne mihi vel negligentia vel mora ulla imputari possit. Financiariorum nostrorum liberalitatem miror, qui stipendium mihi ab eo tempore, quo id constitutum est, cessurum constituerunt, cum non sic soleant taxare antea. Verum Rme Dne de principali hujus profectionis sive accelerationis causa valdè angor. Nam ut nomine Cæsareæ Mtis Belgicæ nostræ causam apud Ordines agam, Mandato sive litteris credentialibus opus habebo. Velim quoque ad me mitti pro securitate itineris hujus litteras salvi passus. Deinde hoc negocium Circuli Burgundici, quod ibi mihi agendum imponitur, quam sit scabrosum perplexumque Rma D. V. non ignorat, cum Cæsar superioribus aliquot Conventibus, uti recessus ipsi clarè continent, plura promiserit quam nostri agnoscenda putent. Et quantum ego hactenus nostrorum sententiam percipere potui, ipsi omninò eo contendendum arbitrantur, quò penitus ab omni prætenso jure Imperii, nostræ provinciæ liberentur. Imperiales contrà magnis argumentis nituntur. Ad quæ si respondere conabimur, vereor ne magis illi exacerbentur. Quæ autem Norembergæ olim acta per Crehangium ac me fuerunt in eo negotio, translata ex Germanico ad te mitto. Sed tunc Ordines eo contenti non fuère. Nunc quid ultra respondendum sit ignoro. Et tunc quoque alia erant tempora, & eo tum contendebamus, ut ab tunc indictis subsidiis excusaremur. Nunc verò de hoc agitur, an ulla obligatione istæ provinciæ teneantur erga Imperium. Quæ res duræ digestionis; nam illi prætendunt habere intentionem fundatam, & magnis fundamentis nituntur respectu quarundam ditionum. Quid quod de vestra Burgundia dicitur in *Monstreleti* historia Ducem Joannem Burgundiæ Calesiæ ab Sigismundo Imperatore investituram de Comitatu Burgundiæ accepisse. Sed hujusmodi infinita sunt quæ Status prætendunt. Contra quæ omnia nudam crudamque negationem adferre nescio an conveniat. Magcus Dns Præses *Scheranus* olim quædam hac de re satis diligenter collegerat, instructionique quæ illi a me olim est reddita inseruerat. Sed apud me dubium est an conveniat hunc campum disputationis ingredi cum Statibus. Ego sanè tenuitati ingenii mei non satis fido, ut causam tam arduam defendam. Sed tamen quicquid mihi præscriptum erit fideliter exequar. Verum in re tam magna

&

& arduas, ne quid mihi olim imputari queat, sine particulari instructione non ausim quicquam facere. Quoniam verò Cæsar me hujus rei causa ad Ordines præmittere decrevit, illud ante omnia esset constituendum, an super eo quod Nurembergæ propositum fuit, procedendum ultra sit; & ab Statibus exigendum, ut ipsi declarent quas velint provincias in munerum auxiliorumque societatem sub Circulo Burgundico comprehendi, quæ item habeant documenta ullius obligationis &c. Nam si absolutè responderimus nihil omninò esse quod domus Burgundica ab Imperio recognoscat, contendamusque de totali exemptione: verendum, ne ipsi quod jam sæpius minati sunt eodem jure uti velint, dicantque nec se plus quam illas ditiones teneri, ac sic Rex Romanorum nihil deinceps auxiliorum impetret. Quamobrem id enixè rogo, Rme Dne, quo saltem aliquid mihi in hoc negotio præscribatur agendum, secundum quod cætera queam dirigere. Scripsi eadem de re tria verba ad Præsidem, & antequam hinc discedam responsum expectabo, ne sine credentialibus, sine litteris passus, sine certa aliqua instructione hanc legationem occepiem. Et ne Cæsarea Mtas me tarditatis arguat, quæso obnixissimè quo Rma D. V. obsequium meum unà cum isthoc desiderio certæ alicujus instructionis ei exponat. Cum primum autem responsum habuero, itineri me accingam; sed id vix puto futurum ante diem Sabbathi. Priores litteras Rmæ D. V. heri accepi, acturusque sum alio tempore gratias de benignitate Rmæ D. V. in iis quæ petieram. De beneficio illo quod navius ab Nuocio petendum scripserat, sufficiet meo judicio signaturam ab eo impetrare, ut ille qui petit postea dispiciat an velit impensam expeditionis sustinere. Bene vale, Dne colendissime. Mechliniæ, 13. Decembris, 1544.

Et pag. 505. ubi prolixus de Concilio apud Tridentum congregato sermo.

ANTONIO PERRENOTO,

Episcopo Atrebatensi.

COGITAVI sæpè ac diu de personis idoneis ad Concilium mittendis, ac cum plerisque de eadem re contuli. Verùm tanta hominum est penuria, ut me hujus penè provinciæ nostræ, quæ olim doctis viris abundare solebat, suppudeat. Mitto autem catalogum omnium quos exquirere potui alicujus esse nominis & famæ. Sed in eo grege vix invenio quos vobis suggeram pro Curiæ usu: Monachos enim vos velle non puto, & ex secularibus Theologis nescio quos deligam. Judicio autem nonnullorum, cui & ego meum calculum submittere audeo, magis idonei videntur *Franciscus Sonnius*, Canonicus Trajectensis, & *Joannes Hasletanus*, ambo Sacræ Theologiæ Professores; quorum ille resedit multos menses in Concilio Tridentino, missus eò per Episcopum Tornacensem: alter in Theologia & Linguis fæliciter institutus, Lovanii diu sacram paginam professus est. Quidam his adjiciunt *Hermannum à Gouda*, Decanum S. Mariæ Trajectensis: sed ajunt eum plus satis esse cerebrosum. Quod autem pertinet ad personas ad Concilium destinandas, primum locum in his tenent Episcopi, qui tam suo, quam Pastorum cis subditorum nomine, ipsi ad Concilium ire

Series virorum ad Concilium Trid. mittendorum.

tenentur. Qui mihi monendi atque hortandi a Cæsarea Majestate videntur, ut dimissa Nobilium turba assumant secum 3. aut 4. viros in Theologia & Canonibus eximiè doctos. Secundo loco videretur mihi cumprimis convenire, ut Cæsar juberet ex Universitate Lovaniensi mitti quoque duos Theologos cum uno Canonista, inter quos esset *Ruardus*, Cancellarius Universitatis, qui in Scripturis Sacris Doctoribusque veteribus & novis, omnique materia fidei, hoc nostro seculo controversa, præ cæteris versatus est. Difficultas autem erit in subministrandis sumptibus, quum Academiæ ærarium ferre eos nequeat. Verùm posset Cæsar requirere Abbates & Prælatos Brabantiæ, quò ii pro his tam sanctis ac necessariis impendiis aliquid contribuerent. Tertio loco occurrunt Abbates ac Priores Monasteriorum non Mendicantium: constant autem ii ferè ex 4 Ordinibus, S. Benedicti, S. Bernardi, Præmonstratensis, & S. Augustini. Ac cum hic postremus cæteris sit tenuior, posset ei adjici Carthusienses Vallis Scholarium, ac Canonici Regulares reformationis Windesemensis. Quanquam autem omnes Abbates mitrati, ratione Juramenti quod præstant in susceptione dignitatis Abbatialis, teneantur adire Concilium Generale, videretur tamen sufficere, quod ex singulis præfatis Ordinibus unus aut duo Abbates ex doctioribus mitterentur: quodque unusquisque ordo secum assumeret duos Theologos & unum Canonistam, ac sumptum pro his unusquisque Ordo contribueret. Et ne, ut fieri solet, deligant aliquos ad hanc provinciam ineptos, vel qui veniant duntaxat ad defendenda privilegia & exemptiones, expedire videretur ut Cæsar ab eis peteret delectum talium personarum sibi permitti: vel ut ipse aliquos eis nominaret, qui Mti suæ cumprimis idonei viderentur. Quarto loco sunt quatuor Ordines Mendicantium, qui mihi non videntur a tam sancto negotio excludendi, quum plerique docti viri inter eos sint: & hi ob quotidianum docendi ac concionandi munus controversarum opinionum sint peritiores; his verò maximum præbebit impedimentum paupertas. Quamobrem si Cæsar juberet his præberi sumptus ab Monasteriis Monialium, possent & inde quoque aliquot insignes viri assumi, qui ad Concilium mitterentur. Quinto loco occurrunt Præpositi & Collegia Canonicorum exempta, quæ Episcopis non subsunt, neque aliquid contribuunt: & quæ solent ferè in Conciliis exemptiones suas mordicus prosequi, nec de reformatione Ecclesiæ multum curant. Cum tamen magnam partem bonorum Ecclesiasticorum possideant, æquitas ac ratio postulat, ut & ipsa commune onus ferant. Posset fortassis his injungi, ut Universitatis Lovaniensis Deputatis sumptus præberent: quò Abbates Brabantiæ ab cæteris non separarentur, vel si ita videretur, Mendicantibus suppetias ferre possent. De quibus omnibus Cæsar tempestivè mandare posset, quid fieri vellet, & Reginæ aut Consilio Status sententiam suam aperire: quum in tanta capitum multitudine res non caritura sit difficultate. Conveniret quoque iis omnibus, qui ex Principis auctoritate ad Concilium proficiscentur, caput aliquod dari ab Cæsare, quod eorum actiones dirigat, ac nomine harum Provinciarum hæreditariarum, quæ meritò non postremum in Concilio locum tenere debent, Legati munus honoremque sustineat. Ad quam provinciam Cancellarius Ordinis, vel *Veltwyckius* noster, vel duo simul non inidonei mihi

Sumptuum ratio.

mihi viderentur, si eorum opera hic carere possemus. Verum de his omnibus R^ma D. V. melius judicabit. Quæ si quid amplius de ipsis a me requiret, pro mei ingenii parvitate lubens in omnibus obsequar. Deus D. V. incolumem conservet. Datum Bruxellæ, 8. Februarii, Anno 1550.

Forma celebrandi Concilii: I. Forma celebrandi Concilii ex antea celebratis accipienda erit. Et quò minus habeant hæretici quod carpant, optimum erit eam confirmare potius antiquis, quam novissimis. Hæc esse debet Pontificis & Cardinalium sollicitudo: qui in hoc Prælatis aliis ad Concilium venturis viam commonstrare debebunt.

Rom. Pont. & Imperat. partes. II. Antiquissima Concilia ex Episcoporum & Ecclesiasticorum constabant congregatione: quibus Imperatores veteres suum favorem promotionemque impertiri consueverunt. Eorumque ante omnes Reges & Principes seculares prima fuit auctoritas. Ut sicut Romanus Episcopus omnium Ecclesiarum primas censetur, sic & Rex sive Imperator Romanorum in suo ordine eadem auctoritate præfulgeat.

III. Hæretici conantur auctoritatem congregandi Concilii ab Papa ad Imperatorem, & ab Ecclesia ad secularem potestatem transferre. Sed nec jure satis fundata est eorum intentio, nec de facto subsistere poterit: cum Imperii auctoritas ad duas tantum nationes restricta sit, Italicam & Germanicam. Nec in hoc Hispanica, Gallica, Anglicana, Hungarica, Polonica, ac Septentrionalium regnorum nationes Imperatorum sese volent subjicere jurisdictioni, & Germaniceæ nationi hujusmodi concedere prærogativam.

IV. De veterum Conciliorum origine, celebratione ac auctoritate habetur 15. 16. 17. & sequentibus distinctionibus in Decretis.

V. Memini etiam in Consiliis Panormitani de celebratione Concilii amplè tractari. Et sunt aliquot eadem de re opuscula inter tomos tractatuum Juris.

VI. Officium Imperatoris est ut exigente necessitate Ecclesiæ unionem promoveat. Id quum veteres Principes piè fecerint, tum novissimè summum fuit in Constantiensis Basileensisque Concilii congregatione studium Sigismundi Imp. Ac tum quidem summa difficultas ex Pontificum ac Ecclesiasticorum oriebatur dissensione: nunc id conandum videtur ut contra secularium Principum Potestatumque, quibus hæretici adhærent, conatus in opprimenda Ecclesiæ auctoritate per Cæsaream M^tem, cæterosque pios ac orthodoxos Reges provideatur. Est enim Cæsaris officium, promovere primò Concilium ut id legitimè opportunoque loco congregetur. In quo suo jam officio M^as sua pernamplè functa est. Deinde ut tutò possint ex omnibus locis, qui Concilio interesse debent, eoque vocati sunt, eo pervenire. Item ut tuto ibi manere queant, cum Cæsar sit Concilii supremus protector. Quanquam soliti sunt constitui etiam de Concilii auctoritate speciales alii protectores: quibus solet committi Jurisdictio in casibus, qui solent exoriri super causarum criminalium & civilium cognitione. Item ut suggerat Concilio ea, quæ consultationem Patrum requirere videntur pro unitate & concordia Reip. Christianæ. Item ut postea legitimè decreta exequatur.

Quòd si autem Cæsarea M^tas ad Concilii initium personaliter adesse nequeat, poterit tamen eò Legatum mittere, qui ea repetat continuetque, quæ per R^mum Episcopum Atrebatensem, Anno 1543. 9. Januarii coram deputatis ab Pontifice Cardinalibus proposita sunt. Excusabatur ibi Cæsar ac Prælati subditi, quod ob belli impedimentum venire non possent: promittebaturque eorum adventus, si tempora paterentur. Nunc bello sedato, si non tam tempestive venerint, causæ dilationis exponi poterunt, promittique M^tis suæ studium tum in excitandis Prælatis suis eorumque officio & obsequio in Concilii optatum fructum, quàm etiam in aliis, quæ M^tis suæ partes concernunt.

PHILIPPO MELANCHTHONI.

Quem ego absentem semper colui ac suspexi, & cujus eruditionem in admiratione habui, mi *Philippe*, præsentem quomodo abhorruisse queam? Et si quid fortè fuit quod in illo tempore culpandum ducam, id extitit inprimis quod te totum sibi vendicans, tantisque te occupationibus obruens, & sæpius adeundi & plura tecum colloquendi copiam mihi denegaveris. Ego verò ea quæ ab adolescentia ingressus sum studia adhuc persequens, etsi de iis controversiis quæ hodie in Religione agitantur judicare nequeam; eam tamen mihi libertatem nullo loco auferri sustinui, ut erga bonos doctosque viros venerationem profiteri non auderem. Me verò ea etiam spes alit fore aliquando, ut piis consiliis in unum consensum de Religione ad cæteras disciplinas excolendas promovendasque doctorum sententiæ concurrant, iidemque deinde studia sua conferant. Cujus cùm te animi semper esse ostenderis, tum ut porrò esse pergas etiam atque etiam oro atque hortor: ne videlicet tantùm de religione bene merearis, verùm etiam cæteræ honestæ disciplinæ in tuo ære constituantur. Quarum quidem cum ad Rempublicam gubernandam ac hominum formandam vitam Jurisprudentia maximum adferat momentum, speciali illa favore digna videtur: quò videlicet plures in ejus studium incumbant, & ipsi magistri in eam rectè tradendam alacriùs annitantur. *Martino* tuis mihi litteris commendato cum sua virtute omnem benevolentiam promerenti, tum propter te maximè quicquid in me est officii cupidè præstabo: quando tibi in multò etiam majoribus gratum exhibere obsequium inprimis mihi jucundum fuerit. Vale, Ingolstadii, Calendis Augusti, Anno 1541.

Votum pro pace Eccl. ac dissidentium concordia.

ANTONIO PERRENOTO,

Episcopo Atrebatensi.

Reverendissime ac colendissime D^ne, nos heri Cliviam appulimus. Occurrit Reginis Dux ad tria milliaria, venationemque in via Dux exhibuit. Sub idem tempus advenit Coloniensis ac Comitissa Palatina cum numeroso puellarum choro. Nostrum autem Comitatum honorarunt Comes ab Roeulx, ab Ligne, ab Hoochstraten, & ab Aremberga. Archiepiscopum nondum salutavi. De Burgundico negotio cum eo

Q agam

agam qua potero solertia. Regina ad Cæsarem scribit de Linehampio in manus Gallorum tradito: ac litteris D^{ni} *Pratensis* monita, indicat Antverpiensium formidinem ob novum seu potius renovatum edictum adversus Sectas: ac Turnhouti *Masius* Pensionarius longa atque acri oratione in id invectus est. Invidia autem omnis in me vertitur. Si quid displicet, jubeor reddere rationem. Quod sanè tantò æquius sustineo, quod nihil in hoc edicto additum sit, nisi cum consilii deliberatione, & Cæsaris auctoritate. Multaque, ut meminit R^{ma} D. V. a me mitigata sunt: ac nonnulla cupivissem ipse Cæsar moderatus fuisset: sed id persuaderi M^{ti} suæ nequivit. Queruntur autem inprimis a nobis novam inductam Inquisitionem, quam vocant *Hispanicam*: quod falsò populo a quibusdam persuadetur, ut nomine ipso rem odiosam reddant: cum nulla alia ab Cæsare sit instituta Inquisitio, quàm ea quæ cum Jure scripto, scilicet Canonico convenit, & usitata antea fuit in hac Provincia, juxta Sedis Apostolicæ Bullas & Commissiones. Et ne ea potestate Inquisitores aliter quàm convenit uti possent, instructio ipsis ab Cæsare data est. Quæ & ipsa in invidiam trahitur, quasi ea scilicet Hispanicum virus (ut nonnulli loquuntur) contineat. Unde *Masius* illam quoque publicari desideravit, quo passim sciri possit, quidnam cuique ab Inquisitoribus sit metuendum. Quod tamen Reginæ convenire non est visum, arbitratæ sufficere, si ejus copia consiliis fieret, ad quæ exempla jampridem transmissa sunt. Aliud quoque caput edicti valde exaggerant, quo prohibentur in hac Provincia residere ac habitare homines ignoti, nisi adferant documentum prioris vitæ ac conversationis. Clamant id exteris esse gravissimum, & plerosque originem ducere ex locis infectis: quos tamen hactenus non solùm Cæsar tolerarit: sed bello quoque proximo *Smalkaldico* securitas eisdem data fuit. Porrò de iis qui ad mercatum in hanc nostram Provinciam veniunt, nunquam inquisitum fuit, quam religionem profiterentur. Verùm in Hollandiam nonnulli Anabaptistæ ac Sacramentarii habitatum venientes causam edicto dederunt. Et mihi sanè non malè convenire videtur, ut sciamus conditionem eorum qui nobiscum habitant: quam ubique tamen ad Curatorum certificationem adstringendam non arbitror: si modo aliunde cognosci poterit novi incolæ qualitas. Permittere autem passim omnibus, ut hic vivant in ea religione quam velint, absque ulla indagatione, mihi non ad hæresum extirpationem, sed plantationem potius pertinere videtur. Faciet tamen Cæsarea M^{tas} id quod convenire videbitur. Quod ad me attinet, R. D. V. quæ mearum actionum testis est, ita spero totam hanc rem diriget, ne mihi quidquam immerito imputetur. Severa nimis ac acerba consilia mihi nunquam placuerunt. Quoad autem potui, mitigavi quæ mitiganda videbantur. Quod si Cæsari in quibusdam aliter visum fuit, non meum est M^{ti} suæ voluntati obsistere. Multa autem quidam nunc cavillantur, quæ jam per viginti annos prioribus edictis fuêre expressa. Quorum meritò ratio ab auctoribus, non a me expetenda est. Prolixius hac de re ad R. D. V. scribo, quò animum meum nonnullorum calumniis cavillationibusque commotum exonerem. De reliquis post scribam: nunc non licuit, in quotidianis diversorum interpellationibus. Bene vale, D^{ne} observandissime. Cliviæ, 16. Julii, Anno 1550.

novum, seu renovatum edictum adversus Sectas,

speciesque quædam Inquisitionis Hispanicæ,

Decano & reliquis Magistris Facultatis Theologicæ Lovaniensis.

VENERABILES ac eximii D^{ni}, accepi litteras vestras, quibus R^{mi} Cardinalis Augustani desiderium, ut D^{ns} *Martinus Rithovius* ad Scholam Dillingensem remittatur: quæque moveant, quo minus illius postulationi morem gesseritis, ad me perscripsistis. Idem autem Cardinalis super ea re ad me quoque litteras dedit. Non habeo autem quod utrique respondeam aliud, quàm quod meritò prius propriæ Scholæ a vobis prospici debere mihi videtur: si forsitan haud ita facile alium æquè idoneum isthic reperire queatis, quem ei surrogetis. Verùm videndum an quod prætenditur verum sit: D. *Martinum* scilicet de redeundo fidem prius Cardinali dedisse. Quam profectò ex hac quantumvis publica causa violari non debere arbitrarer. Et vos meminisse non dubito, ita ferè receptum in Academiis, ut Professoribus, qui ad certum tempus conducti non sunt, munus deponere, dum lubet, liceat. Tametsi sanè ii, qui Principis & patriæ ministerio exteram conditionem temerè præferunt, illius se favore indignos reddant: meminerimque in Italia nonnullos Professores extera stipendia merentes, Edictis pœnalibus domum fuisse revocatos. Sed quum hoc rigore non utamur, nihil est causæ cur ad Cæsarem aut Reginam hoc negotium remittatur. Quin vos igitur primò inquirere convenit, quæ obligatio intercesserit: & si nulla fuerit, restat, ut si æquè idoneum non invenitis, *Rithovio*, ut maneat, persuadeatis: ac R^{mo} Cardinali ejus rationem plenius reddatis. Qui forsitan *Lindano* penitius cognito & perspecto, *Rithovii* desiderium facilius deponet. Uti rursus si alius esset, non minus Scholæ utilis, in *Rithovii* missione ad tanti Principis ac D^{ni} preces, & pro tam sancto instituto promovendo haud temerè difficultatem aliquam vos facere debere existimarim. Deus Opt. Max. vos incolumes conservet. Datum Bruxellæ, 24. Octob. 1554.

Mart. Rithovii loco,

Lindanus commendatur,

JOANNI JACOBO FUGGERO.

DUODECIMO Calend. Decembris, *Jacobe* ornatissime, fasciculum ad te litterarum dedi. Interea binas eodem die abs te accepi, unas 5. alteras 19. Novembris Antverpiæ scriptas. Hæc nostra de Brabantiæ laudibus controversia multas mihi voluptates adfert. Primum enim dum tu tuam illam sententiam pertinaciter defendis, fruor litteris tuis, quibus semper unicè sum delectatus: deinde mihi homini ab teneris unguiculis in Jureconsultorum Scholis educato forensiumque causarum quotidiano fruenti strepitu, non modò nullam ejusmodi jocosæ contentiones molestiam, verum inter ferias istas judiciorum altercationes, magnam voluptatem adferunt. Te miror qui cum homine refractario & litibus innutrito congredi audeas, quanquam te in meam gratiam a jure causæ tuæ velle cedere ais. Verùm si sub aliquo judice ista nobis causa certaretur, nollem quicquam mihi a te tribui. Sed causæ confisus quin album calculum relaturus sim, nihil dubito. In eas enim jam angustias coactus esse videris, ut ex tua parte nihil habeas cui innitaris quàm Romæ laudibus, contrà verò in Bra-

Brabantia mea nihil reprehendas quàm populi simplicitatem, quam tu pro tua causa stultitiam interpretaris. Verùm de Roma qualis nunc ea est, etsi tacere mallim, si ea tamen sola colligere luberet quæ ab aliis in ejus vituperium passim scribuntur, an non putas non solùm laudes ejus vitiis cessuras, verùm hanc unam Brabantiæ maculam, simplicitatem videlicet, cum illis collatam virtutis instar esse habituram? Præstans, me herele, ibi Gymnasium, unde nostris seculis legitimus doctor nemo quod sciam prodiit. Bullatos verò asinos, diplomatis pecunia aut vilissimo servitio redemptis, multos Roma generat, si hoc vel in laudibus lubet ponere, aut ad eruditionem quicquam conferre censes. De Bononia verò, ut in hac parte tibi cedam, ita tædet audire, te purpurati cujusdam Legati familiam nescio quot secum mercenarios satellites trahentis, cum Reginali aula conferre, tot Principibus, Nobilibus, clarissimisque viris insigni. Romanum verò tribunal miror quòd nominare fueris ausus, non dico cum legitimis conferre judiciis. Ubi exsecrabiles illæ sordidissimæque sacrarum rerum dinundinationes, venalesque super beneficiis & id genus aliis Ecclesiasticæ Jurisdictionis controversiis sententiæ, Romanum ipsum nomen toto urbe infame reddunt. At magna profectò res, purpurati aliquot Cardinales phaleratis mulis in Senatum quotidie invehuntur, Purpuratorum humeris sublimis fertur Pontifex. Sed quanto honestius esset Romæ impium istum fastum deponere, qui Diis hominibusque præsertim in sacerdotibus displicet. Unde ea in laudem a te poni nequeant, quæ summè ab omnibus vituperantur. Verùm cum tu & Mechliniæ tribunal, & Bruxellæ aulam, & Lovanii Gymnasium contempseris, quid quæso habes quod contra celeberrimum Antverpiæ mercatum dicas? Hic credo silet Roma Bononiaque tua, & ad Venetias recurres. Sed fuit, ut dicitur, Ilium, fuit ingens gloria Teucrorum. Verùm satis de Brabantia certatum. Tu tamen vide cum omnia illic contemnas, ne tibi illæ Gratiæ & Veneres multo venustissimæ, quibus una illa urbs universæ facilè præstat Italiæ, indignentur, ut infælices imprecentur nuptias. Vale. Spiræ, 28. Novemb. Anno 1536.

Roman. Gymnasium,

atque tribunal, depinguntur.

ADDENDA ad *Doccumum* pag. 58.

Rhythmus ad SS. Petri ac Bonifacii apud Doccumum Ecclesiam, a nobis suprà sub S. Bonifacio exhibitus.

Eruditis Doccumiensibus accensendus JOANNES DOCKEMIUS, quem in epist. ad *Nicolaum Everardum* fol. 242. *Frisium, Juris Utriusque Doctorem, & ingenii neutiquam vulgaris nominat* Viglius, & ad quem hæc extat Epistola consolatoria de filii ejus obitu:

DOCTORI

JOANNI DOCKEMIO.

NUNQUAM mihi æquè molestum fuit ad te scribere, clarissime Doctor ac Domine colendissime, quàm in hac præsenti animi perturbatione: cùm neque meum dolorem temperare possim, & ne tuum quoque animum meis querimoniis nimis exacerbem, vehementer verear. Communis enim mihi tecum est luctus, & nescio an etiam justiorem mœroris causam habeam, quam tu forte allegare possis. Quanquam enim is ex te genitus fuerat, tu tamen unum tantum amisisti filium pluribus adhuc liberis superstitibus: ego unicum non natura, sed adoptione mihi quæsitum. Ut eo magis commovear, quo meliorem quidem elegeram, quem nunc amissum defleo. Gignimus enim casu: in optione verò, discrimine judicioque uti licet. Et ille quoad in meo jure fuit, ita meo animo adlubuit, ita omnibus numeris meam expectationem implevit, ut eum fratre, qui unà cum eo litteris operam dabat, chariorem haberem. Cui & studio & moribus ita præibat, ut ducis officio strenuè fungeretur. Excitavit verò etiam meam erga eum affectionem commendatio *Joachimi*, qui eos privatim instituebat, & illius profectum crebris apud me litteris prædicabat. Sed heu nimium verum est, egregia præcociaque ingenia raro esse longæva. An verò ego talem adolescentem ita nobis eripi non doleam? Quid dico, doleam? ita, mi Domine, commoveor, ut nullius unquam morte æquè fuerim perturbatus. Nescio enim quænam ista sit mortalium conditio, ut optima quæque antequam frui ipsis liceat amittamus: mali verò non modò vivant & valeant, sed & deteriores quotidie reddantur, & vires assumant ad bonorum perniciem. Uti mihi res humanas consideranti beati illi videantur, qui in tempore ab hisce mundi ærumnis eripiuntur: miseri verò qui tantis calamitatibus servantur. Itaque quando frustra illum desideramus, non tam illius quàm nostrum deflere casum possumus. De illo autem non modicum capio solatium quod tam piè ac Christiani obdormiit, uti præceptoris sui litteræ testantur, quas ad te binas mitto, quo inde etiam colligas, citius eum mortuum quàm ego quicquam de ejus ægritudine cognoveram; nam ii, per quos *Joachimus* prius scripserat, litteras perfidè suppresserunt. Statim autem ubi alteris litteris per eundem sum de illius morbo admonitus, proprium nuncium isthuc misi: sed jam decesserat. Ego autem interea hic festinabam sarcinas colligere, quo maturius Daventriam advenirem in patriam profecturus, & illius valetudini qua possem cura ac fide consulturus. Ægrotanti autem illi nullum humanum solatium aut remedium defuit; sed fatum fuit, contra quod frustra nitimur. Mortuo honorificè justa persoluta sunt. Nec dubito eum rectà ad cæleste regnum migrasse, ibique apud Omnipotentem Deum nunc pro nobis intercedere. Quando itaque ad nos non es rediturus, *Hieronyme* charissime, vale dilecta anima, & æterna requie ambrosiisque epulis fruere. Hoc verò habe perpetuum testimonium mei erga te amoris, quod tuo sepulchro inscribetur:

Hieronymi, Joannis Dockemii filii, vita defuncti encomium.

Epitaphium.

HIERONYMO CLARISSIMI EXCELLENTISSIMIQUE DOCTORIS, *JOANNIS DOCCUMENSIS*, FRISII, IMPERIALIS OLIM JUDICII ASSESSORIS, NUNC VERO MULTORUM PRINCIPUM CONSILIARII CELEBERRIMI FILIO, EXIMIÆ INDOLIS, ET PRÆCLARÆ SPEI, CUM OPTIMIS LITTERIS DISCIPLINISQUE SUMMA DILIGENTIA ET OMNIUM ADMIRATIONE DAVENTRIÆ INCUMBERET EXTREMUM DIEM PRÆMATURE FUNCTO, ATQUE HIC A MOERENTIBUS SODALIBUS SEPULTO, ALUMNO SUO CHARISSIMO VIGLIUS ZUICHEMUS, FRISIUS JURECONSULTUS, HOC MONUMENTUM AD PATRIS SUUMQUE SOLATIUM POSUIT.

OBIIT PENULTIMA MAJI, ANNO DOMINI 1535.

Ego post unum alterumve diem hinc decrevi in patriam discedere, ibique, qua possum celeritate, compositis rebus meis, Coloniam repetam. Libros meos & ea quæ ad filium pertinent e Daventria ad te mittam, atque inde rursus scribam. A Principe intercessione amicorum non difficuiter missionem impetravi: quanquam multis modis & conditionibus tentarum est, ut hic manerem: sic autem me dimittunt, tanquam post unum alterumve annum ad se rediturum. Bene vale, & quod ipse non possum, te tamen unà cum uxore rogatum haben, ut filii mortem moderatè feras, & quod Deo visum est æquo animo sustineas. Dulmaniæ, 5. Junii, 1535.

ADDENDA ad Abbatiam *Gerricanam** p.59.

* vulgò *Gerkensklooster.*

Abbas ibi Anno 1553. . . . Ad eum hanc eo anno epistolam dedit *Viglius Zuichemus:*

ABBATI in GERCKENSCLOESTER.

R^de^ PATER,

CUM virtuti ac eruditioni non semper fortuna respondeat, fit nonnunquam ut viri, qui suo seculo in admiratione meritò habendi essent, ad inopiam labantur. In quem numerum doleo fanè redactum Clarissimum Virum Doctorem *Reinberum*, Paternitati vestræ non ignotum. Qui tenuitatem suam mihi exponens enixè rogavit, ut suffragio meo ipsius causam apud P. V. adjuvare vellem. Quod officium etsi ob observantiam, quam semper erga illum habui, non gravatè ei impenderem, nonnihil tamen me puduit, apud ignotum & de quo benè merendi occasionem nunquam habuissem, preces meas interponere. Verùm vicit pudorem cum illius necessitas commiseratioque, tum P^tis^ V. humanitas, a plerisque mihi prædicata. Quæ uti spero dignabitur & meam hanc intercessionem boni consulere, & optimo viro in hoc extremo vitæ actu benignitatis suæ gratiam impertiri. Erit hospes minimè gravis: & si quæ D^ni^ V. negotia inciderint, consilium suum P^ti^ V. præsto erit. Quamobrem quæso ut veterum patrum pium sequens exemplum P. V. seni indigenti hospitalitatem petitam benignè concedere dignetur. Quod si illum P. V. voti hujusce sui compotem reddiderit, me quoque tibi unà obligabit. Deus P. V. servet incolumem. Bruxellæ, Calendis Julii, 1553.

ADDENDA ad *Clarum Campum*, ejusque Abbates, pag. 60.

EISO, seu EISUS, primus ejus Cœnobii Abbas inter Beatos recensetur ab Henriquez in Fascic. SS. Ord. Cist. lib. 2. dist. 26. pag. 221. Caput XIV. ita auspicatur:

" Beatus *Eisus*, natione Friso, qui primus in " Claro-campo Cœnobiticam vitam exercuit, " & cùm plurimos ibi in Dei servitio congre" gasset, primus ejusdem loci Abbas effectus est. " Magnisque virtutibus coruscans tantæ sanctita" tis opinionem obtinuit, ut eâ de causâ, post" modum plura apud Frisios Ordinis nostri Mo" nasteria sint instituta. Venerabilis verò Pater, " admirandâ charitate, summâque humilitate " prælucens, collectus est ad patres in senectute " bonâ. *Andreas Cornelius*, *in Chronicis Frisiæ*.

Menologium Cisterc. ad diem XXIV. Martii sic de eo habet: " In Frisia Beatus *Eiso*, magnæ " sanctitatis Religiosus, qui postquam diu vitam " Cœnobiticam sub Cisterciensium vexillis ex" ercuisset, Abbas Monasterii Clari Campi effe" ctus est, magnisque virtutibus coruscans, tan" tæ sanctitatis opinionem obtinuit, ut ea de " causa postmodum plura per partes Frisiæ Or" dinis nostri Monasteria sint instituta."

Bollandini *Eisonis*, Abbatis Clari Campensis per transennam in prætermissis quoque meminere ad XXIV. Martii pag. 473.

GERBRANDUS, secundus ejusdem Cœnobii Abbas ibidem cap. XIII. ab eodem Scriptore ut Beatus celebratus, sic describitur:

" In Frisia Beatus *Gerbrandus* Clari Campen" sis Monasterii Abbas, ætate grandævus, justus " & disciplinatus, & Monasticarum traditio" num rigidus observator: qui Fusniaci hominem " exuens, visus est ab Angelis in cœlos deferri. " 1218.

Obiit autem, ex eodem Henriquez in notis ad Menol. Cist. ad dictam diem Anno 1218. in Monasterio Fusniacensi in Gallia, cum a Capitulo Generali reverteretur, ætate grandævus, justus & disciplinatus & Monasticarum traditionum rigidus observator.

Molanus in notis ad Usuardi Chronicon diem commemorationis ejus assignat 13. Oct. sic inquiens ad dictam diem: *Item Sancti Gerbrandi, Confessoris, & primi Abbatis in Florido Campo, Ordinis Cisterciensis*; ubi tamen dupliciter vir eruditus aberrat: primò quod *Gerbrandum* hunc Abbatem dicat in *Florido Campo*, ad Bolsverdiam situ, cum in *Claro Campo* ad Doccumum Abbas fuerit *Gerbrandus*, & primus in *Florido Campo* Abbas extiterit *Tetbardus*.

JOANNES A WACHTENDONCK, Abbas Campensis Anno 1574. novelli ritus Præconi-

conibus adhærens, Anno 1575. 25. Sept. visitationis officio perpetuo privatur; ex J. Lind. p. 419.

Fr. THEODORICUS PETRI, Doccumanus, Sacerdos professus Conventûs Clare-Campensis, Anno 1590. ex Cœnobio S. *Annæ*, ubi degebat, unà cum Abbatissa aliisque illius Cœnobii Religiosis, ab iis qui *Geusii* dicti, Sneeam captivus abductus, redimendi sui gratiâ quandam pecuniæ summam, ad onus bonorum memorati Conventus Clare-Campensis, ab honesto viro *Petro Simonis*, ejusque conjuge *Maria* feneratus est, dantibus eidem ad hoc licentiam infrascriptis sui Ordinis Abbatibus, videlicet

Fr. THOMA GRONINGENSI, Abbate in *Florido-Campo*. 30.

Fr. JOANNE GREUNEN, Abbate ad S. Bernardum in *Adewerth*. 34.

Fr. RIQUINO GRONINGENSI, Abbate in *Jerusalem*.

Et Fr. EVERHARDO DE RAEDT, Abbate in *Muntherna*.

Qui singuli manu propriâ dictæ licentiæ subscripsêre, cujusque authenticum instrumentum penes nos asservamus.

ADDENDA ad Pagum *Hemelum* p. 67.

Ortus eo pago *Joachimus Hopperus*, Eques, &c. de quo pluribus ibi disseruimus.

Viglii ad eum *Epistolæ Politicæ & Historicæ*, ut jam ounc diximus, Leovardiæ excusæ sunt typis *Henrici Rintii*, Anno 1661. sed mutilæ; præterquam enim quod in editis lacunæ sint, non omnes ab eo Auctore editæ sunt.

ADDENDA ad Pagum Territorii *Barredani*, *Mantichum*, p. 98.

Ubi de nobili illic Sede Hoxviriana mentio habita.

Ex hæreditaria ea domo ortus, *Hector Hoxvirius*.

Plurimæ extant Viglii ad Hoxviriom hunc litteræ, hactenus ineditæ: Tom. 2. p. 146. 244. 287. Tom. 3. p. 73.

Ubi mentio de *Lamberto Siffinck*, Groningano Doctore, qui Assessoris Spiræ munus, a *Viglio* deferrum, ambivit, Tom. 3. pag. 93. 118. *de Serap. Hanya cognata*. pag. 144. 173. 178. *de Frisiæ Descript. & extens.* a *Petro Appiano* petita. P. 193. *de negotio Smalk.* pag. 208. 215. 227. 251. 254. 263. 280. 285. 303. 308. Tomo 4. pag. 347. 370. 455. Tomo 5. p. 48. 49. 91.

Littetis Viglii ad *Hectorem Hoxvirium*, epistolam ejus ad *Ausonium Hoxvirium* subjungimus, Tom. 4. p. 333.

AUSONIO HOXVIRIO.

ETSI, mi *Ausoni*, pristinæ scribendi consuetudini, quâ adolescens ab æqualium nemine vinci me sustinebam, nunc sive annorum, sive negotiorum, sive etiam ipsorum amicorum accessione minus me satisfacere sentiam: ad nullos tamen lubentius scribere soleo quàm eos qui bonarum artium studiis conjuncti, pares ætate, ac socii olim fuêre liberioris illius amœnioris que vitæ nostræ partis, qua, dum in Academiis unà egimus, jucundè perfrui consuevimus. Ex quibus sanè cùm pauci admodum sint superstites, tum tu, mi *Ausoni*, ex omnibus communis patriæ primum facile locum semper apud me tenuisti. Nam frater ut ætate sic etiam disciplina in litterario curriculo utrique nostri semper præivit. Quem nos ex intervallo secuti, & communibus studiis amicitiam & amicitia vicissim studia ipsa devinximus. Quamobrem, mi *Ausoni*, non minus mihi quam tibi impræsentiarum diuturni silentii culpam deprecandam puto. De patriæ Annalibus rem mihi jucundam nunciasti. Cum enim & in Historiis & Geographia, quantum per otium severiorum studiorum licet, lubenter devager, tum me sæpe pudet externa tantum discere, ac ignorare domestica. Itaque integrum volumen te nactum intelligo. Haud equidem solum istam te voluptatem depascere sinam, præsertim cum oblati sit conditio ut propius aliquando jungamur. Quanquam ego nihil de oblata conditione certi constituere adhuc potui, omnemque deliberationem in proximum Pascha distuli, quo in Brabantiam iter institui, coram cognita Reginæ voluntate, omnibusque ejus conditionis circumstantiis propius exploratis, quid faciendum sit staturus. Ut sive ea displiceat, huc mihi redire integrum maneat, sive placeat, ea quæ in Sacramenti ingressu caveri solent peragam. Quod si autem Bavariam forsitan mihi repetendam elegero, ob loci tamen propinquitatem, ac ut patris vidui enixo desiderio satisfaciam, eam revisendæ patriæ occasionem minimè negligam; nam & conjugem tuam suavissimam in meo adhuc ære esse memini, cui adventum meum, ne in Proculi Jureconsulti præceptum Jureconsultum peccasse dicat, meo nomine denuncies, multamque a me salutem dicas velim. De fratris dignitate tibi nobisque omnibus multum gratulor. Ac hic illi ad majora, uti ominor, gradus erit. Vale, *Ausoni* ornatissime. Ingolstadio, 4. Januarii, Anno 1542.

Patriæ Annales memorat.

HECTORI HOXVIRIO.

COMMUNE id quidem est Frisiæ nostræ, *Hector* clarissime, cum aliis plerisque non infimi nominis nationibus fatum, magis ut hactenus illic defuerint qui res præclarè gestas litteris commendarent quàm qui eas facerent. Sed tamen ne sic quidem majorum nostrorum virtus latere omnino potuit, quæ exterorum videlicet historiis sese insinuans, antiquissimum honestissimumque inter ceteros Germanos nomen retinuit. Cujus (ut *Hunibaldi*, *Trithemiique* fabulosas origines, qui nescio quem Grunum, Frisumque & alios nobis confinxere conditores, omittam) Romanæ ipsius historiæ testatio omni exceptione major plenum nobis præbet suffragium. Ubi verò deinde ad *Aldgili*, *Radbodique* tempora venitur, multa passim nostræ nationis commemoratio se offert, non tantum in rerum eo tempore gestarum annalibus, verùm & Sanctorum vitis. Et quanquam deinde Danorum incursionibus graviter patria nostra finitimique populi vexati fuerunt, vix ulli tamen citius jugum excussêre, aut pristinam libertatem sive defendêre fortius, sive retinuêre longius. Nec tantum adversus vicinos, dominandi ambitione eorum quietem libertatemque turbantes, plurimis sæpe præliis superiores extiterunt, verùm etiam exterorum Principum in asserendo sibi patriæ nostræ dominatu conatus clarissimis victoriis irritos fecerunt. Unde ipso gentium jure fundata eorum libertas, tempo-

Frisiæ origines fabulosæ.

rumque longævo usu communita, alio non videtur indiguisse privilegio, nisi tandem internis desatigatos discordiis, ipsa rerum temporumque vicissitudo sub æquum Cæsaris Imperium eos reduxisset. Si quis autem exsisteret qui hæc ab aliis Auctoribus partim delibata, partim privatis patriæ nostræ monumentis, quæ & Monasteria & Nobilium antiquæ domus, & si quæ usquam sunt publica Archiva, exhibere possent, comprehensa atque conservata certo ordine in unum corpus concinnaret, speciem saltem aliquam patriæ historiæ non ingratam nobis exhiberet. Scripsit aliquando ad me tale aliquid se moliri *Gerardus Noviomagus:* sed nescio quid ab homine extero & eo expectare debeamus. Porro sæpius optasti mecum quo tibi ejus rei studium adlubesceret, a qua ipse cum pene excidérim postquam ad Rempublicam es reversus, fratrem tamen tuum *Ausonium* rogavi, ut si quæ apud nostrates ejus generis extarent, ea conquirere ac mihi impartire non gravaretur. Quo hac videlicet occasione vel ipsius studium in eam rem incitarem, vel certe materiam, qua me ipse subinde oblectarem, vel unde aliis res nostras meliore stilo memoriæ tradendas suggerere possem, acciperem. De Locis antiquis quæ abs te notata sunt, summa cum voluptate legi, cognovique quibus non modo *Apiani* conatum adjuvisti, sed mihi etiam in rerum patriarum desiderio satisfecisti. De Frisiæ tamen finibus dubito adhuc an *Ptolomæi* sententiæ, qui ab Rheno usque ad *Amasum* habitare eos tradidit, subscribere debeamus. Nam *Corn. Tacitus* duplicem nationem minorum majorumque recensuit, & Saxo Grammaticus minorem Fresiam (sic enim & ipse ut & *Beda* juxta nostram pronunciationem patriam nostram vocat) ad *Eidoram* fluvium collocat inter *Jutiam* & *Thietmarsiam*, quam adhuc eodem nomine Holsatiæ Ducibus parere sub arcis Göttorpæ præfectura aliquando audivi. Unde videtur ab Rheno in ipsam usque *Cimbricam Chersonesum* (quæ hodie omnium consensu est Jutia Danici regni prima pars) excurrere. Cumque immensos lacus habitare Frisios *Tacitus* referat, de iis tantum qui inter Amasum ac Isalæ ostium sunt intelligere non possum. Eam vero Frisiam, quæ Bremensi Antistiti subjicitur ad *Jaderam* ni fallor & *Visurgum*, ipsius etiam Caroli Magni temporibus id jam nomen obtinuisse compertum habeo, privilegiaque vetusta ostendunt, ut ei certe quæ est inter Visurgum & Amasum, multo magis id nomen relinquere debeamus. Citerior autem Frisia, in qua Trajectum & aliqua Hollandiæ pars censetur, præter alios *Bedam* ipsum habet auctorem; quam & *Radbodo* per *Pipinum* ablatam refert. Itaque *Apiano* & mihi videtur novis tabulis eo omnia Frisio nomini tribuere, tametsi ea certe portio in qua nos editi sumus citra controversiam Frisium sibi nomen vendicat, quæ & præcipuæ semper dignitatis extitit, & libertatis gloriam quam diutissimè tutata est. De * *Manarmani* portu valde mihi tua placet sententia, & *Apianus* etiam Auctorem ostendit qui & ipse idem innuit, veteris arcis nomen & ruinas extare referens. Flevum tamen an Phileum *Ptolomæo* sit, *Apianus* dubitat, quod quidam Groningam interpretantur. Sed de Flevo tuæ sententiæ *Mela* etiam adstipulatur, qui & ipse videtur insulam *Flevlandiam* agnovisse. " Ad sinistram, loquens, amnis " etiam tum & donec effluat Rhenus, ad dextram " primo angustus & sui similis, post ripis longe " ac late recedentibus jam non amnis, sed ingens " lacus ut campus implevit Flevo dicitur, ejusdemque nominis insulam complexus, fit iterum " arctior, iterumque fluvius emittitur. Quanquam sunt qui hodie dicant Isalæ veteribus incognitum fuisse ostium, & *Drusi* adversus Germanos bellantis jussu fossa in mare deducta factum, scilicet ut illud *Virgilii* constet de Rheno bicorni. Porro Isala fluvius antiquus est, in eo tractu ad quem oppidulum *Heerda*, qui deinde ad Castellum *Lenborch* amnes ab *Borka* & *Bucholdia* Monasteriensis ditionis oppidis profluentes recipiens Anholtum oppidum alluit, & apud Doesbergum Rheno sive *Drusianæ* fossæ commixtus, si rectè observavi, retento nomine Zutphaniam decurrit, atque ibi recepto *Berkela* non ignobili quoque amne, & rursus apud Daventriam navigabili quoque rivo auctus in sinum, quem nos Meridionalem vocamus, provolvitur. In quem haud longe quoque *Vechta* fluvius, quem aquam ibi nigram vocant, influit. Is autem tribus infra Monasterium milliaribus, uti aliquando observavi, apud Schoppingen oritur, ac per Comitatum Benthemensem labens *Dinckulam* (quem Hegius olim celebravit ut patrium sibi amnem) recipit. Hunc *Vidrum* esse Vestphali etiam tecum volunt. Inter Isalam autem sive Rhenum Amasumque nullus fluvius Oceanum influit præter *Lauritiam* rivulum, qui Groningensem agrum ab nostro disterminat. Verùm hæc, mi *Hector*, tabula ipsa melius repræsentabit. In qua ut *Apiani* institutum, quantum ad Frisiam pertinet, adjuves iterum atque iterum te rogo. Non dubito autem quin is de quo scripsisti aliquid ei collaturus sit. Tu modo fac ut nobis Charta aliqua communicetur. Fortè vero aliquem etiam ibi invenire tibi licebit, qui de cæteris Frisiis qui in Orientem procurrunt aliquid tibi suggerere possit, quo in unum aliquando tabulæ corpus omnes complexæ augustionem speciem exhibeant. *Apianus* Opus insigne sub prælo habet, quod Cæsareum inscripsit Astronomicum: id si aliquando videris, dignum eum judicabis cujus conatum quoque in novis ad *Ptolomæum* tabulis adjuves. Apud nos hactenus omnia tranquilla sunt. Hagenoæ Rex Ferdinandus evocatis nonnullis Germaniæ proceribus de componendo religionis dissidio Comitia instituit. De Gelrico negotio confecto lætum nuper nuntium accepimus, utinam & verum. Sed id tuæ forte litteræ brevi nobis certius exponent. Bene vale, *Hector* clarissime. Ex Raina, ultimo Maji, An. 1540.

Frisiæ fines,

Manarmani portus,

Flevi ostium,

alia Frisiæ flumina ac rivi.

Apiani Opus Astronomicum.

* *Vide Mens. Altingii notitiam German. Infer. part. 1.* De *Manarmani* portu, ac Flevi ostio, ceterisque in hanc rem.

ADDENDA ad *Amalandiam* p. 102.

Ejus Dynastæ, ut diximus pridem, Cammingani. Ad *Hajonem a Camminga*, ejus stirpis Amalandiæ Dominum variæ extant *Viglii Zuichemi* epistolæ, quas ex Voluminibus epistolarum ejus MS. hic juvat apponere.

HAYONI A CAMMINGA.

Si verum est, *Hayo* ornatissime, quod vulgo dicitur, leviorem hominibus dolorem reddi quem plures unà sufferunt, tua certè amantissima epistola non modicum mihi solatium afferre debuit, & me hercle attulit, dum meo vulneri mederi cupiens teipsum de hoc tristissimo matris obitu indoluisse significas. Solebat quidem illa nobis referre nomen se pro patrio more accepisse

pisse a quadam *Ida ab Heringa*, quam tibi aviam an proaviam nescio fuisse dicebat, & quæ matrimonio juncta *Kamstrensi*, ni fallor, cuidam avi mei consobrino, nostræ familiæ amantissima semper extiterat. Quamobrem & ipsa mutuam benevolentiam quam re exhibere non poterat, verbis subinde apud te testari solebat. Eam verò te non contempsisse ac memori mente tenere, haud minimum mihi in cæteris eruditissimæ consolationis tuæ partibus levamen attulit. Porrò studiorum tuorum successui, mi *Hayo*, multum gratulor. Institutiones qui diligenter legerit, titulosque cæterorum librorum tenuerit, is certè amplam sibi viam ad Juris Civilis cognitionem aperuit. Hi quippe sunt quasi indices quidam qui ad cujuslibet materiæ notitiam ducunt, quos etiam propter expeditiorem lectionem inventionemque faciliorem memoria complecti inprimis conducit. Deinde verò si quis quid hodie in Jure sapere videri velit, eum oportet non offendi iis quæ quidam delicatioris palati in Glossis nostris culpant. Magna enim & recondita eruditio in ipsis sita est, nec errarunt tot præclari Jureconsulti ad nostram usque ætatem, qui plurimum operæ eisdem impenderunt. Me autem quando & hoc scire postulas, multi invitant ut rursus aliquid in lucem exire sinam, & habeo sanè aliquot annorum fœtus, verùm iis expoliendis otium hactenus consequi nequivi, cum præter docendi provinciam multijugis hic occupationibus distinear. De nova *Erasmianorum* Operum editione nihil hactenus intellexi. De nostra querela proximis nundinis cum *Frobenio* coràm agam, nam multorum litteris in inferiorem Germaniam revocatus sub id tempus profectionem institui. Africanæ expeditioni nollem te interfuisse, vix enim ex iis qui Cæsaris stipendia secuti sunt tertius quisque incolumis hic rediit, nec erat his opus tam longè hostem quærere, cum domi ac in ipso Germaniæ limine is adesset, Budamque ac totam penè Ungariam in suam potestatem redigeret. Unde jam totius Germaniæ vastationem quotidie timere cogimur, ut nisi hostis quamprimum retro pellatur, de Austria viciniisque regionibus metuendum sit. Rex Ferdinandus undique opem implorat, omniaque tentat. Et quidem speramus Germanos justo exercitu hac æstate in Ungariam descensuros, ad quam expeditionem omnis se Germaniæ Nobilitas accincturа videtur. Vale, *Hayo* ornatissime. Ingolstadii, xxv. Februarii, Anno 1542.

HAYONI A CAMMINGA.

ETSI mihi gratissimæ fuerint litteræ tuæ, *Hayo* ornatissime, multo tamen maluissem teipsum coram salvum ac incolumem cernere atque amplecti, & id quod a me postulas consilium cum præsenti conferre. Nobis certè magnum ac difficile hic bellum imminet, nec facilè video quem locum tibi indicare in hisce Provinciis queam, unde rerum exitum tuto spectare exspectareque possis: præsertim eum a patria abhorreas, quæ mihi periculo omni caritura hoc certè anno videtur. Et quanquam classis Danica timeatur, anni tamen tempus, quod mare intranquillum reddere solet, me consolatur. Posses tamen etiam Trajecti apud affinem Præsidem *Hoxvirium* non modò aliquamdiu morari, sed rebus etiam tuis ex illius sententia consulere. Ut autem in Flandria permaneas aut Lovanium in hac rerum perturbatione commigres, consulere non satis possum. Tibi autem fortassis Colonia adlubesceret; sed nescio an pestis, quæ illic gravissimè sævit, & amicum nostrum *Doccumensem* superiore anno sustulit, conquieverit. Ego fortassis post pauculos dies ab Regina mittar in Germaniam, ac jampridem ad iter sui accinctus; sed quotidianæ belli occupationes me hactenus remoratæ sunt. Quod si ea queam provincia liberari, patriam invisere decrevi. Dolet mihi conterraneorum nostrorum infortunium, quos in Gallia captivos detineri audio, præsertim a *Cammingа* propinqui tui; quem etsi non noscam, tamen ob veterem ejus domus in patruum familiamque nostram benevolentiam, lubens meo consilio auxilioque si possem adjuvarem, ac si tu hic adfuisses aliquam fortè ejus liberandi viam unà invenissemus. Tandem tamen eum ex *Herone ab Hottinga* intellexissem quinquaginta coronatos hostes exigere, ne ex longiori mora aliquid incommodi ei accidat, visum est mihi pecuniam eam prærogare, & ad te mittere, quo pro sanguinis conjunctione ejusce officii meritique particeps fias. Quod eo tibi confidentius injungere sum ausus, quod intelligebam tibi quoque animum esse Arthesiam repetendi. Commodissimè autem licebit tibi ex Cameraeo hoc negotium transigere, quo intra biduum aut triduum, si pro reliquis pecuniam conficere quiverit, *Hero* se rediturum dixit. Te autem velim quamprimum eo proficisci, ut si fortè ille diutius emanserit, noster tamen maturè liberetur. Capitanei, qui captivos eos detinet, nomen ex conjuncta scheda cognosces. Cupiebat *Hero* ut & pro aliis pecuniam subministrarem, verùm cum ego me in Germaniam in singulas horas profecturum existimem, non potui hoc tempore hominibus incognitis cum meo incommodo gratificari. Mitto tamen ad te florenos aureos Rhenenses centum, ut si forte vel tibi vel illi aliquid defuerit, necessitati utrinsque consultum sit. Tu autem nimium verecundus es, qui si qua fortè re indiges, id me scire non sustineas. Quo autem hæc pecunia ad te certius perferretur, & quid tibi hac in re faciundi animus esset rescirem, proprium hunc ad te ministrum mittendum duxi. Per eum rogo ut rescribas quid tibi facere sit animus, ne *Menno* apud hostes longius hæreat. Caute autem agendum tibi erit, & nisi melius habueris consilium, poteris Cameraci aliquem honestum virum adjutorem tibi adsciscere, & Capitaneum certiorem facere pecuniam pro *Mennone* Leoverdiensi (sic enim se suppresso cognomine appellavit) paratam esse Cameraci, nempe Coronatos 50. aut eorum valorem, tum & id quod pro eorum expensis erit exsolvendum. Quapropter petere te ut relaxetur ac tuto Cameracum remittatur. Mandavi *Paulo* ut aliquid quoque pecuniæ ex Frisia ad illum ferat, quo post liberationem viaticum redeundi in patriam habeat. Quod tibi autem supra suasi ne diutius in Flandria aut Arthesia hæreres, id iterum moneo: eum non ignores non satis ubique tutum esse alieni periculi velle esse spectatorem. Regina heri ex Antverpia rediit, ubi pecuniam magnam in belli usum confecit, ac de communienda ea urbe consilium iniit, quod summa alacritate exequi statuerunt. Bene vale, *Hayo* plurimis modis mihi charissime. Datum Bruxellæ, XIII. Augusti, Anno 1542.

Præter *Erasmi* ad *Bembum* jam a nobis editam, aliæ ejusdem *Erasmi* ad *Viglium* ex Museo eruditi ac Erasmo cumprimis addicti viri redditæ mihi MS. Epistolæ, numero quinque; in novissima editione Lugduno - Batavâ, ut comperio, excusæ quidem; sed cum quadam ab his, quas teneo, hic & illic discrepantiâ, quam hic indicare, Lectorumque oculis ac judicio subjicere non ingratum fore duxi.

In Epistola *Erasmi* ad *Vigl.* 359. fol. 1747. sæpius invenitur *Canium*: in nostris Codicibus est *Canivium*, a *Cuyf*, clara Ultrajecti familia, ex qua *Joannes Cuyfius*, stante Cath. ritu primus a nova Sedium per Belgium erectione Groninganus Episcopus, de quo sub *Ultrajecto* pag. 126. & sub *Groninga* pag 15.

Rescire, in nost. Cod. *noscere*.

Hujus convictu, in nost. Cod. *hactenus quiete*.

Hessia, apud nos, *Hassia*.

Lin. 15. apud nos superflua est particula *&*.

Expedissem, apud nos, *expectassem*.

Panica perfidia, apud nos, *Punica*.

Abest, in nost. Cod. *abiit*.

Scite, apud nos, *scire*.

Quibus artibus, apud nos, *qualis ariolus*.

Græca u ducentis versa, in nost. Cod. *Græcorum u diversis versa*.

Sucqueto proprii, apud nos, *proprium*.

Summa cum laude, in nost. Cod. non invenitur.

Profitetur, apud nos, *profiteatur*.

31 *Julii*, apud nos, *pridie Calend. Augusti*.

Coronatorum, in nost. Cod. *coronatos*.

Si adhuc, apud nos, *si istbic*.

Epist. *Erasmi* 370. fol. 1754.

Libri qui adhuc sunt latentes, in nost. Cod. *qui adhuc latent*.

De Julii Camilli, apud nos, *Justi*.

Ex ore & locutione, apud nos, *criminatione*.

Aliisque compluribus, apud nos, *aliisque convitiis*.

Joanni Christonio, apud nos, *Chrysostomo*.

Quid suspicor, in nost. Cod. *suspicer*: ubi & ad latus invenitur, *Putavii reddita 5. Augusti* 1532. non 33. ut est in editis.

Epist. *Erasmi* 369. fol. 1754.

Succenserint, in nost. Cod. *succenseunt*.

5. *Nov.* 1532. apud nos, *Nonis Novemb.*

Ubi & additur, *redditæ sunt Patavii* 16. *Febr.* 1533.

Epist. *Erasmi* 372. fol. 1756.

Legi nuper aliquot adolescentis illius, in nost. Cod. *adolescentiæ*. Additur, *redditæ sunt* 26. *Junii* 1533. *Patavii*.

Epist. *Erasmi* 374. fol. 1759.

Volvisti, apud nos, *voluisti*.

Qui an paratus sit, apud nos, *an profectus sit*.

FINIS EPISCOPATUS LEOVARDIENSIS.

INDEX

INDEX RERUM

Episcopatus Leovardiensis.

A.

B.

C.

Goin-

H.

I.

K.

L.

Reni-

INDEX Eccleſiarum Collegiatarum, Abbatiarum ac præcipuorum Monaſteriorum, quæ in Epiſcopatu Leovardienſi olim floruerunt.

Eccleſia Collegiata D. Viti, *Leovardiæ.*

Abbatiæ & Cœnobia S. Benedicti;

Abbatia in *Hemelum.*
- - *Staveræ.*
- - in *Amalandia.*
- - Virginum, *Bethania* dict. in *Foſw.*
- - Smalſinæum, *Bombergi.*
- - Virginum in *Marſum.*

Abbatia Canonicorum Regularium in Achlum.

Cœnobia Canonicorum Regul.
- - *Doccumi.*
- - in *Bergum.*
- - in *Garyp.*
- - Salvatoris in Thabor, in *Tirnſe.*
- - in *Achlum.*
- - Roſæ Vallis B. Mariæ, in *Haſſcha.*

Abbatiæ ac Cœnobia Præmonſtratenſium;

Abbatia, Hortus-Marianus, in *Hallum.*
- - in *Tyarmarum.*
Cœnobium, L. Vrouwen ten Berghe, in *Nieukerk.*
- - op de Bilt, vinea Domini, *Bolſverdiæ.*
- - Lux mundi, in *Appelſche.*
Cœnobium Virginum, L. Vrouw ten Dale, in *Nieukerk.*
- - 't Feen Klooſter, *Olwoldæ.*
- - ſepulchrum S. Mariæ *Burrani.*
- - *Bethleem.*

Abbatiæ Ordinis Ciſtercienſis,

Abbatia, Jeruſalem dicta, *Gerici.*
- - Clarus Campus in *Rimmageeſt.*
- - floridus Campus in *Harwirt.*
Cœnobium Virginum, Galilea, in *Burum.*
- - aula Dei, *Goingi.*
- - Marye-bos, in *Terbant.*
Genezareth, in *Hallum.*

Cœnobia Virginum S. Auguſtini,

Cœnobium *Leovardiæ.*
- - converſarum *Bolſverdiæ.*
- - in Nazareth, *Iazegæ.*

Cœnobia Carmelitarum,

Cœnobium Carmelitarum Mariæ Virginis, in *Woltseynde.*
- - *Yiſtæ.*
Cœnobium Crucigerorum, *Sneeæ.*
- - *Franekeræ.*
Cœnobium Dominicanorum, *Leovardiæ.*
- - Virginum, *ibid.*

Cœnobia Franciſcanorum,

Cœnobium Franciſcanorum, *Leovardiæ.*
- - *Bolſverdiæ.*

Cœnobia Tertiæ Regulæ S. Franciſci,

Cœnobium Sororum, *Leovardiæ.*
- - in *Aelſum.*
- - in *Worcum.*
- - 't Oegeklooſter, in *Iteus.*
Cœnobium Gaudentium *Bolſverdiæ.*
Cœnobium Joannitarum *Bolſverd.*
Cœnobium Ordinis B. Mariæ Magdalenæ, in 't *Zum.*

Cœnobia Teutonicorum,

Cœnobium in de *Nes.*
- - Teutonicorum in *Oldeſchot.*

Simul 50. Monaſteria.

APPEN-

APPENDIX AD FRISIAM

A L T E R A.

Cœnobium Dominic. Leov. duplex;

INTER alia utriusque sexus Cœnobia a nobis designata pag.36. viguit Leovardiæ Dominicani Ordinis Monasterium, ut ibi diximus, duplex, virorum unum, Monialium alterum. Annus quo primum auspicium habuit, non omninò constat. Quidam A.1228 alii 1242. alii 1245. assignant. Ex antiqua tamen Conventuum istorum serie habetur, quod Prior hujus Conventûs in Provincialibus Comitiis locum suum teneat post Priorem Conventûs Antverpiensis Anno 1244 in Capitulo Generali Bononiæ in Conventum erecti.

Monachorum initium,

Chronicon Frisiæ ab *Andrea Cornel* adauctum sic habet: *Anno 1245. Leovardiæ fundatum est Monasterium Fratrum Prædicatorum. Primi fundatores sunt Camingani; sed postea cives quidam divites ad hoc multum contribuerunt.*

situs,

antiquus splendor,

Situs Cœnobii hujus fuit ad plagam civitatis Orientalem, ut & mappæ geographicæ, & Ecclesia ejus (etiamnum *Jacobæorum* dicta) adhuc superstes, & ædificiorum quædam fragmenta testantur. Cœnobium hoc satis splendidum fuisse ex eo constat, quod in refectorio cives Leovardienses aliquando convenerint ad lites & discordias sopiendas. Anno 1493 Legati Maximiliani Cæsaris & Frisiæ Ordines inter se dissentientes celeberrimum coëtum in prædicto refectorio habuerunt. Nunc omnia fere ædificia solo æquata, & in civium domos conversa sunt. Id quod superest, pro temporum mutatione variis usibus deservit. Quandoque infirmis, speciatim, pestiferis; nunc orphanis sustentandis destinatum est.

præsens usus,

Præstans Ecclesia,

hodiè primaria;

Ecclesiæ splendorem, quæ collapsa antiquâ & primariâ æde *S Vito* sacra, ob ejus excellentiam *magna Ecclesia* vocatur, etiamnum demonstrat præcellens structura, cui Iconomachia, cum in Monasteria & templa Anno 1578. sævit, providè pepercit, ut cœtus in ea suos, ut & hodiè habet, cogeret.

Monumenta sepulchralia,

Plurium in ea illustrium familiarum monumenta, ut Hesseli *Meckauni*; in Sacristia potissimùm plumbei ad terram positi loculi visuntur, queis funera Principum ex Nassovia familia (Stadthouders/ id est Vicarios vocant) sunt recondita.

Priores, & alii Religiosi illustres.

P. M. CORNELIUS DE SNEKIS, de quo sub *Sneka*, sermo habitus p.81. in Cœnobio hoc habitum Ordinis assumpsit & professus fuit.

P. Mr. WILHELMUS SMIT *de Wesalia* Anno 1520. Prior Conventûs Groeningensis, deindè hujus Conventûs Leovardiensis Prior, per multos annos ibi docuit, & Anno 1524. in alma Universitate Lovaniensi Doctoratûs Lauream reportavit. Tertiò Capituli Provincialis, ut vocant, Diffinitor fuit. Tandem Anno 1531. ad instantiam Monialium nostrarum in *Wyck* a R^mo^ P *Joanne de Fenario*, totius Ordinis Magistro Generali prædictarum Monialium Monasterio incorporatus fuit.

Ceterùm Prior Anno 1507.

Fr. THEODORICUS PETRI.

Fr. FRANCISCUS VAN LEYEN, Supprior. Sub prædicto *Priore* Wilhelmo, *Supprior* fuit Anno 1509.

HENRICUS ELVERICK DE WESALIA, Supprior A°. 1511.

Fr. WILHELMUS A WESALIA.

Cœnobii Virginum auspicium.

Monialium Leov. Cœnobium, de quo pag. ead. initium suum habuit a *Wilmodæ Hemmodis Odden*, Actuarii ac Consiliarii Civitatis Leovardiensis filia. Hæc primò matrimonio juncta cuidam civi Doccumensi, mox vidua & in devastatione Doccumensi magnâ bonorum suorum parte spoliata, Leovardiam reversa, habitumque ac Institutum tertii Ordinis S. *Dominici* amplexa, in domo paterna pietatis operibus sedulò se impendit, sensimque, aggregatis ejusdem vocationis filiabus, huic Monasterio auspicium dedit. Coemptis a Conventu Dominican. quibusdam domibus, & domo paternâ similiter in Monasterium versâ, eorum, quorum intererat obtentâ licentiâ, se insigni liberalitate *Wybonis Gerardi*, Consulis Leovardiensis & hujus Monasterii Confundatoris, illa omnium prima solemnem Professionem emisit die 8 Julii 1525. sub Ven. Matre *Jacoba Jacobi*, ex Monasterio Leydensi prima bujus novi Monasterii Priorissa.

Fundatrix, & Rectrix prima.

Ut jam dicta melius innotescant, sequentes subjungimus Tabulas:

Ædes tres in hoc coemptæ.

WY Broeder *Theodoricus Petri* Prior, Broeder *Franciscus van Leyen* Supprior, Broeder *Joannes van Tyrus* ende Broeder *Gysbertus van Bolswert* seniores, ende alle ghemeene Broeders van den Predicaer Orden des Cloosters binnen Leeuwaerden lyen ende betuyghen met dese teghenwoordighe Coopbrief ende Quitantie, dat wy hebben vercoft om een profitelike sacke Hemme Odden ende Houck zyn echte wyf, de stede liggende binnen Leuwaerden to *Nyehoff* op de *Horn* by 't Kerckhof by die Personers-huys op de een zijde ende Herman Vleyskhouwers-huys op de ander zijde gaende achter wt aen 't huys daer Heer Lnile plach in te woonen, voor een summe van penningen als ses ende dartich hornsguldens oyt Weste, welcke summe gelts Hemme ende Houck voorseyt ons vol ende al hebben betaelt den eersten penninck met den lesten. Waerom wy Prior ende Broeders voorseyt dancken Hemme ende Houck voorseyt van goeden betaelinghe ende draghen hem ende hoer Erfgenaemen toe den eyghendom met allen besit inder eeuwicheyt met allen rechten die wy hebben op de voorseyde stedo ende wy van ons Cloosters weghen loven Hemme ende Houck voorseyt vrye stede te leveren van allen hinder ende aenspraeck in 't recht ende buyten 't recht als dat behoort alle dinck sonder . . . . . ende nye inyndinghe. Inder waerheyt dees Coopbriefs ende Quitantie soo hebben wy Prior ende gemeene Broeders voorseyt ons Convents zeghel gehanghen aen desen Brief in 't Jaer ons Heer 1507. op den vierden daeh in de maendt geheeten Martius.

Venditio secundæ domûs.

WY *Wilhelmus Smit van Wesel* Prior, Broeder *Wilhelmus van Wesel* Supprior, Broeder *Dirck Petri*, Broeder *Gysbertus van Bolswert*, Patres

W.

Y.

Z.

INDEX *Ecclesiarum Collegiatarum, Abbatiarum ac præcipuorum Monasteriorum, quæ in Episcopatu Leovardiensi olim floruerunt.*

Ecclesia Collegiata D. Viti, *Leovardiæ.*

Abbatiæ & Cœnobia S. Benedicti;

Abbatia in *Hemelum.*
- - *Staveræ.*
- - in *Amalandia.*
- - Virginum, *Bethania* dict. in *Fosw.*
- - Smallinæum, *Bombergi.*
- - Virginum in *Marsum.*

Abbatia Canonicorum Regularium in Achlum.

Cœnobia Canonicorum Regul.
- - *Doccumi.*
- - in *Bergum.*
- - in *Garyp.*
- - Salvatoris in Thabor, in *Tirnse.*
- - in *Achlum.*
- - Rosæ Vallis B. Mariæ, in *Hasscha.*

Abbatiæ ac Cœnobia Præmonstratensium;

Abbatia, Hortus-Marianus, in *Hallum.*
- - in *Tyarmarum.*

Cœnobium, L. Vrouwen ten Berghe, in *Nieukerk.*
- - op de Bilt, vinea Domini, *Bolsverdiæ.*
- - Lux mundi, in *Appelsche.*

Cœnobium Virginum, L. Vrouw ten Dale, in *Nieukerk.*
- - 't Feen Klooster, *Olwolde.*
- - sepulchrum S. Mariæ *Burrani.*
- - *Bethleem.*

Abbatiæ Ordinis Cisterciensis,

Abbatia, Jerusalem dicta, *Gerici.*
- - Clarus Campus in *Rimmageest.*
- - floridus Campus in *Harwirt.*

Cœnobium Virginum, Galilea, in *Burum.*
- - aula Dei, *Goingi.*
- - Marye-bos, in *Terbant.*

Genezareth, in *Hallum.*

Cœnobia Virginum S. Augustini,

Cœnobium *Leovardiæ.*
- - conversarum *Bolsverdiæ.*
- - in Nazareth, *Lazegæ.*

Cœnobia Carmelitarum,

Cœnobium Carmelitarum Mariæ Virginis, in *Woltseynde.*
- - *Tilsæ.*

Cœnobium Crucigerorum, *Sneeæ.*
- - *Franekeræ.*

Cœnobium Dominicanorum, *Leovardiæ.*
- - Virginum, *ibid.*

Cœnobia Franciscanorum,

Cœnobium Franciscanorum, *Leovardiæ.*
- - *Bolsverdiæ.*

Cœnobia Tertiæ Regulæ S. Francisci,

Cœnobium Sororum, *Leovardiæ.*
- - in *Aelsum.*
- - in *Worcum.*
- - 't Oegeklooster, in *Itens.*

Cœnobium Gaudentium *Bolsverdiæ.*
Cœnobium Joannitarum *Bolsverd.*
Cœnobium Ordinis B. Mariæ Magdalenæ, in 't *Zum.*

Cœnobia Teutonicorum,

Cœnobium in de *Nes.*
- - Teutonicorum in *Oldeschot.*

Simul 50. Monasteria.

APPEN-

APPENDIX AD FRISIAM

ALTERA.

Cœnobium Dominic. Leov. duplex;

INTER alia utriusque sexus Cœnobia a nobis designata pag. 36. viguit Leovardiæ Dominicani Ordinis Monasterium, ut ibi diximus, duplex, virorum unum, Monialium alterum. Annus quo primum auspicium habuit, non omninò constat. Quidam A. 1228 alii 1242. alii 1245. assignant.

Monachorum initium,

Ex antiqua tamen Conventuum istorum serie habetur, quod Prior hujus Conventûs in Provincialibus Comitiis locum suum teneat post Priorem Conventûs Antverpiensis Anno 1244 in Capitulo Generali Bononiæ in Conventum erecti.

Chronicon Frisiæ ab *Andrea Cornel* adductum sic habet: *Anno 1245 Leovardiæ fundatum est Monasterium Fratrum Prædicatorum. Primi fundatores sunt Camingani; sed postea cives quidam divites ad hoc multum contribuerunt.*

situs,

Situs Cœnobii hujus fuit ad plagam civitatis Orientalem, ut & mappæ geographicæ, & Ecclesia ejus (etiamnum *Jacobæorum* dicta) adhuc superstes, & ædificiorum quædam fragmenta testantur.

antiquus splendor,

Cœnobium hoc satis splendidum fuisse ex eo constat, quod in refectorio cives Leovardienses aliquando convenerint ad lites & discordias sopiendas. Anno 1493 Legati Maximiliani Cæsaris & Frisiæ Ordines inter se dissentientes celeberrimum coëtum in prædicto refecturio habuerunt. Nunc omnia ferè ædificia solo æquata, & in civium domos conversa sunt.

præsens usus.

Id quod superest, pro temporum mutatione variis usibus deservit. Quandoque infirmis, speciatim, pestiferis; nunc orphanis sustentandis destinatum est.

Præstans Ecclesia,

hodiè primaria;

Ecclesiæ splendorem, quæ collapsa antiquâ & primariâ æde *S Vito* sacra, ob ejus excellentiam *magna Ecclesia* vocatur, etiamnum demonstrat præcellens structura, cui Iconomachia, cum in Monasteria & templa Anno 1578. sævit, providè pepercit, ut cœtus in ea suos, ut & hodiè habet, cogeret.

Monumenta sepulchralia.

Plurium in ea illustrium familiarum monumenta, ut Hesseli *Meckanni*; in Sacristia potissimùm plumbei ad terram positi loculi visuntur, queis funera Principum ex Nassovia familia (Stadthouders/ id est Vicarios vocant) sunt recondita.

Priores, & alii Religiosi illustres.

P. M. CORNELIUS DE SNEKIS, de quo sub *Sneka*, sermo habitus p. 81. in Cœnobio hoc habitum Ordinis assumpsit & professus fuit.

P. Mr. WILHELMUS SMIT *de Wesalia* Anno 1520. Prior Conventûs Groeningensis, deindè hujus Conventûs Leovardiensis Prior, per multos annos ibi docuit, & Anno 1524. in alma Universitate Lovaniensi Doctoratûm Lauream reportavit. Tertiò Capituli Provincialis, ut vocant, Diffinitor fuit. Tandem Anno 1531. ad instantiam Monialium nostrarum in *Wyck* a Rmo P. *Joanne de Fenario*, totius Ordinis Magistro Generali prædictarum Monialium Monasterio incorporatus fuit.

Ceterùm Prior Anno 1507.

Fr. THEODORICUS PETRI.

Fr. FRANCISCUS VAN LEYEN, Supprior.

Sub prædicto *Priore* Wilhelmo, *Supprior* fuit Anno 1509.

HENRICUS ELVERICK DE WESALIA, Supprior Ao. 1511.

Fr. WILHELMUS A WESALIA.

Cœnobii Virginum auspicium,

Monialium Leov. Cœnobium, de quo pag. ead. initium suum habuit a *Wilmodæ Hemmodis Odden*, Actuarii ac Consiliarii Civitatis Leovardiensis filia.

Fundatrix, & Rectrix prima.

Hæc primò matrimonio juncta cuidam civi Doccumensi, mox vidua & in devastatione Doccumensi magnâ bonorum suorum parte spoliata, Leovardiam reversa, habitumque ac Institutum tertii Ordinis S. *Dominici* amplexa, in domo paterna pietatis operibus sedulò se impendit, sensimque, aggregatis ejusdem vocationis filiabus, huic Monasterio auspicium dedit. Coemptis a Conventu Dominican. quibusdam domibus, & domo paternâ similiter in Monasterium versâ, eorum, quorum intererat obtentâ licentiâ, ac insigni liberalitate *Wybonis Gerardi*, Consulis Leovardiensis & hujus Monasterii Consundatoris, illa omnium prima solemnem Professionem emisit die 8 Julii 1525. sub Ven. Matre *Jacoba Jacobi*, ex Monasterio Leydensi prima hujus novi Monasterii Priorissa.

Ut jam dicta melius innotescant, sequentes subjungimus Tabulas:

Ædes tres in hoc coemptæ.

WY Broeder *Theodoricus Petri* Prior, Broeder *Franciscus van Leyen* Supprior, Broeder *Joannes van Tyrus* ende Broeder *Gysbertus van Bolsweert* seniores, ende alle ghemeene Broeders van den Predicaer Orden des Cloosters binnen Leeuwaerden lyen ende betuyghen met dese teghenwoordighe Coopbrief ende Quitantie, dat wy hebben vercoft om een profitelike saeke Hemme Odden ende Houck zyn echte wyf, de stede liggende binnen Leuwaerden to *Nyehoff* op de *Horn* by 't Kerckhof by die Personers-huys op de een zijde ende Herman Vleyskhouwershuys op de ander zijde gaende achter wt aen 't huys daer Heer Lolle plach in te woonen, voor een summe van penningen als ses ende dartich hornsguldens uyt-Weste, welcke summe gelts Hemme ende Houck voorseyt ons vol ende al hebben betaelt den eersten penninck met den lesten. Waerom wy Prior ende Broeders voorseyt dancken Hemme ende Houck voorseyt van goeden betaelinghe ende draghen hem ende hoer Erfgenaemen toe den eyghendom met allen besit inder eeuwicheyt met allen rechten die wy hebben op de voorseyde stede ende wy van ons Cloosters weghen loven Hemme ende Houck voorseyt vrye stede te leveren van allen hinder ende aenspraeck in 't recht ende buyten 't recht als dat behoort alle dinck sonder . . . . . ende nye inyndinghe. Inder waerheyt dees Coopbriefs ende Quitantie soo hebben wy Prior ende gemeene Broeders voorseyt ons Convents zeghel gehanghen aen desen Brief in 't Jaer ons Heer 1507. op den vierden dach in de maendt gheheeten Martius.

Venditio secundæ domûs.

WY *Wilhelmus Smit van Wesel* Prior, Broeder *Wilhelmus van Wesel* Supprior, Broeder *Dirck Petri*, Broeder *Gysbertus van Bolsweert*,

Patres

Patres de Consilio, Broeder *Henrick van Sneeck* Procurator ende gemeene Broeders des Cloosters vander Prediker Oorden binnen Leeuwaerden lyen en betuyghen met desen teghenwoordigen Brief ende Quitantie dat wy hebben vercoft, om om een profitelike sake als om nootruftige timmering aen onsen Dormpter Hemme Odden ende Houck zyn echte wyf, huys ende stede, hof ende cleyn stede, gelyck alst Cathryn Ketema plach te hebben, dat aldernaest aen voorseyt Hemme Nyehuys ende stede leit by *Nyhof*, dat voorseyt huys was ons van salighe Heer Lolle aencommen, ende Cathryn Teta Humama voorseyt weduwe haddet coft ende ons weder vercocht of overgeven. Dat voorseyt Lant is groot. Eerst daert voorseyt huys op staet, ende streckt achter aen den hof dat Tiaerd Eelkis nw gebruyckt, ende voort om by Tiaerd voorseyts hof aen de *Speelmanstraet* aen Bisscopsma huys of camer, daer Aefgens Baernis, die doodt is, drie cameren op staen, ende voort om opt Noort aen *Speelmansstraet* een deel leech ende een deel betimmert, ende gaet aen Personers tot *Nyehoff* cleyn stede ende daer aen comt de *Hornstee* aen die stede die ween gaet nae *Nyehoff* &c. inder waerheydt des Coopbriefs ende Quitantie zoo hebben wy Prior ende ghemeene Broeders des voorseyts Cloosters ons Conventa zegel gehanghen aen desen Brief in 't Jaer ons Heeren 1509. op den 28. dach io Julio.

Venditio tertiæ domus.

WY Broeder *Wilhelmus Smit van Wesel* Prior, Broeder *Franciscus van Leyen* Supprior, Broeder *Gysbertus* ende Broeder *Dominicus van Bolswaert*, Broeder *Henricus van Sneeck* Procurator, ende Patres de Consilio, ende die gemeene Brueders des Cloosters vander Prediker-Oorden binnen Leeuwaerden, doen kondich ende certificeeren misdesen Brief, dat wy by consent ende raet onses General Vicarius over die Congregatie van Hollandt Broeder *Cornelis* Meesters *in Theologia* hebben vercoft vrys coops Hemme Odden ende Houck zyn echte huys-vrou, om een orbaerlicke sacke ende betaelinge der schulden vaode nootruftighe timmering drie huysstede, liggende by ons Liever Vrouwen Kerck tot *Nyehoff* binnen Leeuwaerden; die een is de stede daer dat huys op staet daer Hemme ende Houck voorseyt, van Herman Vleeschouwer ende loa hebben gecreghen ende nu selfs bruycken, ende leyt naest H. Gheritz ende Hemme ende Houckx Nyhuys, *daer de Susteren nw in woonen* &c. in 't jaer ons Heeren 1512. op den 17. dach des Maents Augusti.

Ex his constat prædictam Congregationem inchoatam fuisse ante Annum 1512.

Consensus P. Provincialis Germ. infer. Capituli general

Anno 1522. Dominicâ secundâ post octavam Paschæ celebratum fuit Capitulum Provinciale Harlemi sub P. Mag. *Jacobo a Calcar*, S. T. D. Provinciæ Germaniæ inferioris primo Priore Provinciali. Io hoc Capitulo Congregatio Sororum *Leovardiæ* dudùm inchoata, admissa fuit in Monasterium Ordinis, eâ conditione, ut a proximo Capitulo Generali etiam admitteretur. Capitulum Generale Romæ celebratum Anno 1525. Monasterium hoc acceptavit his verbis:

"Acceptamus Conventum Monialium nostri
" Ordinis fundatum auctoritate summi Pontificis
" & Diœcesani in oppido Lywaerdiensi partium
" Frisiæ Provinciæ inferioris Germaniæ.

Litteræ Diœcesani Episcopi, de quibus hic fit mentio, suot tenoris sequentis:

Philippi de Burg. Ultraj. Episc.

PHilippus de Burgundia, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Trajectensis, dilectis nobis in Christo *Wyboni Gerardi*, Burgimagistro oppidi Leuwardensia partium Frisiæ nostræ Diœcesis, ac *Soukæ* legitimæ uxori ejusdem salutem in Domino sempiternam. Cupientes cultum divini nominis ampliari libenter ea vobia concedimus per quæ cultus ipse continuum suscipiat incrementum. Ea propter justis vestria precibus nobis porrectis grato concurrentes assensu ut in dicto oppido Leuwardensi in domibus & fundis per quemdam *Hemmonem Oddonis*, dudùm ad usum unius Monasterii seu Conventûs Sanctimonialium Ordinis *S. Dominici* assignatia, in quibus etiam ad præsens nonnullæ dicti Ordinis Moniales degunt & simul morantur, seu alio loco magis ibidem ad hoc conveniente, Monasterium seu Conventum dicti Ordinia cum omnibus necessariis officinia ac Capella, turri, parva campanula, & ambitum construere ac erigi & ædificari facere, ac inibi per Superiores Ordinis Prædicatorum dictas & alias Sorores Sanctimoniales sub vestis consuetis investiri & includi procurare juxta privilegia & instituta dicti Ordinis, prout etiam in litteris vobis ab illustrissimo & serenissimo Domino *Carolo* Romanorum Imperatore plenius est concessum, possitis & valeatis absque Parochialis Matricis Ecclesiæ ac omnia alieni juris præjudicio: vobia ac Superioribus Ordinis Prædicatorum licentiam auctoritate nostrâ tenore præsentium concedimus pariter & facultatem, & interim ante altarium & Capellæ dicti erigendi Monasterii Consecrationem quam nobis & Vicario oostro in Pontificalibus reservamus faciendam, ut dictæ Sorores Sanctimoniales io dictia habitationibus suis io loco congruo & apto divina officia & Missas in altaribus portatilibus celebrari facere possint, licentiam similiter impartimur. Datum sub sigillo nostro ad causas, Anno Domini 1524. die vero vicesimâ mensis Octobris. Signatum,

salvo jure Paroch. matricis Ecclesiæ,

BEYER.

Sequitur Bulla Clementis Papæ VII.

Clementis VII. Pont. Rom. confirmatio.

CLemens Papæ VII Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut dilectus filius *Wybo Gerardi* Burgimagister oppidi Leuwardensis partium Frisiæ Trajectensis Diœcesis, & dilecta in Christo filia *Sjoucka* ejus uxor nobis nuper exponi fecerunt ipsi zelo devotionis & Religionis ducti pro ejusdem Religionis propagatione ac divini cultus augmento in dicto oppido Leuwardiensi & loco ad id convenienti & apto unum Monasterium Monialium Ordinis Sancti *Augustini* sub cura habitu & institutis Fratrum *Ordinis Prædicatorum* degentium cum Capella seu Ecclesia, Campanili humili, campana ac ambitu & omnibus officinis necessariis de licentia Ordinarii loci ac cum consensu charissimi in Christo filii nostri *Caroli* Romanorum & Hispaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi, nec non dilecti Filii moderni Rectoris Parochialis Ecclesiæ ipsius loci, de bonis eis a Deo collatis construi & ædificari ac ordinariâ auctoritate erigi fecerint & procuraverint, ac tunc Prior Provincialis Fratrum Ordinis Prædicatorum hujusmodi Provinciæ inferioris Germaniæ secundum morem ejusdem Ordinis tuus prædecessor in Capitulo Provinciali partium

tium illarum in erectione hujusmodi consensum præbuerit ac Monasterium ipsum juxtà privilegia & indulta Apostolica ei concessa de communi Diffinitorum & vocalium voluntate acceptaverit & in eodem Monasterio Monialium dicti Ordinis Sancti *Augustini* sub eorum cura habitu & institutis degentes intromiserit prout introductæ fuerunt quæ inibi sub humilitatis spiritu & odore bonæ famæ gratum student exbibere Altissimo famulatum nobis bumiliter supplicari fecisti, ut erectioni ampliationi & introductioni hujusmodi pro illorum subsistentia firmiore, robur Apostolicæ confirmationis adducere, ac aliàs in præmissis opportunè providere benignitate Apostolicâ dignaremur. *Nos igitur* qui Fidelium vota per quæ Religio propagari & divinus cultus augeri ac animarum salus subsequi possit pii Patris affectione libenter prosequimur hujusmodi supplieationihus inclinati, erectionem acceptationem & introductionem prædictas, ac pro ut illas concernunt omnia & singula in dicti Ordinarii & aliis desuper confectis litteris contenta & inde secuta quæcumque ex certa nostra scientia auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus & confirmamus ac illa perpetuæ firmitatis robur obtinere & suos effectus sortiri ac firmiter observari debere decernimus supplentes omnes & singulos juris ac facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & nihilominus dicto Monasterio ac Priorissæ illius nec non Monialibus nunc & pro tempore existentibus ut omoibus & singulis privilegiis & immunitatibus exemptionibus indulgentiis concessionibus gratiis favoribus & indultis aliis Monasteriis Monialium dicti Ordinis Sancti *Augustini* sub cura habitu & institutis dictorum Fratrum *Prædicatorum* degentibus ac illius Priorissis & Monialibus in genere concessis & concedendis, ac quibus illa, & illæ de jure vel consuetudine utuntur potiuntur & gaudent ac uti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti potiri & gaudere liberè & licitè valeant, jure Parochialis Ecclesiæ & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, scientiâ auctoritate & tenore præmissis concedimus & indulgemus non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Monasterii & Ordinis Prædictorum juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima Novembris 1524. Puntificatûs nostri anno primo.

Signatum *Evangelista.*

In dorso :

Dilecto filio Provinciali Ordinis Fratrum Prædicatoram Provinciæ inferioris Germaniæ ejusdem Ordinis.

Senatus Leovardiensis consensum suum erectioni hujus addidit per hasce Tabulas :

Senatus Leovard.

WY Burgemeester, Scepenen, Recht ende Raedt der Stadt *Leeuwaerden*, bekennen ende doen kondt opentlyck in ende met cracht des Briefs, dat Wy hebben ontfanghen ende tot goeder meeningbe wel verstaenden die goedlike ende oetmoedighe supplicatie ende begeerte der deuchsamighen ende Geesteliken Susteren vande derde Reghel des Heylighen Vaders Sinte *Dominicus* woenachtich binnen *Leeuwaerden*, de welcke Susteren nw tot goeden voorneminghe zyn aen te nemen dat strenghe leven der singheode Nonnen ofte Susteren des Heylighe Vaders voorseyt Sinte *Dominicus* met meerder besluytinghe abstinentien ende swaricheden te onderholden nae breedere inholden der Statuten sulcker Geesteliker Nonnen; alles tot loff, eere ende reverentie Gods Almachtich ende allen hemelschen heerscapie &c. Tot welcker oetmoedighe beede, begherte ende salich werck wy Burgemeester, Scepenen, Recht ende Raedt voor benoemt ganslyeken ende wel geinclineert zynde, ende oock Keyserlycke Majesteyt *Carolus* &c. Onser aldergenaediehste Heere mede desghelyeks, ende oock mede des Bisseops van Wtrecht Heere *Philippus van Bourgoengien*, by heerlike besegelde Brieven in der selver sake, den voorbenoemden Susteren goedertierentlyck gheoorloft, verleent ende toeghelaeten hebben, soo hebben wy als Recht ende Raedt door cracht onsere Officie eendrachtelyck met ryper byraet wel bedocht ende by mede wille, raedt ende consent van de gesworen derthien van de gemeente wegen der Stadt *Leeuwaerden*, oock gegunt, verleent, consenteert ende sulcken deughdelicken Oorden toegelaten, alsoo dat die voorseyde Susteren ende andere naecommende in 't benoemde Clooster ofte huysinge daer zy nw zyn ende woeninghe begrepen hebben totter eere Gods ende des Heylighen Vaders Sinte *Dominicus* ten eeuwige tiden sullen mogen besitten bewoonen, betimmeren ende gebruycken als dat toebehoort nae der Nonnen gewoonte ende des Bisscops voorseyts brieven; doch dat zy niet breeder noch wyder sullen moghen timmeren als principael sal behooren tot dat voorsehreven Clooster dan op dat viercant rondtom van die *Steghe* tot die andere *cleyne Steyge* after *Hermans* huys op ten Oort, ende die selve *Steghe* sal voort wt gaen inde *Speelmans-straet*. Oock sullen die Susteren voorseyt geene swaricheden noch lasten van beeden de Burghers ofte die Stadt *Leeuwaerden* opleggen. Voorts dat die selve Susteren de Burghers van *Leeuwaerden* Kynderen ende andere bequaem zynde nae der Susteren voorseyts supplicatie ende inhelden haerer Statuten ende Schriften soo des behoort nae God sullen moghen ontfangen, ende boven allen desen datse nae hoeren Regel ende Statuten God Almachtich ende den Heylighen Vader Sinte *Dominicus* dienende, sullen leven ende bidden voor dat welvaert deser Stadt *Leeuwaerden*, Inwoenders ende weldaders God Almachtich. Des tot oirconde ende meerder vasticheyt des dusses alles voorseyt, soo hebben wy Burgemeester, Schepenen ende Raedt voorseyt onse Stadts Secreet Seghels hyr aen doen hanghen ende besestighen Anno 1523. op ten twee ende twintichsten dach in Martio.

aff. ufus.

In plica :

Wilhelmus Folkeri, Secretarius Leuwardiensis nec non publicus auctoritate Apostolica Notarius.

Cœnobii huius Ecclesia, *ad Apostolos* nominata, unà cum altaribus consecrata est Anno 1530. a *Laurentio Hertoghe*, Episc. Hebronensi, *Wilhelmi Enkevoortii*, Ultraj. Episcopi Suffraganeo, ut fidem faciunt sequentes Tabulæ; in quibus & dedicationis annuæ, & Indulgentiarum ad eam concessarum mentio:

Ecclesiæ;

L*Aurentius Hertoghe*, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Ebronensis ac gratiosi Domini, Domini *Wilhelmi de Enckevoort*, Cardinalis Sanctorum *Joannis* & *Pauli*, Episcopi Diœcesis Trajectensis Suffraganeus. Dilectis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Volentes veritati Testimonium perhibere ut cultus divini nominis & Sanctorum suorum amplietur insinuamus quod Anno Domini millesimo, quingentesimo, tricesimo, altero die Beati *Dominici* Confessoris consecravimus Ecclesiam Monasterii Monialium sub cura & habitu & institutis Fratrum Prædicatorum degentium cum Cœmiterio & duobus altaribus fundatam in oppido Leeuwaerdensi Diœcesis Trajectensis Ecclesiam autem in honorem *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*, & Beatæ *Mariæ* Virginis, & omnium & singulorum Apostolorum principaliter & Evangelistarum *Divisionis Apostolorum: Petri ad Cathedram: & ad vincula: conversionis: commemorationisque Pauli*: & *Beati Dominici Confessoris*. Nominavimus autem Ecclesiam prædictam seu Monasterium *ad Apostolos*, addentes quod quicumque sic ipsam nominaverit quadraginta dies indulgentiarum promerebitur. Dies verò anniversarius Dedicationis ejusdem celebrabitur tertio decimo die Octobris si tunc Dominica dies fuerit; sin autem Dominicâ sequenti. Patronos tamen altaris in Choro collocati mutavimus in patronos pro patronis Ecclesiæ ejusdem prascriptos. Altare autem extra Chorum ad partem dexteram consecravimus in honore Beatæ *Mariæ Virginis* principaliter *Katherinæ Martyris* & *Barbaræ*, *Katherinæ de Senis* & *Ephigeniæ*, *Agathæ*, & *Theclæ*, & *Eugeniæ*, *Annæ*, *Elizabeth* atque *Mariæ Magdalenæ*, & ejusdem altera dedicatio tenebitur undecimâ die Februarii. Sed altare ibidem ad partem sinistram consecravimus in honore Beati *Dominici* Confessoris principaliter, *Petri Martyris*, *Thomæ de Aquino*, *Vincentii* & *Antonini* Confessorum atque quorumcumque Ordinum Institutorum & institutricum: dedicatio vero hujus altaris fiet vicesimâ sextâ die mensis Novembris. Deum omnipotentem igitur præ oculis habentes & Sanctorum ejusdem honorem quærentes hominumque salutem desiderantes & ut magis Christi fideles ad indulgentias subscribendas concitentur, auctoritate Dei omnipotentis, & Beati *Martini* omnibus Christi fidelibus visitantibus præfatam Ecclesiam devotionis gratiâ seu Cœmiterium & orationem quamcumque in Ecclesia vel Cœmiterio dicentibus aut ante aliquod altare, seu Cœmiterium circulerit, aut orationem quamcumque pro defuncto vel defunctis aut pro animabus omnium fidelium defunctorum dicentibus in præfatis duobus locis toties quoties concedimus quadraginta dies indulgentiarum auctoritate nostrâ & quadraginta auctoritate ipsius præfati Episcopi Trajectensis In cujus rei Testimonium sigillum nostrum duximus præsentibus litteris appendendum. Datum *Leeuwaerdiæ* Anno Domini millesimo, quingentesimo, tricesimo, die vero sextâ mensis Augusti in Conventu Fratrum Ordinis Prædicatorum.

Apostolis inscriptæ, Altaris in choro, aliorumque extra chorum, consecratio, dedicatio, & Indulgentiæ per Suffrag. Traj. *Laurent. Hertho-gium.*

Prima hujus Monasterii Priorissa fuit,

I. Priorissa.

Sr. JACOBA JACOBI, ex Monasterio Monialium S *Dominici* Leydensi. Illa ad habitum Ordinis 1524. recepit inter alias *Wilmodam* filiam *Hemmonis Odde*, hujus loci primi fundatoris.

II. Priorissa; ejusque testamentum,

Sr. WILMODA, *Hemmonis Odde* primi hujus loci fundatoris filia, post nuptias initas (mortuo marito) hoc Monasterium ingressa, post aliquot menses in novitiatu peractos suum condidit Testamentum, per quod *Franciscum* filium suum bonorum suorum hæredem instituit, & quædam in hujus Monasterii progressum legavit, ut patet ex hisce Testamenti sui Tabulis:

I*N nomine Domini Amen.* Ick Suster *Wilmoda Hemmo Dochter*. *Novitia* inder Oorden der Susteren of Nonnen vander Predicaer - Oorden binnen *Lewaerden*, want ick corts sal Prufessie doen inder Suster Oorden, soo heb ick gesont van lichaem ende weetich, oock verstandich van sinnen, met frie wille, bedochte moede ende ryplick raedt ende consent maecket myn Testament ende codicyl ofte laeste wille, oft hoe dat ter alderbest nae die rechten staen mach kracht ende macht hebben, ende dat in maniere hier nae screven. In den eerste maeck ick ende set myn Soon *Franciscus* ersnaem tot myn goedt nae forme myns Vaders Testament &c. Actum in't voorseyt Suster Clooster, ontrent drie uren nae middach op den eersten dach Julii Anno duysent vyf hondert en vyfentwintich.

Prædicta *Wilmoda* facta est postea hujus Monasterii (*fortè secunda*) Priorissa: nam in illa qualitate composuit controversiam quamdam, quam orituram Monasterium timebat ex secundis nuptiis *Wybonis Gerardi* Con fundatoris post mortem primæ uxoris suæ cum secunda contractis. Instrumentum compositionis sic incipit: & transactio.

W*y* Suster *Wilmoda*, Priorissa, &c. Actum *Leeuwaerden* op ten 16. dach Februarii, Anno 1533.

In Monasterio hoc Anno 1544. triginta Moniales, & duos Patres Sacerdotes vixisse, patet ex litteris invictissimi Imperatoris *Caroli V.* datis eodem anno 22. Novembris. Ex quibus colligi potest quantum Monasterium hoc & numero Monialium & observantiâ regulari profecerit, usque ad ejus per Hollandos Frisiam occupantes excidium. Superest etiamnum non exigua pars Monasterii, & illius Ecclesia: sed illæ diversis usibus destinatæ sunt. Monialium numerus, & excidium.

WORCUMUM, de quo pag. 53. præter Ecclesiam Parochialem, Xenodochium & Beghinasium, insuper *Grisearum Sororum tertiæ Regulæ*, ut eadem pagina diximus, tenuit Monasterium, juxta Codicem Monasteriorum per Frisiam MS. quem tenemus. *Desolatæ Bataviæ* nuperos scriptor *Dominicanus* Monasterium hic sibi suisque asserit, dum sic inquit: "Habuit etiam "(Worcumium in Frisia) Monasterium Sororum tertii Ordinis nostri, cujus vestigia etiamnum apparent. Situs ejus admodum amœnus erat ob aliqualem a civium ædibus separationem & circumjacentium pratorum aspectum. Fundus illius quadratus undequaque fluvio circumcinctus erat: sed qualia illius & Ecclesiæ olim fuerint ædificia, nunc Alterum,

dicȩ

"dici non potest ob totalem ferè illorum devastationem.

Anno 1568. P. M.

"VINCENTIUS HERCULANUS, Commissarius Generalis auctoritate Pontificiâ Capitulo Provinciali interfuit, & Monasteria quædam ab hæreticis & iconoclastis devastata, quorum impossibilis videbatur restauratio, aliis incorporavit. Inter quæ fuit Monasterium Monialium nostrarum in *Asperen*, quod incorporavit huic Monasterio *Worcumiensi*, quam incorporationem confirmavit Capitulum Generale Romæ Anno 1569. his verbis:

Monialium ejusdem Instituti Monasterium, (cui Asperenæ Sorores unitæ)

"*Confirmamus & acceptamus unionem & translationem Monialium Asperensium ad Monasterium Worcumense, & hujus reductionem ad clausuram* .... *ab eodem R. P.* (*Vincentio Herculano*) *prædictâ auctoritate factam.*

Deio subjungit: "Quidam putant Monasterium hoc fuisse *Worcumii* ad *Wabalim* fluvium in Comitatu Hollandiæ & confinibus Brabantiæ, ob illius fortè oppidi Flandris magis noti appellationem: Sed obstant instrumenta quædam publica concernentia Monasterium nostrum Leowardense, & mappæ geographicæ, quæ Monasterium hoc non in Comitatu Hollandiæ, sed in Dominio Frisiæ fuisse demonstrant."

Worcumi in Frisia;

At silentium Scriptorum nostratium, inprimisque quod in Codice nostro MS. Monasteriorum satis accurato, nulla similis Monasterii nostri mentio fit, diserteque Scriptor illius asserat *Sororum tertiæ Regulæ* Cœnobium istud fuisse, dubiam circa hoc fidem nostram tenet, ex ipsa etiam Scriptoris hujus *Dominicani* relatione, qua "Monasterium Monialium in *Asperen* Monasterio Worcumiensi incorporatum" asserit; vicinitas enim *Asperæ* ad *Worcumum* Hollandiæ, illud potius de hoc ad *Vabalim* Worcumo intelligendum suadet. Disertè in appendice ad *Holl. Chronicon* p. 118. id asserit *Goudhovius*, scriptor patriarum rerum peritus. Nec refert quod *instrumenta quædam publica* illud *Frisiæ* adscribere asserat: ut enim omittamus quod nullâ is hujusmodi proferat, notum est, & in *Prolegomenis* ad *Batav. Sacram* §. 11. demonstratum, Bataviam totam *Frisiæ* nomine olim venisse.

an ad Vahalim in Batavis, ambiguum est.

F I N I S.

HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS
GRONINGENSIS,

In qua eminet Adoardinorum Præſulum vita & continuata ſeries, atque plurima circa ipſa Trentiæ ei Sedi ſubditæ Sacra dantur;

Ex M. S. Ecclefiarum Codicibus, Cœnobiorum tabulis, authenticis annotatis, & Claſſicis Scriptoribus eruta ac publici juris facta.



PROLOGUS

IN

DIOECESIN GRONINGANAM.



UÆ de Frisiis in Prolegomenis ad *Frisiam* diximus, in Groninganos, qui & Frisii ab ævo dicti, regionem inter Lavicam & Amasum incolentes, apprimè conveniunt. Ab iisdem fidei Præconibus, a quo & ceteri Frisii ad Christi cultum conversi fuere; *Willibrordo*, sc. *Bonifacio*, aliisque; quibus & inprimis junge *Ewaldos*, *Willehadum*. Quin & eorum quidam pro ejusdem fidei professione a Normannis patriam infestantibus trucidati, illustrem Martyrii palmam consecuti sunt, inter quos conspicui sunt *Walfridus* ac *Ratfridus* ejus filius, ad primum a Groninga lapidem, ex † Opmeero nostro Anno 910. perempti, ut agrum *Bedumum* recensentes, commemorabimus.

Groningani, & ipsi Frisii, ab iisdem fidei præconibus ad Christ. cultum adducti.

professioni ejusdem fidei nobiles,

Ejusdem fidei ac pietatis zelo Ecclesias ac Cœnobia plurima condiderunt; vici quippe in ditione Groningana, foris insignes, plus minus, ex * Emmio CLX. egregia ædificiis opulentia Monachorum Cœnobia in agro solo numerata fuere XXV. singula suo loco a nobis describenda.

in Ecclesias munifici ac profusi,

" Nec ad hæc quod mireris, inquit idem, Regum aut Principum liberalitas quidquam " contulit; sed rusticæ plebis studia, paucorumque nobilium ista sanè, quam pro re ac " agri more, majora congessêre ".

Adhæc pro religione tuenda ac propaganda arma cum ceteris Frisiis suscepere Groningani; cùm in Italia sub Carolo Magno, ubi bellica fortitudine enituit Princeps, ut jam tum diximus, *Ilderado de Groninga*. Tum in expeditionibus sacris in Oriente, ad quæ Groninganis Ecclesiis Præconum voce identidem excitabantur.

armis pro rebus sacris illustres,

"Ceterùm populus hic cum reliquis Frisiis, ait Emmius, a temporibus Caroli Magni " ad Saxonum arma per annos ferè n. cc. liber fuit suique juris, Domini nescius: summi " Cæsaris solummodò majestatem comiter agnovit, nec tributis pressus, nec angariis ob- " noxius, omnisque adeò servitutis ignarus ".

liberi & sui dudùm juris,

Dono dein Imperatorum, inprimisque Henrici III. Groninga & tota ejus ditio Diœcesi Ultrajectinæ accessit Anno a Christo nato M. XL. Diploma est apud Hedam in *Bernulpho* ‡ Episcopo. Præfectis parens Episcopi, sed præfectis qui nonnunquam adversus stimulum calcitrarunt; unde & sæpius Antistitibus rebellis, victa etiam sæpius & sub jugum redacta. Præfecti, quibus ditio in feudum data, dominandi cupiditate adacti, summam, spretis jussis Episcopi, vindicarunt potestatem.

Ad officium eos rursùm coëgit Joannes Arckelius Ultr. Episcopus. Sic feudum Groningam, & vasallum se agnoscit Henricus de Selwart in tabulis a Buchelio *in Hedam p.* 255. allaris.

Cùm pactis non starent magnis incommodis affecti, & gravi bello contusi subjectos se confessi sunt Frederico Blankenheimio. Tabulas subjectionis prodit ibidem *pag.* 42. Antecessor Matthæus. Vix annum stantes promissis desciverunt, flocci factis juramentis.

Decanus & Collegium majoris Ecclesiæ, ex Matthæo ibidem, Groningam & universam ejus ditionem ex dono possidebant; protector majoris hujus Ecclesiæ erat Episco-

dono Imperatorum Ultrajectinis Episcopis subditi, præfectis eorum parebant; qui cum summam sibi potestatem subindè vendicarent, ad officium ab iis identidem sunt redacti.

† *Petr. Opmeer. Chronogr. pag.* 619. * *Emm. de Urb. Groning. pag.* 11.
‡ *Ant. Matth. in notis ad Anct. incert. pag.* 41. 42.

Jus eorum universum, facta dein permutatione in se transcribi jussit Blankenhemius. Tabulæ, transmutationis firmatæ a Colon. Metropolitano. Sed in Episcopos protervi, Carolum Gelrum implorantes, ab eo ad Cæsarem defecerunt Groningani; ditio *interim illorum adhuc mansit pars Diœcesis Ultraj. eique in Metropolit. evectæ, Groningana Ecclesia in Cathedr. erecta, reddita est Suffraganea.

pus. Sed cum pensio esset non magna, Groninga autem remotior, non multùm afferret lucri, plerùmque etiam satis contumax non curaret Ecclesiam, Fredericus Blankenheimius, florens bellicæ rei gloriâ, jus Ecclesiæ universum factâ permutatione transcribi publicè in se fecit,* vicissim aliis quibusdam prædiis non procul Ultrajecto ad Occidentem concessis. Et quò firmior permutatio, nec querelis deinceps esset locus, curavit eam confirmari a Coloniensi Archiepiscopo; nam hic erat Metropolitanus. Tabulas babes apud A. Matthæum *ibidem pag.* 44. 45. 46. 47. A Frederico Badensi, Davidis Burgundi successore, qui cum nummis in dissidio egeret multa eis indulserat, protervi rursus defecêre. Ab Alberto dein Saxone graves perpessi strages, Carolo Gelrorum Duci, quem imploraverant Groningani, tradita rerum summa, a quo, salvas res suas pacti, salva vetera jura, ad Cæsarem defecerunt. Nec prorsus tamen desiit, postquam Cæsari se subjecit, censeri ditio Groningana adhuc pars Diœcesis Ultrajectinæ. Sub Philippo Rege, Caroli Cæsaris filio, Coloniensi Metropoli, aliisque Diœcesibus vicinis, inprimisque Monasteriensi subtracta, Diœcesi Ultrajectinæ in Metropolitanam evectæ subjecta, & Groninganâ Ecclesiâ in Cathedralem erectâ, reddita est Suffraganea.

Diœcesis autem hæc, quæ ex XVIII. totius Belgii, atque ex Fœderati Belgii VII. Provinciis unam hodiè constituit, præter civitatem cognominem Groningam, oppida habet Dammonam, duabus ferè leucis Groningâ dissitam, & Covardiam propagnaculum Drentiæ munitissimum: adhæc *Territorium*, ut Pauli IV. Diploma loquitur, *patriæ Gruningensis*, & *Drentiæ*, ac Insularum *Rollinge*, & *Borchum*; quæ omnia sigillatim exprimuntur in subjecto Pii IV Pont. Max. limitum Diplomate, quod hactenus ineditum ex authentico Ecclesiæ ejus M.S. Codice hîc apponimus.

Diœcesis hujus territorium & limites, ex Pii IV. Rom. Pont. Diplomate.

PIUS Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini universalis Ecclesiæ, disponente Domino, præsidentes pro Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Cathedralium noviter erectarum, illisque præsidentium & in divinis servientium statu salubriter dirigendo, prout ex debito nobis injuncti pastoralis officii tenemur, sinceræ considerationis aciem extendimus, & ad ea, per quæ Ecclesiarum ipsarum dotarioni, decori & venustati, suorumque Præsulum, Capitulorum & aliarum personarum divinis ibi laudibus insistentium statui & opportunæ subventioni, cum divini cultus augmento, & animarum Christi fidelium salute consulitur, nostræ sollicitudinis partes libenter adhibemus, ac aliàs super his & nonnulla, quæ in prædecessoribus nostris licet consultè gesta fuerint, ex saniori tamen consilio prudenter immutando disponimus, prout locorum, temporum, personarumque qualitas exigit, & in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque aliàs postquam felicis recordationis Paulus Papa quartus, prædecessor noster, super gregem Dominicum curæ suæ commissum seduli Pastoris oculos extendens, & in ea Inferioris Germaniæ parte, quæ charissimo in Christo filio nostro, Philippo Hispaniarum Regi Catholico hæreditario jure subjecta est, pro tanta celeberrimorum oppidorum frequentia, populorumque multitudine, adeò paucas Ecclesias Cathedrales inesse considerans, ut illarum Episcopi, ea qua opus erat diligentia, tantam animarum multitudinem regere non possent; idque quibusdam eò difficilius esse, quod homines Diœcesani sui vulgari idiomate institutisque inter se differebant, & quidam eorum etiam ejusmodi privilegia habebant, ut ipsos ad Sedem Episcopalem * evocari non liceret, unde præfati Episcopi fidei Catholicæ doctrinam, ac rectam vivendi rationem populum illum docere, & in delinquentes animadvertere commodè nequibant, fidesque & animarum salus illic ob pullulantes hæreticorum & schismaticorum, quibus regio illa undique ferè circumdata erat, insidias pestiferasque doctrinas, maximo in discrimine versabantur. His aliisque gravibus causis impulsus, volens etiam præfati Philippi Regis hoc illi humiliter supplicantis precibus, proque desiderio in ea parte satisfacere, habita, sicut tantæ rei pondus exigebat, cum Fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, matura deliberatione, de eorum consilio, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Trajectensem civitatem & Diœcesin a Coloniensi Provincia, cui tunc erat Metropolitico jure subjecta, nec non oppidum Gruningense, & diversa alia tunc expressa oppida insignia dictæ regionis, cum omnibus & singulis suis terminis, territoriis, Cleris, populis & personis, Monasteriis, & Beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, aliisque piis locis a suis quæque Provincia & Diœcesi per quasdam sub plumbo perpetuò segregaverat, diviserat & seperaverat, ac Gruningense ceteraque oppida prædicta sic divisa in Civitates, Sedem verò Trajectensem tunc Episcopalem in Metropolitanam, ac Sancti Martini primariam Gruningensem, ceterasque alias aliorum oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Ecclesias in Cathedrales, pro totidem Episcopis creandis, quæ suæ quique Ecclesiæ præessent, ac Gruningensi aliisque Ecclesiis & Civitatibus prædictis certos districtus per Nuncium suum postmodum ab eo illuc mittendum limitandos, pro suis Diœcesibus concesserat, nec non Gruningensem & certas alias tunc expressas

* Jus evocationis.

pressas Ecclesias, Civitates & Diœcesin Ecclesiæ Trajectensem, pro sua Provincia subjecerat, singulisque Gruningensis & aliarum noviter erectarum Cathedralium Ecclesiarum mensis Episcopalibus annuum redditum trium millium ducatorum auri de camera, ex certis decimis & bonis ac fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, per dictum Nuncium specificandis & repartiendis ex tunc, prout ex ea die & e contra postquam specificati & repartiti, ac interim donec specificatio & repartitio hujusmodi factæ ac effectum sortitæ forent, & non ultra cuilibet ex prædictis mensis pro earum dote alium annuum redditum mille & quingentorum ducatorum similium, per ipsum Philippum Regem, ex redditibus & proventibus, quos ex eadem regione percipiebat, singulis Gruningensi aliisque noviter institutis Episcopis pro tempore existentibus annuatim, quousque specificatio & repartitio prædictæ, ac pro ea tantum parte, quæ plenarium suum effectum minus sortita foret, nec ultra integrè & porportionabiliter persolvendum applicaverat & appropriaverat, ac eidem Philippo Regi ejusque successoribus, qui pro tempore ejusdem regionis in temporalibus Domini essent, † jus nominandi Romano Pontifici personas idoneas ac alias certis tunc expressis modo & forma qualificatas, ad Gruningensem & alias Cathedrales Ecclesias sic erectas, tam a primæva illarum erectione hujusmodi, quam deinceps quotiescumque illas vacare contingeret, per ipsum Romanum Pontificem, pro tempore existentem in Episcopos ad nominationem hujusmodi ordinandos in perpetuum reservaverat, & deinde per alias suas in forma Brevis litteras, venerabili Fratri nostro, tunc suo Salvatori Episcopo Clusino suo & Apostolicæ Sedis in partibus illis Nuncio, dederat in mandatis, ut, personas idoneas quæ dictas Provincias & Diœceses distinguerent & limitarent, ac dotem Ecclesiis ipsis assignandam a Monasteriis & Præposituris sub illis consistentibus dismembrarent, cum potestate omnia in his necessaria faciendi vice sua deputaret dilectus Filius noster Anthonius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Granvella nuncupatus, tunc Episcopus Atrebatensis, ac quatuor alii scientiâ & probitate insignes viri, quos ipse Salvator Episcopus dicto prædecessore interim de medio sublato, prætextu mandati & posteriorum litterarum hujusmodi in loco sui substituerat, licet forsan eorum aliqui de illis personis non essent, quæ ad id canonicè subdelegari possent, facta nihilominus perquam diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè pensatis animadvertentes quod si passim de dotibus Ecclesiarum hujusmodi per dismembrationem bonorum a Monasteriis & Præposituris prædictis provideret, cultus Monasticus non mediocriter læderetur: quin potius aliqua unienda, aliorum vero Monasteriorum non ritè cultorum & desolatorum suppressorum fructus, mensis prædictis pro dote suarum Ecclesiarum, ad hoc ut Episcopi etiam illorum curam perinde atque suam propriam perpetuo gererent, potius applicandos esse, & designationes & limitationes Provinciarum & Diœcesium, divisionesque & distributiones oppidorum & jurisdictionum, iu nonnullis partibus ipsarum Diœcesium illis, qui per primo dictas litteras statuebantur commodiores, nec non consignationes dotium: numerum denique personarum & Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum ac Officiorum, statum quoque & formam in prædictis Ecclesiis, etiam per hujusmodi suppressiones, applicationes, & alias in universum magis accommodas rationes constituendas censuerint, & inter alia Ecclesiæ & Episcopo Gruningensi præsatis pro sua Diœcesi, oppida, terras, pagos, & loca infrascripta, videlicet; *Gruningu*, *Dam*, *Middelbert*, *Engelbert*, *Noortdick*, *Wolden*, *Haeren*, *Noortlaren*, *Vusthet*, *Engewert*, aliàs *Grypskerck*, *Snitborm*, *Noortborm*, *Oldekerck*, *Nyekerck*, *Faen*, *Lutkegast*, *Groetegast*, *Doesum*, *Upende*, *Sibaldebueren*, *Erstwolt*, *Lettebert*, *Meldum*, *Mytwolde*, *Oldebert*, *Nuit*, *Marum*, *Nyebert*, *Noortwick*, *Ham*, *Luuwold*, *Esinghe*, *Ferwert*, *Oestrum*, *Fransum*, *Werum*, *Hogekerck*, *Legekerck*, *Dochwerdt*, *Oeldehoven*, *Nyehoven*, *Saxum*, *Liens*; *Wee*, *Cloesterbueren*, *Nyekercke*, *Ulrum*, *Beerhuysen*, *Warffhuysen*, *Suyrdick*, *Fliedorp*, *Vierhuysen*, *Weerhuysen*, *Buffelt*, *Eenrum*, *Saxhuysen*, *Petersbueren*, *Nyelant*. In * andeel Marschlacht; *Marhuysen*, *Ranum*, *Tinaldinge*, *Meusing*, *Weer*, *Obergum*, *Oudewerum*, *Dycksborne*, *Wyusum*, *Bellingweer*, *Wetzinge*, *Silwerdt*, *Harssens*, *Adorff*, *Noortwolde*, *Suytwolde mit Beyem*, *Reem*, *Updebrede*, *Warefum*, *Usquert*, *Gelwort*, *Wthuysen*, *Wthuysmeden*, *Doernuwert*, *Krathent*, *Middelstum*, *Oesterwitwert*, *Menckemeer*, *Westerwitwert*, *Eppingehuysen*, & *Stertingehuysen*, *Stitswerdt*, *Santwer*, *Oldenzyel*, *Oesternyelant*, *Fermersum*, *Sandweer*, *Epwirde*, *Steedum*, *Methuysen*, *Weywerdt*, *Hevensche*, *Dam*, *Loppersum*, *Ryp*, *Stedum*, *Husinge*, *Westeremden*, *Garshuysen*, *Upsant*, *Leermens*, *Gimmir*, *Werdum*, *Rotlinge*, *Solwert*, *Spyck*, *Leesdorp*, *Marssum*, *Berum*, *Krewert*, aliàs *Ter Ewe*, *Iuckwerdt*, *Holwyrde*, *Tenbuyr*, *Germerwoldt*, *Wittewierum*, aliàs *Ten Post*, *Tessinge*, *Wolterssum*, *Heydeuschap*, *Dijexhooren*, *Oudewerum*, *Scharmer*, *Lutkeharste* & *Groteharste*, *Schlochteren*, *Garolsweer*, *Schiltwolde*, *Sydebueren*, *Helm*, *Kuelham*, *Oesterreyd*, *Grotemunte*, *Luttemunte*, *Boerchsweer*, *Woldendorp*, *Wugenberge*, *Suytbroeck*, *Noortbroeck*, *Scheemte*, *Medum*, *Exeest*, *Midwolt*, *Oestwolt*, *Finsserwolt*, *Beerte*, *Wynschoeten*, *Westerlee*. In Comitatu Drenthiæ & Castellaniæ Coeverdiæ: *Meppel*, *Coeverdia*, *Bijlen*, *Borck*, *Saeel*, *Sleen*, *Cuvne*, *Roswinckel*, *Apel*, *Oederen*, *Borgheren*, *Asselen*, *Assen*, *Rolde*, *Ghieten*, *Anloe*, *Vroesen*, *Suydtlaren*, *Werdenbrus*, *Noortlaren*, *Haren*, *Essen*, *Helpen*, *Hooren*, *Roderwold*, *Eelde*, *Peyssen*, *Roeden*, *Norch*, *Deveren*, *Duingheloe*, *Vledderen*, *Wapsterveen*, *Havelt*, *Ruynen*, *Nyenveen*, *Colder-*

† & nominationis Regiæ hic assertum.

Oppida & loca sub Diœcesi Groning.

* *fortè* oudeel, *ut vetus Præfectura hic designetur; plures enim pagi, ex his, præter eos qui in* Fivelingiis *sunt, ad Præfect. veterem pertinent.*

veen, *Stapherst*, *Rooveen*, *Blyensteyn*, *Dickling*, *Uwerst*, *Kockange*, *Suydtwolde*, *Oeverreyst*, *Elenbuys*, *Schoenbeke*, *Daelhem*, *Westerbessselen*, *Oesterbessselen*. In Westwold; *Wedde*, *Sellinger*, *Wachtwedde*, *Gust* & *Horne*, *Vriesschéloo*. In Bellingwolde; *Bellingwolde*, *Ham*, *Blyham*, cum suis districtibos & territoriis assignarunt, ac super majore illorum parte processus, rebus omnibus serie digestis, formandos curaverunt, prout in illis & singulis litteris prædictis, ac forsan aliis scripturis desuper confectis plenius continetur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimns quod semper io onionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interesset, attendentes quod si priscis temporibus dum ejusdem regionis populi multiplicare cœperunt, ibi Cathedralium Ecclesiarum numerus similiter adauctus, illisque de Catholicis bonisque Præsulibus opportuno tempore prospectum fuisset, tot perniciosa hæresium dogmata, quibus in circumvicinis parrium illarum locis religio Christiana miserè concutitur, non ita iovaluisset. Porrò cum ad illa quæ istuc ex vicinorum contagio jam pridem influxerunt extirpanda, dictosque populos io sinceritare fidei cootineodos, nulla alia magis quam præmissa opportuna adhiberi remedia potuisse videantur, ut illa juxta cordis nostri desiderium promptos & felices sortiantur effectus, eis nostri mioisterii partes impartiri volentes, ac partitionis & ordinationis per eosdem subdelegaros, quantum ad Ecclesiam, Civitatem & Diœcesim Gruniogensem attinet, prudeoter examinatarum & in scriptis coocorditer digestarum etiam quoad limites Diœcesis Gruningensis coostitutos, omniaque & singula oppida, Castra, villas & alia loca in ea comprehensa, oec noo ordinationis omoino de subdelegatorum hujusmodi ac litterarum & scripturarum prædictarum tenores, nec non dictæ Ecclesiæ sancti Martini omniumque & singulorum Çapellaniarum sen *Vicariarum*, in illa consistentinm, fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valorea, præsentibus pro expressis habentes, nec non promissa, ac prout ea concernnnt reliqua in dictis litteris & scripturis conteuta, & inde secuta quæcumque, Apostolica auctoritate, ex certa scieutia coufirmantes & approbantes, ac illis perpetuæ & immutabilis firmitatis robur adjicientes, omnesque & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenerinr in eisdem supplentes, ac illis in hac parte inhærentes, litterasque Prædecessoris quoad illa & quæ litteris ipsis non consonant alia infrascripta immutantes: Et nihilominus pium ac laudabile ejus institutum prosequi, & ad huoc effectum mensæ Gruningensi de coogrua dote providere volentes, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de simili porestatis plenitudine in Monasterio Andewerdiano, sive Wirtawertino Cisterciensis Ordinis, olim Trajectensis, nunc verò Gruningensis Diœcescos, cujus & illi forsan annexorum fructus, redditus & proventus trium millinm ducatorum anri, de camera secundùm rationem, existimarionem, valorem annuum, nt accepimus, non excedunt, ex nunc prout ex tunc & e cootra, cum primum illud per cessum etiam ex causa permutatioois vel decessum, sen quamvis aliam dimissionem vel amissionem, dilecti filii moderni Abbatis, vel Commendatarii ejusdem Monasterii, aut alias quomodolibet etiam apud Sedem prædictam vacare contigerit, etiamsi actu nnnc ut præfertur vel aliàs vacet & tanto tempore vacaverit, quod ejus provisio juxta Lateranensis statuta Concilii, aut alias Canonicas sanctiones, ad dictam Sedem legitimè devoluta, illaque ad Sedem eandem specialiter vel generaliter pertineat, ac de dicto Monasterio consistorialiter disponi consueverit seu debeat, ac super ejus regimioe & administratione inter aliquos lis, vel ejus possessorio molestia cuivis statum, ac verum & ultimum dicti Mooasterii vacationnm modum, etiam si ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore Juris revera resultet, præsentibus haberi volumus pro expressis pendeat indecisa, nomen tantum & denominationem Abbatis dicta auctoritate tenore præsentium perpetuò supprimimus & extinguimus, ac Abbatialem illius dignitatem cum omoibus & singulis suis fructibus, proventibus, obventionibus & emolumentis, nec non præeminenriis, prærogativis, superioritatibus, Jnrisdictionibus, administrationibus, juribus, & pertinenriis universis dictæ mensæ Episcopali Gruningensi eisdem auctoritate & tenore etiam perpetuo applicamus & appropriamus. Ita quod hujusmodi vacatione occnrrente, liceat Episcopo Gruningeosi pro tempore existeoti per se vel alium seu alios corporalem possessionem, seu quasi dignitatis Abbatialis regiminisque, & administrationem dicti Monasterii ac illins bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurinm, obventionnm & emolumentorum prædictorum propria auctoritate liberè apprehendere & retinere, illaque io suos & dictæ mensæ usus & urilitatem convertere, omniaque & singula Prioratus, Præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, & officia ceteraque beneficia Ecclesiastica cum cura & sioe cura, secularia etiam qnorumvis Ordinnm capitularia ad collatiooem, provisionem, præseotationem, institutionem, electiooem & quamvis aliam dispositiooem pro tempore existenris Abbatis Monasterii prædicti communiter, vel divisim quomodolibet spectantia, personis idoneis conferre & de illis etiam providere, similesque personas ad illa præsentare & eligere, ac præseotatas vel electas, iu eis instituere & confirmare, ac alias de illis libere disponere cujusvis licentiâ desuper minimè requisitâ. Sraruentes & ordinanres quod ea quæ hactenus per ipsum Abbatem Capitularibus, & alia Beneficia hujusmodi quæ secularibus per-

Abbatia Adoardina Sedi Episc. unitur.

personis conferri consueverunt, per ipsum Episcopum, eisdem regularibus & secularibus personis respectivè conferri, dictusque Episcopus, dilectos filios Conventuum & Monachos dicti Monasterii per illius vel alium dicti Ordinis Priorem, seu Præpositum juxta ejusdem Ordinis regularia instituta gubernare: nec non illis quoad ea quæ ad honestum, & sufficientem vitæ usum & consuetas Monasterii eleemosynas pertinent, haud secus atque Abbas tenebatur suppeditare & exhibere. Conventus verò & Monachi prædicti obedientiam & reverentiam debitas & devotas, quemadmodum Abbati suo consueverunt & debuerunt, ipsi similiter Episcopo tamquam Abbati suo promittere & servare, illique in omnibus, & per omnia, perinde ac si verus illorum Abbas Ordinem ipsum expressè professus esset, parere, obedire & in omnibus deferre teneantur. Nec non suppressionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, & alia promissa sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, & derogationibus similium vel dissimilium, & suppressionum, extinctionum, applicationum & appropriationum per nos & Sedem prædictam, sub quibuscunque renoribus & formis ac cum quibusvis clausulis & decretis pro tempore factis minimè comprehendi, sed ab illis semper exceptas & quotiens illas suspendi, revocari, aut illis derogari contigerit, totiens eas de novo concessas & in pristinum statum restitutas, ac ad hoc ut sub revocationibus, suspensionibus & derogationibus hujusmodi minimè comprehendantur, ex nunc verè & non fictè suum plenarium effectum sortitas, ac easdem suppressionem, extinctionem, applicationem & appropriationem, de non vacatuto, sed de vacante Monasterio seu Abbatiali dignitate hujusmodi factas, & per illas verè & non fictè, ex nunc mensæ Episcopali & Episcopo Gruningensi, pro tempore existenti Jus in requisitum existere, præsentiumque litterarum suspensiones, revocationes, derogationes & alias contrarias dispositiones pro novis illarum concessionibus & restitutionibus baberi ac censeri decernimus. Conventibus præfatis, aliisque quibusvis personis in virture sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis majoris latæ sententiæ, nec non privationis omnium dignitatum & officiorum per eos pro tempore obtentorum & beneficiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa & alia imposterum obtinenda pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, ne ad electionem seu postulationem in Abbatem dicti Monasterii vacatione illius adveniente, etiamsi nunc vacet, ut præfertur procedere, seu ipsum Episcopum in præmissorum anteriorum aliquo impedire, vel aliàs quoquomodo attentare, aut illis refragari præsumant, districtius inhibentes. Et nihilominus quascumque electiones seu postulationes hujusmodi, earumque confirmationes vel admissiones, nec non provisiones, præfectiones, commendas, aliasque dispositiones, quas ex nunc de cetero etiam per Sedem prædictam de Monasterio, seu ejus regimine & administratione prædictis, quomodocumque fieri contigerit, nullas & invalidas, nulliusque roboris & momenti fore decernimus. Et ut idem Episcopus suam Ecclesiam personis, ut insignem decet Cathedralem, eruditis, & ad jurisdictionem inibi exercendam, ceteraque munera Ecclesiastica obeunda idoneis debitè instructam habeat, unum apud Esens, & in ejus Dominio Ordinis sancti Augustini Canonicorum Regularium, hæreticorum malitiâ penitus desolatum & profanatum, & aliud Sanctæ Mariæ in Wittewierum, propè Damam a dicti Cistercieusis vel alterius Ordinis, ubi tres aut quatuor Monachi non satis regulariter viventes reperiuntur, Monasteria & in illis Ordines, omnemque statum & dependentias regulares, auctoritate & tenore præmissis similiter perpetuò supprimimus & extinguimus, ac omnia & singula, illorum fructus, redditus, & proventus, qui mille Ducatorum similium secundum æstimationem eandem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, ac obventiones, emolumenta, & alia bona; nec non conferenda beneficia tam regularia, quam secularia, & ad illa præsentandi, & aliàs de illis quoquomodo disponendi, aliaque eorum, Jurisdictiones, Jura & Dominia tam spiritualia, quam temporalia quæcunque, mensæ capitulari dictæ Ecclesiæ Gruningensis, seu massæ communi pro decem Canonicatuum & totidem Præbendarum, ut infra dicetur, affectorum dotibus, applicamus & appropriamus. Nec non dilectos filios Abbatem & singulos Monachos Monasterii Sanctæ Mariæ hujusmodi, qui videlicet ad secularitatem reduci volent, ab ulteriori dicti, quem professi sunt, Ordinis, ejusdemque regularium institutorum observatione ac regularis habitus delatione, votique paupertatis præstatione, & observatione, penitus absolvimus & omnino liberamus, & ad statum Clericorum secularium, etiam quoad beneficia secularia obtinenda bonaque propria possidenda, citra tamen consanguineorum suorum quoad successiones præjudicium, plenariè reducimus, ac cum illis & eorum singulis super his ac etiam super facultate testandi, ac de bonis suis ad eorum libitum disponendi, seque aliàs presbyteris secularibus in omnibus & per omnia conformandi, eisdem auctoritate & tenore de specialis dono gratiæ latissimè dispensamus; nec non decem Canonicatus & decem Præbendas hujusmodi, ac omnes & singulas meliores seu pinguiores Capellanias sive Vicarias in dicta Ecclesia Gruningensi consistentes, quas videlicet idem Episcopus adhoc duxerit

xerit eligendas seu deputandas, salvo tamen cuique jure suo illas conferendi, vel ad illas præsentandi, ex nunc, prout ex tunc & e contra postquam deputatæ fuerint, in totidem Canonicatus & Præbendas ejusdem Ecclesiæ, similiter auctoritate, & tenore prædictis perpetuò erigimus & instituimus; nec non fructus, redditus, proventus, Jura, obventiones, emolumenta, & alia bona Vicariarum seu Capellaniarum in Canonicatus & Præbendas erectarum, hujusmodi Canonicatuum & Præbendarum massæ communi juxta ejusdem Episcopi dispositionem, etiam perpetuò concedimus & assignamus, ac Abbatem in Canonicum & Archidiaconum, ceterosque Monachos Monasterii Beatæ Mariæ hujusmodi, in Canonicos ejusdem Gruningensis Ecclesiæ si volent creandos, assumendos & recipiendos: alioquin ad alium Regularem locum, ubi religiosè vivant transferendos esse, illisque quoad vixerint sufficientem annuam pensionem ex fructibus, redditibus & proventibus Monasterii hujusmodi assignari debere decernimus. Nec non quod ex primo dictis decem Canonicatibus & Præbendis unus, & una ipsi Episcopo, ratione quorum sit Capitularis, habens locum, & vocem super Decanum & reliquos Canonicos ipsius Ecclesiæ confratres suos etiam in Capitulo; alii verò tres tribus in Theologia, & alii tres tribus Decretorum Doctoribus seu in eis Licentiatis, & reliqui tres Canonicatus & totidem Præbendæ tribus nobilibus ejusdem Diœcesis etiam in Decretis vel Theologia hujusmodi, saltem ad Licenciaturæ gradum in famosa quapiam Universitate studii generalis, cum rigoroso examine promotis ordine servato imperpetuum, concedi & assignari debeant; ita quod ad sex priores, tam nobiles quam ignobiles, ut præfertur tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujusmodi, nulli nisi nobiles & graduati, ut præfertur, assumi possint; ipsos tamen nobiles a sex prioribus Canonicatibus & Præbendis non excludendo: ex tribus autem prioribus Graduatis sit unus ex Episcopi designatione Archidiaconus, qui post tamen dilecti vel dilectorum filiorum moderni, seu modernorum ejusdem Ecclesiæ Trajectensis Jurisdictionem ibi habentium Archidiaconorum cessum vel decessum, plenariam Jurisdictionem Archidiaconalem in universam Diœcesi Gruningensi, quam ceteri ipsius Ecclesiæ Trajectensis, qui pro tempore erunt Archidiaconi, de Jure vel consuetudine habent & habere debent: alius autem sit Archipresbyter Civitatensis, qui specialem Pastorum seu Rectorum, Parochianorum & Concionatorum, in eadem Civitate examinandorum & admittendorum curam habeat: reliquus verò ex tribus prioribus Canonicis hujusmodis Pœnitentiarius Diœcesanus universi populi totius Diœcesis conscientiis præfectus existat. Præterea inter Canonicos Graduatos duo prædictæ Ecclesiæ Gruningensis Rectores ex designatione Episcopi annumerentur; quandoquidem ipsi secundùm vetustam ipsius Ecclesiæ ordinationem, vel aliàs Doctores aut Licenciati in Theologia, vel Jure Canonico esse debent; qui tamen Rectores ipsam Ecclesiam sancti Martini sic in Cathedralem erectam Episcopo & Capitulo Gruningensi prædictis dimittant atque cedant, ac Pastorale officium pro Civibus in Ecclesia sancti Walburgis, quæ Parochialis & in Cœmiterio ejusdem Ecclesiæ Gruningensis existit, ad quam etiam curam animarum dilectorum filiorum Parochianorum ipsius Ecclesiæ sancti Martini ejusque exercitium per præsentes transferimus, exerceant. Ita tamen quod si nobiles & magistratus cupiant pro se aut suis fieri solemniter officium exequiarum, aut aliud in Choro majoris Ecclesiæ Gruningensis, hujusmodi ad ipsum illis concedatur. Insuper apud alios duos Doctores vel Licenciatos seniores, unum videlicet Theologiæ Professorem, alterum verò Jurisperitum, potestas totam Diœcesin pro ipso Episcopo, dum ab eo requirentur, visitandi, quibus etiam reliqui Graduati quoties ad id similiter requisiti fuerint, * assistere: apud Archidiaconum verò & tres alios ex præfatis Graduatis, duos videlicet Theologos, & unum Jurisperitum potestas Clericos ad Ordines sacros promovendos, & Rectores Parochianos quacunque auctoritate provisos, ad curæ Pastoralis exercitium admittendi permaneat; ita quod ipsi nullos prorsus, nisi idoneos, & quantùm ad animarum curam pertinet, quod personalem facient residentiam, expressè juratos admittere valeant; & tam Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius, quam reliqui sex Canonici ratione Præbendarum suarum hujusmodi præfato Episcopo, quoties ab illo requirentur, consilium & operam in negociis Ecclesiæ & Religionis, ceterisque difficultatibus pro tempore emergentibus tam conjunctim quam divisim fideliter præstare teneantur. Et ut de viris spectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Ecclesiæ Dei accuratius prospiciatur, quod ipsi novem Canonicatus, & totidem Præbendæ sic affecti hac prima vice per Episcopum dumtaxat, qui illos Graduatis & nobilibus alternatis vicibus conferat, & deinde quotiens illos perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, ut præfertur, ad electionem Episcopi, & aliorum Graduatorum prædictorum superstitum per eos conferatur; ita quod in hujusmodi electione suffragium Episcopi non plus juris sive momenti, quam cujusvis Graduatorum habeat, nisi vocum paritate occurrente: quo casu tunc iteratum Epi-

Archipresbyter Civitatensis, Pœnitentiarius, duo Canonici graduati Ecclesiæ Groning. ex designatione Episcopi Rectores. Ecclesia S. Walburgis, Civilis reddita.

* teneantur.

Episcopi suffragium paritatem vocum hujusmodi dirimat; quodque postbac iidem decem Canonicatus, & decem Præbendæ affecti sub nullis specialibus vel generalibus & mentalibus reservationibus, affectionibus, etiam in corpore juris clausis, necnon exspectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & alias disponendo primariis, vel aliis precibus, aut aliis gratiis præventivis per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, & dictam Sedem Apostolicam, vel ejus Legatos, etiam consideratione, intuitu, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum quorumcunque, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & ex quacunque causa, quantumlibet urgenti, pro tempore factis & concessis comprehendantur; nec etiam tanquam vacantes apud Sedem prædictam, aut ulla alia ratione generaliter vel specialiter reservati, nec illorum vacatione per resignationem, etiam ex causa permutationis apud Sedem eandem pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem aut Sedem eandem de illis provideri, aut alias quoquomodo disponi possit. Et quoniam impia hæreticorum studia, temporisque malitia viros doctos ab Ecclesiis suis diutius abesse non patiuntur; quod si Canonici Graduati prædicti ab eadem Ecclesiâ, nisi ab ipsis Episcopo vel Capitulo missi, per duos menses absuerint, integros suæ Præbendæ fructus illius anni amittant, ipsique fructus Capitulo cedant; quodque omnes proventus singularum Præbendarum in duas æquales partes dividantur, quorum altera pro quotidianis distributionibus his solum, qui divinis officiis in Choro deservierint, & inibi a principio usque ad finem, excepta necessitatis causa, permanserint, ministrari debeat: nec quisquam ulla dispensatione vel Privilegio Apostolico, quacunque causa impetrato vel concesso, sese a residentia hujusmodi eximere possit, eisdem auctoritate & tenore, etiam perpetuo statuimus & ordinamus, sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quavis causa & instantia, sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, ac diffiniri debere; ac quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Mechliniensi, ac Atrebatensi & Feltrensi Episcopis per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Episcopi & Capituli Groningensis ac Canonicorum, Abbatis, Monachorum, aliorumque prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidiis assistentes faciant auctoritate nostra illos & eorum singulos confirmatione, approbatione, adjectione, suppletione, suppressione, extinctione, applicatione, appropriatione, reductione, dispensatione, statuto, ordinatione, aliisque præmissis, ac præsentibus litteris, aliisque & singulis in eis contentis pacificè frui & gaudere, ac easdem præsentes, & in eis contenta quæcunque firmiter observari; non permittentes Episcopum, Capitulum, Canonicos, & alios præfatos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri; contradictores quoslibet & rebelles, sibique in præmissis non parentes, etiam per excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa & alia imposterum obtinenda, ita quod beneficia & officia hujusmodi per privationem legitimè & canonicè factam vacantia ab aliis impetrari, & per locorum Ordinarios liberè conferri possint, aliasque sententias, censuras & pœnas tam Ecclesiasticas quam pecuniarias arbitrio suo imponendas, moderandas, & applicandas, eo ipso incurrendas eadem auctoritate nostrâ, appellatione postpositâ, compescendo; nec non legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhoc, si opus sit, auxilio brachii sæcularis, non obstantibus voluntate nostra priori, & aliis præmissis, ac nostris de valore tam in impetrationibus, quam aliis gratiis, etiam motu simili factis, exprimendo, & de non tollendo jus quæsitum, ac de non expediendis litteris reservationis etiam motu simili alicujus pensionis, nisi de consensu illam solvere habentis, aliisque revocatoriis & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & alias in contrarium quomodolibet editis & edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non Lateranensis Concilii novissimè celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dictis, dummodo quispiam ultra tres dietas vigore præsentium non extrahatur, aliisque quibusvis Apostolicis & reservatoriis, etiam in corpore juris clausis, ac in Provincialibus ac Synodalibus Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus, necnon Monasterii, Præpositurarum, Ordinum, Ecclesiarum, & locorum præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, ac Concordatis inter Sedem prædictam & Nationem Germanicam dudum initis, nec non quibusvis specialibus vel generalibus, etiam mentalibus reservationibus, exspectativis & aliis gratiis, etiam in Canonicos

Canonicis residentia præscriptur.

nicos creationibus, aliis unionibus etiam perpetuis absque consensu Coadjutoris deputationibus, nominationibus citra accessus & regressus facultatibus, mandatis, litteris & concessionibus, quibuscunque personis, cujuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam Cardinalatus bonore fungentibus, ac nostris etiam antiquis & descriptis familiaribus, continuis commensalibus ac Prælatis domesticis, nec non Romanæ Curiæ Officialibus, etiam officia sua actu exercentibus, ex quavis, etiam grandi, causâ, consideratione, intuitu, vel respectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, ac cum quibusvis antelationibus, prærogativis & decretis, etiam irritantibus, & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam præsentibus derogantibus, etiam motu & scientia similibus, & alias quomodocunque concessis, quas & quæ illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, eorumque omnium vim & effectum, quoad præmissa omnia suspendimus, & in præmissis effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse neque debere decernimus: nec non privilegiis, indultis & litteris Apostolicis illis & aliis quibusvis per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores, ac nos, & Sedem prædictam, etiam per viam generalis legis & statuti perpetui, nec non initi & stipulati contractus seo quasi & alias sub quibuscuoque teouribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & iosolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam consideratione, intuitu, contemplatiooe, vel ad iostantiam præmissorum & quorumcunque aliorum, seu motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, aut coosistorialiter ac alias quomodocunqoe, qualitercunque, & quotiescunque concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis & inoovaodis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, totis tenoribus specialis, specifica, iodividua & expressa, ac de verbo ad verbum, oon aotem per clausulas generales idem importantes meotio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servaoda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti foreot, præsentibus pro sufficienter expressis babentes,* illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus contrariis quibuscunqoe. Aot si Andewerdiaoo & beatæ Mariæ Mooasteriorum eoruodem Conveotibus præfatis & dilectis filiis illorum & apud *Esens* Monasteriorum hujusmodi Valallis & aliis subditis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdum suspendi vel excommunicari oon possiot per litteras Apostolicas ooo facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi meotiooem, & quibuslibet aliis privilegiis, iodulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter noo inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit io nostris litteris mentio specialis. Nolumus autem, quod propter suppressionem, extinctionem, ac applicatiooem & appropriatioocm in Monasterio Andewerdiano factas bujusmodi, iu illo divious cultus ac solitus Mooachorum & aliorum ministrorum numerus nullateous minuatur, sed ejus congruè supporteotur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctioois, applicationis, appropriationis, statuti, ordinationis, decreti, inbibitioois, absolutionis, liberationis, reductioois, dispensatioois, erectionis, iostitutionis, concessionis, assignatioois, translatioois, mandati, suspeosioois, derogationis & voluotatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, iodignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Iocarnationis Dominicæ millesimo, quingcotesimo, sexagesimo primo, septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Sic subscriptum erat: FEL. CARDINALIS CÆSIUS.

Item adhuc majusculis litteris: A. DE ALEXIIS.

CÆ. GLORIERIUS.

In dorso autem sic habebatur: *R[ta] apud Cæsarem Secretarium.*

* Sequentia in aliis limitum Bullis reperta, desiderantur in authentico exemplari hujus Diplomatis: "Quamvis alia & multa "sint, quæ sub clausula implicitæ derogationis latissimè extendenda in supplicatione apposita non intelligantur, aut alias com-"prehendantur: nihilominus in genere & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum".

HISTO-

HISTORIA, seu NOTITIA
EPISCOPATUS GRONINGENSIS.

G R O N I N G A,

Groningæ, antiquissimæ Frisiæ urbis, etymon, varium nomen,

URBS * non Frisiorum modò, sed & totius Trans-Rhenani littoris antiquissima, nomen adepta est noo a *Gruno* conditore, quem venditant Mythologi, sed a viriditate camporum interamnium, quorum occupat dorsum; cujus situm vel ipsa urbis indicant iosignia, viridis plagæ transversum ioter duas puras, id est, aquas seu amnes, mediæ. Viride coim Frisiis est *Griu*, Germanis interioribus *Gruin*, seu *Grün*, littoralibus aliis *Groen* & *Gron*: ea quibus factum, *Grins*, *Gruningen*, *Groeningen*, *Gronningen*, *Groningen*; Latinè *Groninga*, *Groningia*, *Gruninga*, aut etiam *Gruningia*.

antiquitas,

Appellationem hanc dudùm ante Caroli M. ævum invaluisse, liquidò testatur antiquum marmor, quod Romæ exstat in æde S. Michaëlis, longè antiquiorem se ipso exhibeos Historiam, qua inter Frisios Heroas, qui Imperatori egregiam bello operam navarunt, celebratur Princeps, ILDERADO DE GRONINGA.

dignitas,

Seculo certè IX. Normannis omnia circum latè vastantibus, ipsam quoque hane urbem, jam tum inter nobilissima emporia celebrem fuisse, testatur Heda rerum nostrarum scriptor in *Willibrordo*, & *Alfrico*, dum enarrat *Normannos* Anno 837. funditus delevisse *Antverpium* oppidum ad Scaldim, *Wintlant ad Mosam*, ac *GRUNINGAM* ad *Amasim flumina*, *nobilia emporia*. Paucos post hæc annos *Groningæ* contra similes insultus excitatam fuisse arcem ingentis molis ex topho lapide, io urbis angulo Eoo, Ubbo Emmius prodit, in hoc, quemadmodum & Heda, suffultus antiqua illa membrana Trajectina optimæ notæ, qua disertim narratur, *Ecclesiam S. Walburgis a civibus Groninganis, contra Normannos, temporibus B Alfridi* (ità legendum pro *Walfridi*) *fuisse ædificatam*, id est antè Annum CIↃ.CCCL. quo Alfridus Episcopus vivendi finem fecit.

arx ad Ecclesiam S. Walburgis condita,

Ecclesia hæc promiscui usus fuit; perduravitque cum turri egregiè fastigata ad patrum oostrorum memoriam.

robur, opulentia, fana, & quidem tria Parochialia.

Valida ea orbs *Territorii suburbani* operibus, opibus, virisque in Frisiis deinceps fuit, Diœcesis Groningensis caput. Fana ei in universum XII. ex quibus tria sunt *Parochialia*, ut vocant, quinque Monastica quatuor Xenodochiis conjuncta.

* *Alting. not. Germ. part. 2. pag. 73. 74.*

Primaria D. Martino sacra, in Cathedralem evecta,

Primaria, amplissima eum editissima & firmissimi ac peregregii operis turri †, quamquam fastigio jam, inquit Emmius *, mutila ac truncea, Tutelarem habens S. Martinum, Toronum Episcopum, a Pio IV. Pont. Max. in Cathedralem sub medium seeoli XVI. ot ex ejus Diplomate jam vidimus, evecta est, instituto in ea, qui Episeopi Senatus, & omnes, ut vocant, *Graduati* sint, Canonieorum novem Collegio, extra Episcopum qui decimus sit. Collegio huie sustentando & ornando destinati census, *Ezensis* Canonicorum Regularium, atque Wittewerumani Præmonstratensium Canonicorum io urbis vicinia Cœnobiorum. Episcopo verò assignatum cum censu suo Adovardiense Cisterciensium, urbi propioquum, nobile Monasterium.

In qua præstantissimum organum.

Io ipsa etiamnum splendet præstaotissimum organum Rudolphi Agricolæ artificiosâ manu confectum.

Altera D. Walburgi dicata, diversæ ab aliis formæ; antiquissima,

Parochialium alterum antiquissimum, & cum urbe ipsa, aut ante urbem oatum, ac, ut quidam putant, superstitioni Ethoicæ quondam dicatum, est *Walburgicum*, de cujus antiquitate jam recens meminimus, io eadem quadrata area seu cœmeterio spatioso cum Martiniano, formæ penè rotundæ, ac planè diversæ a formis templorum commooium.

adversus Episcopum Traj. propugnaculis olim munita,

„Oppidani Ecclesiam hanc, sub Heriberto „Traj. Episcopo, ioquit *Beka Chron. p.* 49. munive„runt in modum castri eum excelsis propu„gnaculis, decertantes ex ea sagittis, saxis & „fundibulis.

„Tuoc & dicuntor, inquit Emmius *Hist. Fris.* „*lib. 7. p.* 115. ob metum Episeopi dejectâ con„tignatione ac parietum parte, humilius fanum „reddidisse“. Huie modò cohæret sublimis recentior fastigii turris, ex cæso lapide in sublimitatem pedum R. 333. ab humi superficie evecta. Ecclesia hæc, D. Martini æde in Cathedralem erecta, ex Bulla Pii IV. *Civilis* est reddita.

civilis appellata,

Tertia ab Aha amne denominata, D. Virgini & S. Nicolao sacra,

Tertium fanum in parte urbis ad Occidentem vergente, ab ‡ *Aha* amne denominatum, D. Virgini & S. Nicolao sacrum est, cum visenda etiam turri altè fastigiata, in qua nolæ complures concentu harmonico horis singulis bellè præcinunt.

† *Turris Martinianæ, Anno 1468. collapsæ, fundamenta jacta anno sequenti 23. Martii, ex Schotani Fris. Hist. lib. 10. p. 337.*

* *Emm. de urbe Gron.*

‡ Onser lieven Frouwen thor Aha.

Hoc



Sancti Martini ecclesia Groningae.

ex Capella reddita Parœcia, per Ottonis Traj. Episcopi Diploma.

Hoc, pridem Sacellum, seu *Capella*, ad oppidanorum supplicationem in Parochialem Ecclesiam Anno 1446. per Ottonem Traj. Episcopum erecta est, ex sequenti Diplomate.

„ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, „ Amen. *Otto*, Dei gratiâ Trajectensis Episcopus, „ universis in Christo fidelibus ad quos hoc scri„ ptum pervenerit, salutem in salutis auctore. „ Notum esse volumus ætati præsentium, & „ posteritati futurorum quomodo novam planta„ rionem Capellæ in Grooinga ad honorem Dei „ & ejus Sanctæ Genitricis Mariæ, nec non & „ Sancti Nicolai, omniumque Sanctorum à Ci„ vibus de Groninga olim laudabiliter inchoa„ tam, ad petitionem ipsorum civium bonæ me„ moriæ Prædecessor noster, loci Diœcesanus „ Otto Trajecteosis Episcopus approbans, eis„ dem indulserit, ut ipsa *Capella*, Ecclesia sit Pa„ rochialis, & in eadem Cimiterium, sepultura „ mortuorum fidelium, & pueros baptizandi Sa„ cramentum, cum ceteris officiis & Sacramen„ tis ad Christianitatis fidem pertinentibus in „ perpetuum habeatur: quod per memoratum „ Prædecessorem nostrum dictis civibus est in„ dultum firmitatis robur habere decrevimus, „ salvo jure eligendi & præsentandi personam „ idoneam loci Diœcesano, qui pro tempore „ fuerit eisdem Parochianus. Volumus etiam ut „ Personæ, dignitate & ratione Personatus, a „ præmissæ Ecclesiæ sacerdote legitimo qua„ tuor libræ Groningensium, ut olim in festo „ sancti Michaelis, exhibeantur, & per hoc Ec„ clesia antedicta ab omni jure & potestate Per„ sonæ sit exempta, & quod præmissa Ecclesia „ a Civibus in *Utingacluch*, & *Westercluch*, ut prius „ frequentetur. Ut autem hæc rata maneant & „ iocoovulsa, munimine scripti nostri & sigilli „ impressione ea corroboravimus. Si quis autem „ quod huic scripto nostro sit obvium præsum„ pserit attemptare, indignationem Dei Omni„ potentis, & nostram excommunicationem se „ ooverit iocursurum. Acta sunt hæc apud Gro„ ningam, Anno Domini millesimo, ducentesi„ mo, quadragesimo sexto, feria quarta post „ Palmas. Testibus his: Fratre Præposito Ti„ lensi, Hermanno, & Gerhardo scriptoribus „ nostris a Druine, Alberto & Swethero de „ Worsts, Hyseberto d' Bucharst, Waltero Ra„ dingo, & Bartoldo Radingo, & aliis quam „ ploribus ".

Jus, ut vocant *Patronatus*, penes oppidanos.

Oppidani jus sibi, ex hoc Diplomate, acquisierant *Personam*, seu Rectorem idoneum Traj. Episcopo præsentandi.

Hujus, nec non Martioianæ Ecclesiæ Rectores post Præsules Groninganos, infra ex ordine recensebimus.

Secundùm tria hæc templa tota civitas in tres distincta fuit Parochias. In iisdem, ut vel ex ipso Pii IV. Diplomate conspicuum est *Capellaniæ* ac *Vicariæ* complures; variæ itidem ad singula ferè altaria Frarernitates & contubernia.

Unus ex Rectoribus ceteris præfectus,

Pastores tres, sioguli in singulis Parochiis. Anno M. CCCCLXXX. unus ex his editus velut Ἔφορος totius rei Ecclesiasticæ in urbe & urbis viciniâ, quem *Personam* more suo vocabant; isque erat velut minor quidam Episcopus aut Episcopi vicem gerens, magnâ potestate & multis privilegiis a Romano Pontifice ditatus.

Hunc

ab aliis Pastoribus, & duobus senioribus consulibus delectus;

Hunc ceteri Pastores, & duo seniores urbis Consules eligebant, & in munus suum immittebant, in magnoque honore habebat tota civitas.

Sed eùm novi Episcopatus in his Regionibus instituerentur, Episcopus quoque huic civitati daretur proximè a nobis laudandus, *Personæ* hujus nomen munusque peremptum, atque ex constituto Canonicorum Collegio, juxta Pii IV. a nobis allatum Diploma, adlectus unus *Archipresbyter Civitatensis*, cui specialis Pastorum ac Rectorum urbis cura incumbebat.

posteà Civitatensis dictus,

inter Monastica Cœnobia; Franciscanorum,

Præter hæc Parochialia, & Monastica quædam templa Groningæ. Ex Monasticis sanis, amplissimum Franciscanorum cum Cœnobio spatioso in urbis ferè medio, cui largissimæ facultates ac indulgentiæ a Rom. Pontificibus concessæ.

Dominicanorum,

Alterum Jacobæum, cum Cœnobio Monachorum Dominicanorum in boreo urbis latere ad ipsa mœnia, brevissimo intervallo dissitum ab area in qua Walburgicum & Martinianum. Origo ipsorum illic ab Anno 1308. die S. priscæ Virginis ex munificentia Ludolphi Gronebecii, Vice-Comitis Groningani. Cœnobium eorum in ergasterium modò transiit.

Clericorum vitæ communis:

Tertium eorum erat, quos *Fratres*, ac aliter *Clericos vitæ communis*, appellabant, modicum, cum Cœnobio in angulo areæ ejusdem Walburgicæ boreo, ac in latere urbis eodem mœnibus etiam contiguum. Sub D. Gregorii patrocinio enatum illud fuit Anno 1457. 2. Aprilis a Theodorico ab Herxen, Swollani Collegii Præside.

eorum origo institutores, fors & fata.

Fundationem, additis diversis privilegiis Anno 1464. 1. Martii ratam habuit David a Burgundia, Ultrajectinus Episcopus. Litteras, quæ initium dotationis produnt, hic appendere juvat ex J. Lindebornii Daventr. Episcop. *Notitia pag.* 116.

„In nomine Domini, Amen. Anno à Nativitate ejusdem 1468. indict. prima, Septemb. die 19. &c. in mei Notarii publici testiumqoe infrasc. &c. præsentia, personaliter constituta honesta Matrona Domina *Ludekina* relicta quondam Alberti Jarici militis una cum discreto viro Magistro Joanne Elzingh Decretorum Doctore ejus tutore sive curatore per Venerabilem Dominum Joannem Piggis Decanum Drenthiæ Commissarium ad reddendum jura in Ecclesia S. Walburgis in Groningis pro tribunali publice in judicio sedentem, ad & ob instantiam & petitionem suam coram me Notario subs. ac Venerabilibus viris Boleke opt Sand & Helprico de Borck, &c. pro Mamburno tutore & curatore sibi deputato, riteque ac legitime concesso & assignato illic præsente, manuque ac organo ejusdem atque propriis expresso, etiam honestæ ac devotæ Virginis Heylæ ter Bruggen sororis ipsius Ludekinæ, & proximioris hæredis ejusdem etiam præsente & ad id accedente consensu, sponte & ex certa scientia maturaque deliberatione prævia, ut expresse fatebatur, omnibus melioribus modo, via, jure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, dedit, donavit, tradidit, cessit, transtulit & transportavit pure, libere, mere, simpliciter & irrevocabiliter eaque donatione, quæ dicitur inter vivos & sine ulla repetendi lege, io augmentum fructuum & redituum cujusdam Officii ecclesiastici seu cujusdam quotidianæ Missæ quondam per Rectorem, Presbyteros & Fratres Domus Clericorum in Groningen. Trajectinæ Diœceseos in eadem Domo Clericorum de quibusdam bonis feudalibus & emphyteuticis fundati seu fundatæ, omnia & singula bona, hæreditates & possessiones qualitercunque nominata vel numinatas, & ubicunque situata seu situatas hactenus per quondam fel. record. Ottonis ter Bruggen fratris sui obitum ad eam hæreditario jure devoluta & devolutas, videlicet medietatem Domus quam dictus quondam Otto ter Bruggen dum obiit inhabitavit situatam apud Ecclesiam B. M. V. in Groningen apud *Ampnem*. item octavam partem medii prædii in Burscopia *toe taerle* terræ Drenthiæ: item medietatem unius prati trium graminatorum cum medio versus latus septentrionale prati Ludolphi Hubbeling situati extendentis se cum parte occidentali versus pratum Everardi Jarici: item medietatem cujusdam decimæ situatæ juxta *Helpman* prope civitatem Groningen dictæ *Lyfinghe Tende*. Insuper Rectori, Presbyteris ac Fratribus supradictis eadem Ludekioa dedit &c. ad usum quarti cujusdam officii ecclesiastici seu quartæ cujusdam quotidianæ Missæ ab eisdem deserviendi, sive in locis in quibus eisdem celebrare licuerit celebrandæ sua domistadia extra portam dictam *Poelpoorte* situata, quæ sibi ex divisione domistadiorum facta cum Everardo Jarici ac Elisabeth Jarici viduæ sunt assignata, una cum sua parte prædii prope eadem domistadia adhuc indivisi atque Everardo, Elisabeth & Ludekinæ præmissis adhuc communis. Item prædium tredecim graminatorum in loco vulgariter dicto *de Noortmade* situatum: quam quidem quartam quotidianam Missam dicti Rector & Presbyteri Domus prænominatæ quotidie, prout primas tres Missas per dictam donatricem ordinatas celebrare sunt obligati, celebrabunt: nisi ex defectu vel indispositione personarum nequeant dictam quartam Missam celebrare, quoniam ex tunc ad hujusmodi quartam Missam non erunt obligati. Item dedit intuitu quartæ quotidianæ Missæ prænominatæ ad structuram & ædificatiooem onius Capellæ sive Oratorii ac ornamentis & clenodiis in eadem sive in eodem necessariis quingentos florenos currentis monetæ: item dedit intuitu quu prius terras ac prædia sua in *Ghelkingelandt* situatas & situata ad habendum cereos, luminaria, panem & vinum in dictis quatuor quotidianis Missis, de ordinatione sua quotidie celebrandis, ac etiam in festis communicabilibus pro dictis Fratribus necessarios & necessaria: si vero præmissis cereis luminaribus, pane & vino debite deductis & dispositis de dictæ terræ proventibus sive reditibus aliqua supersint, voluit dicta donatrix candelas per totum annum de hujusmodi dictis Fratribus ministrari. Item &c. in subsidium vestium laneorum & quotidianorum sumptuum suorum domum suam lapideam sitam in meridionali latere plateæ longæ, io cujus domus orientali latere sita est Domus hæredum Hillebrandi Detmers aurifabri, in occidentali veru latere sita est Domus Gerardi carnificis. Insuper dedit in subsidium vestimentorum laneorum &c. quatuor cameras sitas in platea dicta *Harderinghe strate*, salvis tamen usufructibus illorum, qui suis litteris sigillatis se dictarum camerarum usumfructum habere ostendere & probare possunt. Insuper dedit, &c. in subsidium hospitum recipiendorum apud eosdem pie hospitari petentium suam prædii portionem situati extra *Ebbinge*

„portam, quam dicti devoti commutaverunt cum Goswino de Dulck, cui prædio tot ac tanta bona addidit ut ex his 26. florenos Arnhemienses annuatim recipere possint. Item &c. in subsidium eleemosynarum quotidie ante portam suam pauperibus distribuendarum suum prædium situatum in *Oestwoldt*, salvis prænominatis Fratribus de annuis reditibus ejusdem prædii annuatim duobus florenis Rhenensibus, quos habebunt pro suis laboribus & ministeriis. Item &c. suum campum trium graminatorum cum medio situatum in de *korte Woerde* in subsidium annuæ divisionis, quam prædicti devoti Fratres perpetuis temporibus singulis annis cum uno medio vase rubei butyri & octo modiis tritici communibus pauperibus Christi ministrabunt. Item debent dicti devoti Fratres & censebuntur astricti perpetuis futoris temporibus respicere Domum illam pauperum à donatrice prænominata & à merito suo piæ recordationis retro domum quondam habitationis eorumdem fundatam & erectam, ut sit inter pauperes domum prænominatam inhabitantes debita & bona ordinantia regiminis, ac ut dictæ domus structura in parietibus & tectis & aliis domui necessariis integra illæsa & incorrupta conservetur. Insuper voluit dicta donatrix & ordinavit quatenus tam in præmissis quam in aliis Instrumentis sive Litteris de Missis à dictis Devotis celebrandis per eam quondam ordinatis non obstantibus dicti Fratres ordinabunt per se vel per alios idoneos Presbyteros infrascriptas Missas perpetuis temporibus omni septimana fieri, nisi fuerit tempus exemptum ab Ecclesia Domini, omni feria II. voluit tres Missas pro fidelibus defunctis celebrari: singulis vero IV. feriis unam de S. Trinitate, unam de Angelis & unam de omnibus Sanctis: sed in omni die sabbathi unam de S. Anna, reliquas vero duas juxta exigentiam devotionis ipsius celebrantis, nisi fuerit proprium Festum sive Officium Missæ alicui trium dicrum præmissorum assignatum, quoniam ex tunc tantum Collecta de prænominatis Missis dicetur: in præcipuis tamen festivitatibus servabitur communis modus Ecclesiæ. Volens igitur & consentiens expresse eadem Ludekina donans una cum suo mamburno seu Tutore & Curatore suo supradicto, quod prædicti Fratres ratione Ecclesiasticorum Officiorum supradictorum seu quotidianarum Missarum prædictarum omnia & singula bona, terras, decimas, domos, domistadia, possessiones, prædia, fructus, pecunias & res atque hæreditates supra nominatas & supra nominata habeant, possideant, prosequantur & adipiscantur tam vigore juris quam aliàs, & de illis faciant & peragant prout superius exstat conditionatum & expressum: sic tamen quod iidem Fratres nollo tempore vel nulla occasione debeant prædia & terras prænominatas & prænominata vendere & alienare à domo sua; sed domos, de quibus superius fit mentio, possunt vendere & alienare, ea tamen conditione quod ex hujusmodi alienatione provenientem pecuniam in alios redditus æquivalentes commutabunt. Possuntque etiam iidem Fratres pro illis bonis agere, exigere, defendere, causam petere, replicare, intendere ac se tueri & modis omnibus illis deinceps ad voluntatem eorum omnia alia & singula dicere & facere, quemadmodum & prout ipsa eadem donans facere potuisset, dansque & concedens pure & irrevocabiliter ex abundanti sæpe nominatis Fratribus licentiam omnimodam, salvis tamen præmissis ac plenariam potestatem, nec non mandatum speciale ac posse plenissimum eorumdem bonorum & rerum possessionem corporalem, vel quasi, proprio suo seu verius dictorum Ecclesiasticorum Officiorum seu quotidianarum Missarum nomine & occasione, sine licentia alicujus judicis seu alterius cujuscunque Ecclesiasticæ Personæ vel secularis accipiendi prosequendi & intrandi. Promittens eadem Ludekina donans pro se suisque hæredibus & successoribus dictis Fratribus ad usum prætactum & eorum successoribus de eisdem rebus, bonis, atque juribus ulla occasinne nisi in detectum conditionarorum prædictorum in perpetuum litem vel controversiam non inferre, nec inferenti quovis modo consentire expresse de bonis, rebus & juribus eisdem renuntiando & per jacturam straminis effustieando: quas quidem donationem, cessionem, translationem, transportationem, omniaque alia & singula præmissa, præfata Ludekina donans una cum suo Mamburno, tutore seu curatore suo prædicto promisit bona fide propter hoc corporaliter modo & forma præexpressis præstita ratas, firmas & stabiles pro se & hæredibus atque successoribus suis dictis Fratribus & eorum successoribus ratione & occasione dictorum perpetuorum Officiorum Ecclesiasticorum seu Missarum quotidianarum perpetuo tenere & inviolabiliter observare, ac nullo tempore contra facere vel venire aliqua causa vel ratione nisi supradicta quæ sic dici vel excogitari possit, Juri etiam dicenti non valere generalem renuntiationem nisi præcesserit specialis, Rectore dictæ domus Clericorum inibi præsente & acceptante, ac se, domum suam & Fratres prædictos ad recompensam & onera atque conditiones supradictas & sopradicta supportandum & supplendum interveniente stipulatione legitima per eum in manibus mei Notarii infrascripti recipientis facta efficaciter obligante. Et ut hujusmodi donationes cum ceteris annexis supradictis debitum sortiantur effectum, rogavit & rogat humiliter sæpe dicta Donatrix Reverendissimum in Christo Patrem ac Dominum, Dominum Davidem, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopum Traject. quatenus hujusmodi Donationes cum inde secutis confirmare & ratificare, bonaque ante dicta mortificare & Ecclesiastica decernere, & ut talia gaudere debeant Ecclesiastica libertate, &c. Super quibus & singulis præmissis, &c. Acta fuerunt hæc in Domo habitationis dictæ Ludekinæ donatricis in Groningen sub. Anno &c. Quibus supra præsentibus ibidem discretis & honestis viris Helprico de Borck, & Hermanno Brandt Oppidano in Groningen testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis“.

Et ego Joannes Petri, Clericus Monasteriensis Diœceseos publicus Imperiali authoritate Notarius *ac ordinaria approbatione Traject. admissus*, &c.

Cœnobium illud in Sedem & aulam Knyffii, ipso instituto Groningano Episcopo conversum, deinde Gubernatoris domicilium factum est.

Quartum Monialium D. Francisci, S. Claræ nuncuparum cum claustro peramplo, spatio inter Franciscanos & Jacobæos medio. Monialium sub S. Clara.

Quin-

ălſarum ſub D. Auguſtini præſidio,

Quintum Virginum nobilium non initiatarum ſub S. Auguſtini patrocinio, non minus cum cohærente domicilio & ædicula familiæ Selwerdicæ, anguſto tantùm vico ab æde Franciſcana disjunctum, Franciſcanis cohærens ad Boream; cujus & meminit *Jac. Torrius*.

Harum, atque *Clariſſarum* aſceteria per Hiſpanorum bella deſerta, ſub Annum 1590. aſſignata fuere Patribus Societatis Jeſ. Sed occupatâ quatuor poſt annis a fœderatis Groningâ, pulſi inde PP. Jeſuitæ. D. Claræ Cœnobium hodiè eſt orphanotrophium.

ac Sororum Hieronymitarum ædes.

Aderat & Groningæ domus ſororum D. Hieronymi, quæ habitu viduarum incedebant.

Lindebornius *Not. Dav. cap.* 5. §. XI. & Aſceterii S. *Agnetis* meminit, atque inter ea recenſet quæ *Capitulo*, vulgò Trajectenſi dicto ſuberant. Meminit & ibidem Aſceterii S. *Mariæ op die Hoorn*, aſſeritque quod eorum nulla vel in Friſia vel Groninga apud *Ubbonem Emmium ſit memoria*.

Sorores *S. Mariæ ten Horn*.

Poſteriorum certè memoria eſt in *Analectis* Ant. Matthæi *Tomo* VI. *p.* 255. ex Charta M.S. Anni 1529. quæ ſic habet; *TEN HORN, ſorores de tertia Regula S. Franciſci.* Quin & Emmius ipſe earumdem ex libro vetuſto meminit *l. de agro Friſ. p.* 72. Certè & ipſe, & *Jac. Torrius* meminêre duplicis Cœnobii Monialium S. Franciſci.

Meminit & Emmius, & Ant. Matthæus ibidem *Domus ſororum de Ordine* * *Wilkenſi*; fortè hæc eadem cum Begghinarum curia, quæ & Groningæ viguit ex Jac. Torrii *Relat. Rom.*

Sorores de ordine *Wilkenſi*. Begghinarum curia.

Xenodochium adhæc Groningæ non unum. Ex Xenodochiis fanis maximum, & Parochici inſtar, ad *S. Spiritum*, in latere civitatis auſtrino, cum Xenodocheio peramplo, ac ad Cœnobii juſti modum.

Xenodochia; *S. Spiritus*,

Alterum S. *Gertrudis* in oppidi parte ortiva, juxta mœnia ſimiliter, cum Xenodocheio benè dotato.

S. Gertrudis,

Tertium S. *Jacobi* modicum in extremo urbis angulo, qui eſt verſus occaſum æſtivum.

S. Jacobi,

Quartum *Antonianum*, a S. Antonio denominatum, portæ Orientali cohærens, omnium minimum.

& *S. Antonii*.

Acceſſit his Anno 1614. Academia publica, cui locum dedit Franciſcanorum amplum Cœnobium: pars fani Bibliothecæ Acad. deputata. Peculium annuum ex cenſibus Monaſticis decretum Academiæ.

Schola publica.

Ceterùm Cathedræ in æde Martiniana erectæ primus præſedit,

* Embricæ quoque notæ ſunt ſorores Ordinis *Wilkenſis*, vulgò *het Willeker Orden*, ſic dictæ, quia voluntariæ, ſeu clauſura perpetua, & votis non adſtrictæ. Earum ædes, Beghinaſium vetus, ex *E. Waſſenbergii Embrica, l. 3. p.* 220.

F. IOANNES KNYFF,

J. Knyffii natales, ſtudiorum primordia,

ULtrajectinus, ex antiqua & patritia Knyfſiorum familia oriundus: qui quidem cum in patriâ primùm litteris humanioribus liberaliter eruditus, Theologiæ ſtudium Lovanii feliciter abſolviſſet, ibidem Ordinem Fratrum Minorum de *obſervantiâ* ingreſſus ac profeſſus eſt. Cumque ex mandato Antiſtitum ſuorum prædicationis officium diverſis in locis magnâ gratiâ ſedulo obiviſſet, atque rogatu Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Bremenſis, Chriſtophori primogeniti Brunſvicenſis & aliorum Principum, Legatum ad Sedem Apoſtolicam egiſſet, a Pontifice Julio III. honorificè exceptus ob legationem ritè geſtam in Prædicatorum Generalem aſſumptus eſt. Quo munere fideliter perfunctus, atque Frederici Sebenki aliquando in Pontificalibus Vicarius Generalis, tandem Anno 1561. ad votum Philippi Catholici Regis Hiſpaniarum a Pontifice Paulo IV. Primus Groningenſium Epiſcopus deſignatus, elapſo biennio Mechliniæ ab Illuſtr. ac Rev. Cardinali Granvellano conſecratus, Anno MDLXVIII. pridiè S. Franciſci, qui dies Dominica erat, Groningæ in Epiſcopalem Cathedram introductus eſt, Clero univerſo ac Senatu urbis, magnâque nobilium frequentiâ eum ad Eccleſiam S. Martini ſolemniter deducente, in quâ tunc Sedem Epiſcopalem conſtituit; Viglio id ſic atteſtante *: *R^mus D. Knyphius Groningæ cum debitâ ſolemnitate ad poſſeſſionem Eccleſiæ ſuæ receptus eſt, nullis penè reclamantibus, & calamitate accepta feroces illius populi animi emolliti ſunt.*

profeſſio, munia, inprimiſque Vicarii ſub Fr. Schenko Generalis, in Epiſcopum Groninganum electio, conſecratio, in Sedem inauguratio,

* ad Hopp. 25. Oct. 1566.

Collegii Canonicorum inſtitutio,

Mox ex Diplomate Pii IV. Pontificis Max. novem Canonicos ſibi in Senatum adſcivit, viros requiſitæ eruditionis titulo inſignitos, & a morum integritate commendatos.

Synodus habita,

Epiſcopus conſecratus, interfuit Synodo Provinciali Ultrajectinæ anno ſeſquimilleſimo ſexageſimo quinto; & ad ejuſdem normam Cleri populique ſibi commiſſi fidem moreſque exegit. *Ab initio quoque adepti Pontificatus nihil antiquius habuit*, inquit Suffridus, *quam ut intra limites Diœceſis ſuæ Eccleſias Paſtoribus, Paſtores eruditione ac virtutibus inſtitueret ornaretque.*

Epiſcopalis ſollicitudo,

Anno 1573. Leovardiam Gubernatori Billio de adeptâ contra Auriacos victoriâ congratulaturus accurrit, ac poſtero die ſuggeſtum in *Aldenhoa* ad S. Vitum conſcendens, feſtivâ oratione oppidanos ad gratias Deo Omnipotenti, victoriæ hujus largitori, referendas accendit. *Extitit enim*, inquit in Belg. Chriſt., *Chriſt. Raſſius, Orator ſummus, qui coram Pontifice & Clero Romano cum gratia peroravit, & Scriptis etiam Eccleſiam erudivit.* Scripſit enim Commentarium in Pſalmum *Miſerere* & *De profundis*, Latinè & Teutonicè typis editum apud Steelſium Antverpiæ. Tantæ comitatis & prudentiæ fuit, ut & ab ipſis Acatholicis commendari meruerit. Sic enim Pierius Winſemius, Illuſtr. Friſiæ Ord. Hiſtoriographus, Knyffii cum laude meminit, *Hiſt. lib.* 2. *pag.* 248. *Joannes Knyffius, patricii apud Ultrajectinos ſanguinis, profundæ eruditionis ac eximiæ auctoritatis vir, Groningam miſſus, habitâque longâ cum Witteweruмano, mox Adoardico Præſule contentione, quod opulenta Cœnobia etiam temporum vitiis ſoluta luxu ſuæ doti adjiceret, in poſſeſſionem Groninganæ Sedis immiſſus eſt. Tradunt auctores Knyffium Antiſtitem modeſtè imperio ſuo uſum, ducendiſque animabus validum, flagrante apud Tranſlavicanos gratiâ viguiſſe, factâque cum Abbate Merimontio, (quem Ciſtercienſes Adoardi ſumptibus, ſumptibus quoque Claricampenſium Præſulis Burgundiâ evocaverunt) tranſactione annuâ, ſex millium penſionem impetraſſe.* Hinc fortè apud Monachos, ut habet vita M. S. *Abbat. Adoard.* a nobis danda, audiit tamquam *avarus*, & aliorum vitiorum inſimulatur. Ceterùm pluribus annis in Paſtorali munere variâ forte impenſis, Groningæ Creatori ſuo animam reddidit Calendis Octobris, Anno juxta Valerium ſupra milleſimum, ſeptuageſimo ſexto. Raiſſius & Gazæus verius duos annos ætati adjiciunt, & Anno ejus ævi 1578. obiiſſe ſcribunt. Sepultus eſt in Cathedrali ejus urbis Eccleſiâ ſine pompâ & epitaphio.

feſtiva de adepta victoria Leovardiæ Oratio, ſcripta, elogia, etiam ab exteris fidei ei impenſa, cum Adoardinis tranſactio, obitus, & ſepultura.

JOAN-

JOANNES BRUHESIUS.

Ad eandem Sedem designatus, Joann. Bruhesius; ejus natales, munia, gesta, zelus,

POst Knyffium nominatus ad eandem Sedem Joannes Bruhesius; sed ante confirmatiooem obtentam Ultrajectensis designatus fuit Archiepiscopus. Joannes is nobilis Brabantus, ex M.S. Cod. Maj. Eccl. Traj. Bredæ 3. Maji Anno 1527. natus fuit parente Francisco, matre Elizabetha. Juris Utr. Doctor, Proto-notarius Apost. varia munia in urbe Ultrajectina obiit. Ecclesiæ Metrop. illic, ex eodem Codice M.S. Canonicus creatus Anno 1549. Provinciali Concilio apud Trajectum habito, Anno 1565. ex ejusdem *Actis* subscripsit, & a Schenko Archiepiscopo cum altero de Capitulo, *nominatus fuit ad negotium Seminarii* Ultrajecti, juxta Trid. Concilium *erigendi*. 8. Julii Anno 1567. Ecclesiæ Ultraj. *Thesaurarius*, ut vocant, 20. Maji 1573. Decanus, demùm & *Vicarius Generalis* & *Officialis* ejusdem Ecclesiæ designatus est. Jurium Ecclesiasticorum defensor fuit egregius, ut fidem facit ejus Diploma *Bat. Sacr. part. 2. p. 44.* allatum. Eò & respexit Viglius Zuichemus in litteris ad Hopperum Bruxellis Anno 1570. datis: "Trajectenses condemnari, ad Regem appellavêre; quod Dux non satis æquè fert, & vereor, ne ejus animum hac ratione magis exasperent, *Bruhesioque* nostro, qui plus satis vehemens in ea causa, mitiora consilia sæpè suasi". Plura in *Bat. Sacr.* de ejus genio, rebus gestis, aliisque cum Coloniæ exul ageret, ubi & mortuus fuit 10. Sept. Anno a Christo nato 1600. in Carthusiæ Colon. Odeio conditus, posito ei, quod & ibi retulimus, Epitaphio.

exilium, mors, sepultura, epitaphium & Carmina.

Huic nunc addimus, quod & Poëta Latinus fuerit Bruhesius; certe Carmina quædam Latina cecinit in *Collationes Tilmanni Bredenbachii* sacras, Prologo earundem supposita, non inconcinnè elaborata, ubi tamen error Typographi hic emendandus,

Opera & auctori longa precare, vale;
Voci *opera*, substituendo *tempora*.

ARNOLDUS NYELLUS,

Arnoldus Nyellus, Gelrus, Dominicanus, Prior, Groninganus Pastor, Vicarius Gener. Episcopus Groning. designatus, munus sedulò exercuit: carceri mancipatus, e custodia eductus, ... exul obiit, scriptis clarus.

VUlgò NYLEN, Neomagus Gelder, natus Groningæ, professione Dominicanus, ibidemque Prior, Pastor, ot jam diximus Walburganæ ac Martinianæ Ecclesiæ, nec non Sedis ejusdem vacantis Vicarius Generalis, ad Cathedram quoque Groninganam destinatus fuit: sed licèt munus consecrationis ob hæreses grassaotes non acceperit, quadriennii tamen spatio Jurisdictionem Episcopalem laudabiliter exercuit: a Senatu interim novis dogmatibus imbuto, citatus, doctrinæque & accusationum rationem reddere coactus, tam dilucidè se defendit, ut e carcere liber redierit ad Monasterium, atque S. Walburgis Divique Francisci SS. ædium spolia redempto restituere debuerint. "Verùm Groningà armis subactà Anno 1594. "discessit Bruxellas, ubi & obiit, die S. Thomæ "Aquinatl sacra, Anno Domini 1603. in choro "ad summum altare sepultus".

Edidit *Cath. & Orthod. fidem in Sacramentorum elucidationem.* Tomos 2. *Controversiarum fidei:* quibus adjiciuntur *Sermones aliquot de B. V. Maria,* M.S. apud Dominicanos.

PASTORES GRONINGANI

ante immutatum regimen.

Pastores Groningani ad S. Martinum; Laurent. Groninganus; ejus natales, munia, & fundatio,

* LAURENTIUS GRONINGENSIS, natus in eo Territorio Groningensi, quod *'t Olde Ampt* vocant, quasi diceres veterem Præfecturam, ex artium Magistro & Theologo Coloniensi Pastor fuit Groningæ ad S. Martinum: sed cum ordinarios esset Professor Theologiæ in Academia Coloniensi, plurimùm illic residebat. Fundavit illic Collegium, quod a fundatore Laurentio, *Bursa Laurentii* vocatur. Solebat is gloriari quod *manu sua Joannem Huss in ignem detrusisset*, cum Theologus Coloniensis missus esset in Concilium Constantiense.

* *ex vita J. Wess. Gron.*

Wilh. Frederici, Pastor Groninganus

WILHELMUS FREDERICI, ex Sibrando Leone, & M. Altingio, Pastor Groninganus, reipublicæ commodis maximè intentus, & patriæ antiquitatis studiosissimus.

De hoc sic Sibrandus in gestis Abbatum Horti D. Virginis;

a legationibus,

"Wilhelmus, Pastor Groningensis, cum Hermanno in *Fosvert*, & Joanne in *Dockum* Abbatibus, dum mutua laniena ob Sciringianorum, "& Veteoperanorum schisma tota turbatur Frisia, "ad Cæsarem ablegantur, profectique litteras "aurato sigillo munitas impetrant, quibus Frisiæ totius defensio & patrocinium Senatui "committitur Groningano".

Heda *Hist. Ultr. pag.* 317. Wilhelmum hunc *Sacerdotem* vocat *primæ Parochiæ, virum magnanimum, atque in magno honore apud suos habitum*, qui & eorum nomine Trajectensibus respondit, *se omnes malle lætanter colla submittere ferro, quam possessis renunciare.*

De eodem ita Altingius *Not. Germ. Part. 2. p. 74.* sub Groninga,

patriæ zelo,

"Wilhelmus Frederici, qui *Personam* Episcopi in sacris, vertente diu altero seculo hic sustinuit, & Reip. semper præstò fuit, patriæ "antiquitatis studiosissimus, horum temporum "chartam antiquam ex Cœnobio *Werdensi* ad "*Ruram* transrhenanum recuperaverat; ex qua "inter alia cognoscitur, Werdensi Cœnobiarchæ, cui Ecclesiarum *Minoris Frisiæ* & *Trentæ* statis temporibus mandata videtur visitatio, *Curtem & domum Abdincam*, uti loquebantur (*Abten-Huys*) in *Groninck* fuisse.

morum integritate,

Erasmo familiaris fuit Guilielmus Pastor, cui in amicitiæ tesseram poculum inauratum misit. Contrà Erasmus eum ab eruditione, Bibliothecæ ex sele-

Pastor, sollicitudine,

selectioribus Scriptoribus colligendæ curâ, verâ pietate, Pastorali sollicitudine, quâ ejus temporibus Cœnobitis non cederet, alilsque eximiis dotibus commendat, hac

alilsque præclaris dotibus commendatus.

GUILIELMO Pastori Civitatis Groningensis, Lovanio 30. Aprilis 1521. datâ Epistolâ.

. . . . *Poculum inauratum, tuo nomine reddidit vir longè candidissimi pectoris* Goswinus, *nec potuit non esse gratissimum munus, quod ab optimo viro profectum, per optimum redderetur . . . . Ex ejusdem litteris, simul & oratione cognovi, quanto studio istbic omnia obeas munia, quibus olim fungebantur illi non titulo tantum Episcopi. Præluces omnibus integritate vitæ, pascis assiduè gregem tuum Evangelicâ doctrinâ, ac tales adsciscis tibi sacerdotes, qui morum innocentia, qui sacra eruditione, & ornent Ecclesiam tuam, & apud populum tuas vices gerere possint, sic ut nihil opus sit hoc novo genere Prædicatorum, quos Christus non instituit, sed Pastorum oscitantia invexit in mundum. Qui si ubique tui similes fuissent, non jam orbis teneret lupum auribus, quem neque ferre potest, nec quomodo excutiat videt. Non te populus composterem habet, sed Doctorem, sed consolatorem, sed hortatorem, sed admonitorem, sed consultorem fidissimum & amantissimum experitur . . : . . Mihi & illud arguit tuam pietatem, quod in sacrario Bibliothecam adornas, iis potissimum Auctoribus refertam, quorum scripta spirant Evangelicam charitatem. Quales sunt* Origenes, Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Hioronymus : *ex horum lectione sentimus nobis inflammari pectus ad amorem rerum cælestium, ad contemptum eorum, quorum cæca cupiditate susque deque miscentur res mortalium, cum ab istorum, quos Scholæ solennes nobis dederunt, lectione surgamus frigidi, nonnunquam & fide minus solidâ, quam attuleramus. Jam mensam tuam non solum commendat frugalitas, sed condiunt etiam è sacris libris petitæ fabulæ, quæ pascant animos talium epularum famelicos. Proferunt in medium suum quisque flosculum, è pratis divinorum voluminum decerptum; alius eructat aliquid mellei succi, quem apiculæ in morem, per omnes arcanæ scripturæ flosculos obvolitans, exsuxit. Nec finis tuam mensam contaminari virulentis fabulis, quæ livorem & odium sapiunt. Quam verò graviter imposuisti nuper silentium duobus, qui se jactant sacros Evangelii Præcones, cum multa non minus impudenter, quam amarulentè cœpisset emovere in* Erasmum : *ut pestilentem sermonem interrumperes, rogabas, num legissent libros meos, fassi sunt se nunquam legisse. Mox subjiciebas te demirari, qua fronte sic deblaterarent in hominis doctrinam cujus libros non legissent. Ubi verò nec hac admonitione cöerceretur illorum stoliditas, jam vino quoque facta petulantior, negabas tibi placere convivas, qui salibus fabulis mensam tuam conspurcarent, aut sermonem mutarent aut mensam. Et isti sunt, qui seditiose vociferantur apud populum in Pastores, ut ipsi vocant, seculares, a quibus magis oportebat ipsos sobrietatis ac moderationis exemplum petere. Faxit Christus Optimus, Maximus ut tui similes existant ubique plurimi, quo vel mundus extraordinarium hoc ac vagum Doctorum genus fastidiat, vel ipsi cogantur sese ad veræ pietatis studium ab ocioso luxu, & luxurioso ocio recipere.* Erasm. Epist. DLXXI.

Hermannus Groninganus.

HERMANNUS GRONINGANUS, Vorperus meminit † Dni Hermanni Groningani, Sac. Theol. Professoris, & Ecclesiæ Divi Martini Rectoris, qui *tractatum de origine laude & illustribus viris gentis Frisonum scripserit.*

† *Vorp. Chron. Fris. cap.* 3.

Fr. Sweertius, meminit in ‡ *Athen. Belg.* p. 342. *Hermanni* ejusdem, an alterius, cognomento *Sifridi*, Frisii, J.U. Professoris Colon. qui circa An. 1494. vixerit, & scripserit, *In Titt. Juris Civil. & Canon.* Coloniæ.

JARGÆUS Juris Consultus, ex Emmio sacerdos Groningaous in æde Martiniana Anno 1520. *Emm. rer. Fris. p.* 786.

HUGO DE NULOE, Decretorum Doctor, & *Persona Personatus*, ut vocant Groningæ, Pastor ad S. Martinum defunctus Anno 1549. in festo Simonis & Judæ. Hugo de Nuloe.

Mr. HENRICUS SUTORIS, Pastor ad S. Martinum, obiit die S. Calixti Anno 1557. Henr. Sutoris.

STEPHANUS SYLVIUS, Doctor, ex Leovardiensi ad S. Vitum Rectore, ubi de eo fuit sermo pag. 48. Pastor ad *† S. Martinum Groningæ; ibi munere Pastoritio aliquot annis functus, obiit 27. Martii Anno 1567. annorum ferè LX. Stephanus Sylvius.

Anno 1554. Grammaticam, ex Suffrido Petri carmine conscripserat, & in Theologia Tractatus aliquot.

Epitaphium suum hoc disticho ipse complexus est;

Hic situs est Stephanus studiosæ auriga juventæ,
Qui columen Frisiæ, si voluisset, erat.

Mr. WILHELMUS HUBERTI, Pastor ad S. Martinum obiit 27. Dec. 1563. Wilh. Huberti.

Mr. HENRICUS VRESE, designatus Pastor ad S. Martinum, dum promotionis causâ abest, moritur Coloniæ 21. Jan. 1564. Herm. Vrese.

* Mr. JOANNES ELST, Ecclesiæ ad S. Martinum *Persona*, seu Pastor primarius, electus 17. Martii Anno 1564. Juris utriusque Doctor, Cathedræ Groninganæ primus Archidiaconus atque Præpositus, majorum suorum imaginibus insignis, tum concionibus publicis, tum privatis disputationibus negotium orthodoxæ fidei ea in Ecclesia per multos annos strenuè agens, ibidem obiit 5. Julii Anno 1588. Joannes Elst, Sedis Groning. primus Archidiaconus.

† Mr. RADIGNUS KOENINK, Pastor ad S. Martinum. Radingus Koenink.

Ad ejus & Hugonis de Nuloe supplicationem Georgius Traj. Episcopus, ex Codice ejus M.S. sub medium seculi XVI. *Vicariam* in S. Martini primaria Groningæ Ecclesia in titulum perpetuum erexit.

Decanus dein Cathedræ Groning. primus electus Radingus, verbi divini præco inprimis diligens, obiit Grooingæ ipso die Pentecostes Anno 1581.

GASPARUS VOS, Pastor ad S. Martinum, obiit 5. Oct. 1592. Gasparus Vos.

HENRICUS FOCKING, Pastor ad S. Martinum, electus 29. Januarii 1593. obiit 1606. Henr. Focking.

Fr. ARNOLDUS DE NYLO, Latinè NYELIUS, ortu Neomagus, instituto Dominicanus, Ecclesiarum Walburganæ ac Martinianæ Groningæ Pastor atque Persona, ad Groninganam Sedem destinatus, ut jam diximus, relicta civitate migravit una cum militibus Regiis post reductionem ejusdem civitatis 1594. 24. Julii. Arnoldus de Nylo.

Mr. JOACHIMUS, a Magistratu & civibus noviter reformatæ religionis electus mense Augusti Anno 1594. obiit 5. Nov. 1614. Mr. Joachimus.

‡ Siffridus ad S. *Walburgam*, Dec. 9. c. 6. & Dec. 11. c. 9.
*† Ex Sweertio pag. 321. alius apparet, *Haringus Sifridi Synnama*, Sneeanus, vulgò *Hermannus* vocatus, teste Trithemio.
* *Suffridus Petri in Append. ad Hedam.*
† *Suffrid. Pet. ibidem.*

PASTORES

ad S. Virginem, vulgò *TER AHE.*

Pastores Groning. ad S. Virginem;

Theso Husinga. THESO HUSINGA, Pastor *ter Abe*, Anno 1512.

Henricus Heldius. Mr. HENRICUS HELDT, Pastor *ter Abe*, electus in die conversionis S. Pauli Anno 1559. obiit 1567.

Fred. ten Hoevel. FREDERICUS TEN HOEVEL, Henrici successor, Pastor *ter Abe*, obiit 1. Sept. 1590.

Status Ecclesiæ Groning. post immutatum cultum ac regimen.

Groninganæ Ecclesiæ cura mutato regimine commissa Vicariis Harlemensibus.

Groningana Ecclesia Vicarium Generalem, uti & Leovardiensis, destituta ab Episcopis, non retinuit: sed ejus cura a Vicariis Apostolicis Fœd. Belgii commissa fuit Vicariis Harlemensibus; V. G.

LEONARDO MARIO, S. T. D. atque illo curam illam dimittente,

VOLQUERO AB HERKHINGE, S.T.L. Pastori Swollensi, &c.

BALDUINO CATZIO.

HENRICO BLESSIO, S. T. L.

JOSEPHO COUSEBANT, S. T. D.

& THEODORO GROENHOUT, J.V.L.

MARTINO DE SWAEN, S. T. D.

De viris hisce suo loco mentio facta est *Bataviæ Sacræ part.* 2.

PASTORES GRONINGANI

post profligatum Cath. fidei cultum.

Relatio Jac. Eph. Arch.

Primus Groningæ a Sasboldo, Philipp. Archiepiscopo ab Anno 1608. constitutus Pastor,

JOANNES SIMONIS, Groninganus, Theologus Col. multorum laborum Confessor Groningæ, deinde creatus Pastor in *Ursem*, *Avenhorn*, *Spierdijck*, vicinisque Borealis Hollandiæ pagis ac vicis; ubi venerabilis senex plenus dierum ac bonorum operum post triginta duos & amplius annos in continuis laboribus exactos vita ac onere defungitur ex pleuritide XXI. Aprilis, Anno Dom. 1636. *Necrol. Harl.*

Huic sub Annum 1622. successerat,

Relat. ibid. JOANNES ENGELBERTI, Westphalus, Sac. Theol. Lic. varias captivitates exsiliaque & ipse Groningæ perpessus.

Necrol. Harl. HERMES MARTIUS, Groningensis, Theologus Coloniensis, a Sasboldo Anno 1603. ad curam *'s Gravesande*, inde Groningam destinatus, Groningæ ter captus & proscriptus, tandem in Brabantiam se recepit, ubi obiit Anno D. 1632.

Idem. HERMANNUS VOSSIUS, Goudanus, Theologus Colon. Sac. Theol. Lic. Groningæ quoque captus, & exsul, postmodùm Pastor creatus in *Werversboef*, pago haud procul Medenblicâ dissito, ibi vitâ decessit 7. Jan. Anno D. 1639.

ADAMUS VOSSIUS, Groningensis, Sac. Theol. Lic. ab Anno 1603. per Sasboldum Archiepiscopum primùm constitutus Pastor in *Monster*, pago agri Delphensis, juxta chartam ejusdem Sasboldi quam tenemus, inde destinatur Groningam: Groningâ ob Religionem exsul, migravit Coloniam, in Collegium Alticollense ibidem vivus ac post mortem egregiè munificus. Mors illic ei contigit Anno Dom. 1645. Cyathi argentei duo ex Imperialibus conflati, & dono Collegio relicti, liberalitatis ejus sunt tessera.

EILARDUS VOLQUENIUS, Sac. Theol. Lic. Pastor Groninganus, obiit ibidem Anno 1632. *Necrol. Harl.*

FRANCISCUS VREESE, Groninganus, Theologus Coloniensis, post XXVII. annos laborum & trinam captivitatem Groningæ perpessa, ibidem obiit 3. Aug. Anno D. 1645. *Idem.*

R. D. Mr. SIMON GRONSTADIUS, Pastor Groningæ, obiit in flore ætatis Anno 1646.

Circa hæc tempora duplex Oratorium Groningæ erectum; primi administrator,

JOANNES A TINGHA, Groningensis, Theologus Coloniensis, Sac. illic Theol. Licentiatus, cum prius operam in agro Groning. ab Anno 1641. impendisset. Ad Pastoris oppidani, Archipresbyteri munus accessit. Tingha autem 42. annorum in agro & urbe Groningana Pastor, curâ senex defunctus, Amstelodami quietè Deo vivens, vitâ defungitur, 31. Jan. Anno D. 1693. *Relatio Jac. Eph.*

Alteri Oratorio tempore *Jac. Torrii*, Ephes. Archiepiscopi præfuit,

JUDOCUS TEN WAL, Groningensia, &

JOANNES DE RODE, Swollensis, Theologus Coloniensis, S. Theologiæ ibi quoque Licentiatus. Cum hic curam hanc plures annos strenuè sustinuisset, ex peste obiit Groningæ 15. Julii Anno 1666. eique eo in Oratorio successit

EGBERTUS OOSTERWEER, Groninganus, Coloniensis Theologus; cum enim ipse fratri germano *Joanni Oosterwerio* per Ommelandiam Pastori utilem aliquando navasset operam, Pastor creatur Groninganus, in eoque munere post XVI. annorum labores migrans de vita 19. Jan. Anno D. 1681. *Relat. Jac. Eph.*

Successorem accepit

JOANNEM RISPENS, Doccomiensem, Theologum Lovaniensem, Congregationis Oratorii Lovanii Presbyterum, Rhetorices Mechliniæ Professorem, ex Vicario Leovardiensis Pastoris ac Archipresbyteri Guil. Foppenii, Pastorem Groninganum, fervidum fidei & morum præconem, doctrinâ ac vitæ integritate præcellentem, in eoque munere defunctum Anno 1710. postquam 28. annis sedulam gregi operam navasset. Huic vicarii laborum fuêre *Timotheus Hettema*, Bolsverdiensis Friso; *Theodorus van Aelst*, Ultrajectinus; *Ægidius Albertus les Groz*, Diœcesis Leodiensia; omnes studii Lovaniensis, posterior & S. Theol. ibid. Baccalaureus formatus, qui & defuncto Rispenio, a quo ob præclaras dotes singulariter amabatur, in munus successit Pastoritium.

JOANNI TINGÆ, suffectus

JOANNES VAN DEN BERG, Embricensis, Theologus Fuldensis & Moguntinus, S. T. Baccal. formatus; cum enim & ipse Guil. Foppenio Leovardiæ duobus annis vicariam navasset operam, Pastor in urbe Groningâ, & recusante onus Rispenio, Archipresbyter illic & per totum Ommelandiæ Drhentiæque Tractum constitutus est. Pastoritium munus ab Anno 1684 25. Martii gessit. Anno sequenti Archipresbyteri per civitatem & regionem Groninganam dignitas a Castoriensi Episcopo, Vicario Apostolico ei fuit delata; adeò ut ultrà annos triginta utrumque

onus

onus ipse solus, cum decessore suo annis LXX. difficillimis etiam temporibus sustinuerit; interim in *Sapmeer* vicinisque locis, ubi ab immutato cultu pedem non fixerat sacerdos, Dei ope & Rectorum potestate suffultus, novam stationem uberrimo cum fructu erexit; Protonotarii Apostolici dignitate insuper auctus Anno 1706.

Ceterùm Groningæ ex lege Concordatorum, *unus Pater Ordinis S. Dominici, & unus Pater Societatis* sedem habere potest; *quibus possunt dari socii.*

" Anno 1663. octo Regulares, ex relatione Rev. & Ampl. Domini *Joan. Thinga*, erant in civitate & in agro Groningano. Quinque in civitate, tres in agro; duo Patres Jesuitæ: unus *Augustinianus*, cui alter P. *Nicolaus* sejunxerat, prætendens parem authoritatem cum priore, & quidam

" P. HYACINTHUS, Dominicanus, qui successerat in locum *Jacobi a Marcka.*

" Quidam P. HENRICUS, Soc. J. in agro laboraverat circiter 26. annis. Alter

" P. CHRISTIANUS, venerat missus a suis; sed an approbationem specialem a Vic. Apostolico haberet, nesciebat & vix credebat.

" P. HERMANNUS, Minorita, in agro injustè invaserat Provinciam propriâ authoritate, eo tantùm titulo quod jurisdictionem habuisset a nostris pro Geldria ".

Cum A. D. *Joannes van den Berg*, modò Archipresbyter, Anno 1684. Groningam adventaret, duas seorsum administratas per P. Jesuitam invênit stationes; inter hos fuit P. *Libertus Nannens*, Groningensis, mortuus Anno 1699. Hujus successor P. *Gammarus Mattens*, Anno seq. sc. 1700. 14. Nov. e terrena commoratione decedens, stationem reliquit P. *Ignatio van Meldert*, etiamnum superstiti.

Altera statio per Patris *Philippi van Torre* Ann. 1689. mense Dec. decessum in Brabantiam, commissa fuit P. *Philippo Jansens*; qui & aliò evocatus, successorem accepit, hodiè adhuc superstitem, P. *Henricum Elliaul.*

Duo eodem tempore Augustiniani Monachi in disjunctis stationibus.

Prior fuit P. *Guilielmus Loyaerts*, cui An. 1685. mortuo, successor datus est,

P. *Nicolaus de Munck*, etiamnum superstes.

Altera statio commissa fuerat,

P. *Henrico Gelsinck*: hic Anno 1685. mense Sept. evocatus in Brabantiam, gregem suum tradidit P. *Carolo de Backer*, defuncto Anno 1701. Huoc subsecutus est, qui gregem eundem etiamnum curat, P. *Michael de Witte.*

Præter hos, Anno 1684. Sedem Groningæ habuit, P. *Macarius Jonckheer*, vitâ functus 28. Aug. A. 1699. Successorem hic adeptus est, qui hodiè adhuc in vivis est, P. *Guilielmum Marotte.*

Ex relatione *Petri*, P. M. Arch. Seb. Anno 1701. Romæ agentis, *in Archipresbyteratu Groningano, qui totam Diœcesin Groninganam, id est totam Provinciam Groningam, atque Regionem, quæ vulgò* Drenthe *appellatur, continet*,

Clerus habet Stationes IV. & Regulares VIII.

VIRI EX GRONINGANIS ERUDITI.

Eruditi aut religiosi Groningani. Horum facilè Princeps Joan. Wesselus.

Inter viros eruditos, quos Urbs Groninga dedit, facilè excelluit

Mr. JOANNES WESSELUS, Groningensis, ut in *Chron Usperg.* Paralipomenis legitur, aut *Wesselus Hermanni*, ut est in Memoriali templi Groningani; a Rodolpho Agricola, ei coævo & familiari,

BASILIUS, vel BASILIUS PHRISIUS indigitatus; ob Linguarum, & præcipuè Hebraicæ, cognitionem *Lux Mundi* dictus: undè & vitis Professorum Academiæ Groninganæ, inter tres viros litterariæ gloriæ Groningensium primus, cum vitæ elogio ac descriptione omnium quas videre contigit, amplissimâ, præmittitur.

Breviorem ejus vitam dedêre Suffridus Petri *de Script. Fris. Dec.* VIII. *n.* 4. & Valerius Andr. *Bibl. Belg. p.* 849.

Operibus *Wesseli*, Groningæ typis Joan. Sassii Anno 1614. evulgatis præmittitur,

Vita Wesseli Groningensis, conscripta ab Alberto Hardenbergico, S. Theol. Doctore; sed mutila.

Ad manus nostras devênit ejusdem vita M. S. sine nomine Auctoris, ex proximè dicta ejus vita, ut apparet, contracta.

Hanc, sicut accepimus, damus; illam deinde ex aliis monumentis suppleturi, & doctrinam ejusdem expensuri.

" WESSELUS, Groningensis Phrisius, cognomento *Goesevoet*, vel *Ghosevoot*, Groningæ circa Annum Domini 1400. in platea * dominica, è regione † *Kerelsweck* natus, patrem habuit artopæum, matrem vero ex Clantorum familia. Mortuis jam parentibus, eo admodum puero (cum duabus sororculis) relicto, mox in tutelam, ab honestissima matrona *Ode*, aliàs *Odilia Clantes* acceptabatur: huic unicus erat filius, cui Wesselum adjunxit, ut unà rudimentis Grammaticis imbuerentur. Luscitiosis erat oculis, altero pedis talo retorto, sed ingenio supra omnes coætaneos acerrimo. Cum ab *Odilia* Swollam cum filio amandaretur, convênit Thomam Kempensem in Cœnobio montis S. *Agnetis*, † ubi scripsit Dialogum *de imitatione Christi*. Is autem relictâ Swollâ Coloniam progressus, animo continuandi studia; ubi receptus in Collegium, quod *Bursam Laurentii vocant*, eo quod à Magistro nostro Laurentio Groningensi fundatum est. Erat is Pastor Groningæ ad divum Martinum, qui ineptè gloriabatur se sua manu Joannem Hus in ignem detrusisse. Wesselus verò Coloniæ gradum Magisterii in artibus consecutus, hinc Heidelbergam in Academia Theologiam professus est; sed ob invidiam Theologorum, à proceribus Scholæ inhibitus, in Artibus, & Philosophia cœpit profiteri. Deinde reversus Coloniam, compositis rebus suis, acceptisque litteris testimonialibus Lovanium profectus est, ibique Theologos audivit aliquandiu, & de quavis materia disputabat, indiscriminatim pertinaciter. Tandem Lutetiam pervênit, ubi post aliquod temporis, propter celeberrimam famam, & incredibilem eruditionem in omni genere disciplinarum, & artium, in Nicolai quinti Pontificis Maximi familiam vocatus est, *Francisci à Ruvere** operâ, qui postea Sixtus quartus dictus est: cum quo ad Concilium Basiliense profectus multis ibi doctis innotuit, ab illisque *Basilius* dictus est; a nonnullis *Lux Mundi*, a malevolis verò, *Magister contradictionis* dictus; quo nomine deinde omnes Academiæ eum vocabant. Cum Domino suo *Francisco a Ruvere*, Generali Ministro reversus est Lutetiam, ubi multa expertus, multa etiam passus est, Scholâ & urbe pulsus. Et certum est, illum plus minus sedecim annis Parisiis versatum esse, & jam cum Domino suo in Papam electo, unà Ro-

* Heerstrate. † viæ Carolinæ.

Ejus cognomen, natales, parentes,

studiorum primordia,

progressus,

peregrinationes,

elogium,

contradictio,

† Vide de eo J. Lanoii & E. Pinit Dissertation.

* Tum generalis Ministri FF. Minorum.

"mani profectum esse. Ubi jam Franciscus, Papa inauguratus esset, dixit: *Wessele fili mi, jam à nobis pete quod vis, nihil tibi negabimus, quod & nostram æstimationem, & tuam conditionem decebit.* Ad quod Wesselus liberè respondit: *Sanctissime pater, clementissime Patrone, non est quod ego Sanctitatem vestram multum gravem. Res magnas nunquam quæsivi; sed unum hoc rogo, ut, cum jam summi Pontificis, & Pastoris personam sustines, secundum nomen tuum sit vita tua, & posthac audias vocem summi Pontificis Christi,* Matth. xxv. *Euge serve bone, quia fidelis fuisti,* &c. Respondit Sixtus Quartus: *Hæc nobis curæ erunt, tu pro te aliquid pete.* Dixit Wesselus: *Rogo ergo ut mihi detis ex Bibliotheca Vaticana Græca & Ebræa Biblia. Ea*, inquit Sixtus, *tibi dabuntur. Sed tu stulte; cur non petis Episcopatum aliquem, aut simile quippiam?* Respondit Wesselus, *quia iis non indigeo.* Posteà Wesselus Româ relictâ rediit in Phrisiam. Ghozuinus Halensis propè Mosam in pago Halen natus, discipulus Wesseli, coætaneus Rodolphi Agricolæ scribit in quadam Epistola ad Albertum Hardebergensem: *Novi Adewardiam ante annos 40. & eò plures: & tam doctum virum si quæsivisses, hunc in Adewardia invenisses, aut alibi nusquam in tota Phrisia. Erat ea tempestate Adewardt, non tam Monasterium quam Academia.* Horum mihi testes essent, si superessent, Wessolus *Goesevoedt*; Rhodolphus Agricola; Wilhelmus Fridericus, Pastor; Joannes Ostendorpius, qui adhuc superest, Canonicus Daventriensis, & Præceptor meus; *Rhodolphus Langius*, Monasteriensis; *Paulus Pelantinus*, Medicus; *Alexander Hegius* ‡, item Præceptor meus; *Joannes Canter*, Groningensis, pater *Jacobi Canter*, Poetæ laureati; *Lambertus Frylinck*, Groningensis, & Onno ab *Ewsuma*, auratus Eques; item *Arnoldus Hildesimensis*, & alii docti viri, qui totas hebdomadas, ne dicam menses, in Adewerdia diversari soliti sunt. Pater *Gerardus a Klooster*, in Cœnobio Montis S. Agnetis, diligens auditor Wesseli. *Wilhelmus Sagarus*, Consiliarius Cæsaris Caroli Quinti, Flander. Hic *Sagarus* obtulit Virginibus spiritalibus decem libras Flandricas, pro calvaria Wesseli; adeò studiosus Wesseli. Nacti quoque opuscula Wesseli, partim inter libros * Hoekii, partim in Cœnobio Canonicorum regularium Montis S. Agnetis in suburbio Swollensi, ubi Wesselus aliquam anni partem solebat transigere: nam jus mensæ ibidem ei redemerat Dominus David a Burgundia, Episcopus Trajectensis, præsul longè fidelissimus & unicus Wesseli patronus contra rabientes mendicantes Monachos, qui admirandis modis perpetuò Wesselum persequebantur. Hinc solet Volenhaviam & Adewardiam proficisci. Tandem rediit Groningam, ibique in Monasterio spiritalium Virginum † Anno 1489. in die Francisci, id est 4. Octobris vitam placidè finivit, ac ibi in medio chori sepultus est.

Ex Epitaphio Petri Palantini.

At laus una viro quia totum scibile scivit,
Et vitiis infectis malleus ipse fuit.
Arx Phrisiæ cineres, Germania tollit honores;
Dic, ferat omnipotens, lector amande, animam".

(Margin: generosum Sixto Pont. Max: responsum: — in patriam reditus. — Adoardiæ tunc existimatio. — Familiares ejus, encomiastæ, — Patroni, & insectatores Monachi, — obitus, — sepultura, — epitaphia,)

‡ Daventriæ gymnasiarcha, Erasmi præceptor.

* Hockius hic, alias & Angularis dictus, Decanus Naeldwicensis propè Delphos, Martini Dorpii avunculus, Engelberti Leidensis, qui Anno 1480. ad Wesselum scripsit, auditor.

† Sed non ibi fuit, non quidem ut habitum sumeret, quod quidam putant, inquit Suffridus, qui eum Ordinis Hieronymiani Monachum, & istius Conventus patrem fuisse scribunt; sed ut privatus ibi viveret in otio litterario, & Theologiæ studio se oblectaret. De Scripş. Frys. Dec. 8. c. 4.

(Margin: Laus,) Ab omni hominum genere laudem tulit Wesselus; ipsis etiam, ut jam vidimus, Pontificibus Romanis non ingratus; a solo inscito & indisciplinato Monachorum grege, quorum superstitionem ac tyrannidem insectabatur, Erasmi instar exosus; a Traj. Episcopo Davide contra eorum rabiem defensus.

(Margin: elogia,) Elogia Joannis Reuchlini, Gerardi Neomagi, Joannis Oosterdorpii, P. Gosuini Halensis, Auctoris ad Paralip. Usperg. Chronici, Conradi Fabri, Adami Petri, Rodolphi Agricolæ, Regneri Prædinii, Guil. Sagari, Jacobi Hoeckii, Dec. Naeldv. aliorumque plurium de Wesseli vita ac eruditione, prolixiori vitæ ipsius per A. Hardenberg. subnectuntur. En breve ejus per Prædinium elogium in cap. 7. *Lucæ*:

Vir omni virtute & doctrina præstantissimus Wesselus Groeningensis . . . mortuus est uno & 21. annis antequam ego nascerer, nimirum 89. suprà 1440. suæ ætatis undeseptuagesimo. Præstiterant illi quidem continentia & frugalitas senectutem viridem & plane firmam; sed confecerunt immoderata literarum studia; & profectò hunc unum de omnibus quos adhuc usque mea patria tulit. Aliud namque genus mortis Rodolphum Agricolam peremit, neque ita natu grandem. . . . Agricola sæpe madidus; at Wesselum nemo umquam vidit ebrium. . . . inter illos usus conjunctissimus fuit, &c.

Habe hic J. Wesseli Epitaphium integrum, per Paul. Pelantinum, Medicum, *Alberto Hardenbergico* datum a D^no^ *Rodolpho Hillebrando*, cognomine *Bolens*, Wesseli discipulo, *Pelantini* socio:

Pallada WESSELI hoc tegit ossa Magistri,
Philosophos inter qui leo fortis erat.
Illum lingua triplex, Hebræa, Pelasga, Latina,
Inclyta Doctorum scandere pulpa dedit.
Agrippina & Parrisium, duo regna Minervæ,
Sensêre ingenii vimque decusque sui.
At laus una viro, quia totum scibile scivit,
Et vitiis infectis malleus ipse fuit.
Arx Phrisiæ cineres, Germania tollit honores.
Dic, ferat omnipotens, lector amande, animam.

Groningæ 4. Oct. obiit, sepultus ibidem apud Virgines Spirituales, vulgò *Ten Geestelyke Maegten*, in medio Chori.

"Qui legens divinas litteras non sibi ipsi quotidie magis ac magis vilescit & sibi displicet ac humiliatur, non frustra solùm legit divinas Scripturas, verùm etiam cum periculo, ut noster inquam ille Wesselus perpetuò ingeminabat". Hæc Gosuinus Halensis, Monachorum in domo fratrum Groeningæ Rector, olim Wesseli famulus in epistola sua.

(Margin: Apologia pro fide ejus Orthodoxa.) Cum talis tantusque fuerit Wesselus, quilibet ex invidiâ virum hunc eruditum vendicare, quin & pars Romano-Catholicæ æmula eum sibi associare contendit; & hoc quidem ob luctum, quem præferebat super offusas Ecclesiæ tenebras, ob zelum disciplinæ ejus restaurandæ, ob commercium cum Mart. Luthero, Philippo Melanchthone, aliisque, corruptelas Ecclesiam tum infestantes, deplorantibus & insectantibus; denique ob ambiguè quædam illius per sermonem dicta, vel calamo expressa.

Præcipuus in hoc Scriptor iste, qui ad *effigies & vitas Professorum Groningensium*, Wesseli Gro-

Groningensis vitam nobis amplissimam dedit:

"*Goswinus Halensis*, olim Wesseli famulus, "dein pater in domo fratrum Groningæ, referente ex epistola ejus Phil. Melancthone, se "adolescentem narrabat, inquit scriptor hic, interfuisse sermonibus Rodolphi Agricolæ & "Wesseli, in quibus deplorarint Ecclesiæ tenebras, & reprehenderint profanationem in missis & Cælibatum; item disputaverint de justitia fidei; quid sit quod Paulus toties inculcat "homines fide justos esse, non operibus, &c.... Tum subdit Scriptor;" Scholasticæ verò Theologiæ dogmata. . . Coloniæ brevi tempore & "facili labore assecutus, aliam certiorem diviniorem que sectatus fuit in Scripturis Sacris V. & "N.T. In monumentis Patrum Orthodoxorum "Latinis & Græcis . . . Liberè taxans novitatem erroris, & ad primævæ veritatis normam "universa revocans. . . . .

Capita doctrinæ, inquit, in quibus a sensu & consensu communi discedebat, hæc ferè sunt, ex scriptis ipsius & aliorum de iis testimoniis bona fide deprompta: "Canonem sive Regulam fidei "& Religionis unicum esse verbum Dei, Scripturis Propheticis & Apostolicis comprehensum: non autem Traditiones Ecclesiæ, Canones Synodorum, aut Scripta Patrum. Auctoritatem Verbi ex dignitate Evangelii sive ipsius Verbi, non ab autoritate Ecclesiæ pendere; "licet illa ministra, & magistra sit ad fidem. "Dogmata Ecclesiæ ea tantùm recipienda, quæ "cum Verbo hoc consentiunt. Christum solum "esse Mediatorem nostrum apud Deum; non "Angelos Sanctosve defunctos. Christi justitiam "imputari, & donari nobis per fidem, absque "operibus: nec posse quenquam suis operibus "aut meritis justificari. Doctrinam de satisfactionibus propriis esse falsam, blasphemam & "desperationis magistram. Multiplicem, eamque "horrendam profanationem S. Eucharistiæ esse, "quæ in Missa quotidie patratur. Indulgentias, "esse Simoniacas oundinationes: Purgatorium "vafrum commentum fisco Curiæ Romanæ locupletando: Orationes pro defunctis inanes: "Conjugium etiam Ordini Sacro concessum esse "jure divino: nec voto perpetui cælibatus teneri, qui donum continentiæ non habent. "Papam & Prælatos esse ipsissimos Anti-Christos, quoties verbo & pietati contraria sanciunt. Nullum esse Primatum Papæ, nec unum "aliquem inspectorem totius Catholicæ Ecclesiæ: Papæ nec in hominum conscientias, neque in regna mundi quicquam juris competere. Nihil nocentius esse rebus Ecclesiæ quam "nimias ejus opes: & nihil corruptius moribus "ipsorum Ecclesiasticorum".

Mihi quidem, non fidei tractatorem, sed Historicum agenti, propositum minimè est lucubrationes Wesseli omnes percurrendo ac dogmata ejus omnia expendendo, accuratum de illis mente ac sententia ferre judicium; sed quædam hic tantum quasi per transennam subjicere, ex quibus æquus censor statuat, an æmuli nostri Wesselum ad se rapiendo, ac Lutheri præcursorem statuendo, fundamento solido nitantur.

Præterquam enim quod quæ Scriptor Groninganus de *Wesselo* & *Agricola deplorantibus Ecclesiæ tenebras* ex *Gosuino* enarrat, fide Phil. Melancthonis ferè nitantur; quis neget Ecclesiæ, cujus fides æternùm stabit, & quæ *sola*, teste Tertulliano, *irreformabilis* est, tenebras aliquandò posse offundi; per corruptos ævi mores, sordidam avaritiam ac prolapsionem disciplinæ; ipso Magistro fidei, Jesu Christo attestante Matth. 18. 8. *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terrâ?*

Tertull. lib. de vel. Virg.

Nonne & hoc dudum agnovit Doctor Hieronymus, cum offusas per Arianorum dolos Ecclesiæ tenebras deplorans, * *totum orbem ingemiscere & mirari se esse Arianum* scriberet?

* adversf. Luciferian.

An *Agricolæ* & *Wesselo* deploratum, ob nascentes & istius quotidie serpentes hæreses ac fraudes, Ecclesiæ suo ævo statum circumspicientibus, fas non erat cum Hieronymo ingemiscere, mirari, lugere, offusas ei tenebras deplorare?

An is novelli dogmatis auctor continuò censendus, aut iis annumerandus sit, qui errores ac fraudes Ecclesiæ membris adspersos, quibus & ejus Rectores quandoque circumveniuntur, detestatus, cum Isaia Propheta luxerit, quod *depravatum sit aurum, mutatus color optimus* sponsæ defæcatæ; *Argentum ejus versum sit in scoriam, vinum mistum sit aqua: quod civitas fidelis, plena judicii, in qua justitia habitavit* aliquandò, deturpetur, & in ea habitent *homicidæ?* Sic Petros Damianos, Bernardos, Franciscos, aliosque impietatis osores, veræ religionis amantes sibi suisque accenseat pars æmula. Quantùm in corruptos sui ævi mores, lapsum disciplinæ, grassantem ubique Simoniam & luxuriem invehitur Petrus Damiani? Quantùm Bernardus Abbas, aliique? Quantùm sugillant vulgi intemperantiam, Cleri avaritiam, Prælatorum fastum & supercilium? Ne summis quidem Potestatibus parcit Bernardus in libris *de Considerat.* ad Eugenium 'y' & alibi?

Is. c. 1 v. 22. &c.

Ego certè veræ pietatis zelum æstimem cum Augustino, Damiano, Bernardo Ecclesiæ tenebras ac mala, quæ auctoritate pellere non possis, miserato animo deflere. Davidis Regis *desiderium omne* erat ante Dominum, & *gemitus* ejus ab eo non erat *absconditus.*

Ps. 37. 10.

Religiosi cum Rege hoc animi est ita gemere ac desiderare: Gemere, flere, lugere morum corruptelas, disciplinæ prolapsionem; desiderare, concupiscere, exambire Ecclesiæ restaurationem, domus Dei decorem ac sanctificationem. Optare cum Bernardo, Deumque opt. maximum votis ardentibus deprecari, ut *restituat judices suos ut fuerunt prius, & consiliarios suos sicut antiquitus.*

Is. ibid. v. 26.

Ecquis dein negaverit *præ Scholastica Theologia*, Thomæ Aquinatis & Alberti Magni (quæ suum commodum usumque habet) *certiorem diviniorem que normam reperiri in Scripturis Sacris V. & N. T. atque in monumentis Patrum Orthodoxorum, Latinis & Græcis?* Hanc ipsam normam Doctores, atque ipsi Romani Pontifices in Ecclesiasticis Conventibus ab ipsis Ecclesiæ primordiis sectati sunt; justumque arbitrati sunt *ad primævæ veritatis normam universa revocare*; primùm quidem fidei dogmata, deinde & disciplinæ capita, quantùm depravata natura, deplorata seculi tempora, aliæque rerum circumstantiæ ferebant.

Quod jam ad ipsa fidei dogmata attinet; hæc ferè ambiguè, vagâ sententiâ, nullo indigitato libro aut tractatu, per Scriptorem Groninganum proferuntur.

Certè *Canonem* seu *regulam fidei* longè diversam ab ea quam Scriptor iste affingit, quin ei ex adverso oppositam dilucidè statuit Wesselus. Agit id inter cetera in epistola ad M. Jacobum *Hoeckium*, Decanum Naeldvicenum: ibi enim sic disertè loquitur ejus cap. 7. sub finem pag.

 887.

887. 888. "Scio sanè, inquit, non solam Scripturam esse fidei regulam adæquatam: scio "quædam per Apostolos tradita quæ scripta non "sunt, & omnes eas traditiones, velut Canonicam Scripturam, in fidei regulam suscipiendas. Hæc duo sola, & quæ ex his per necessariam consequentiam evidenter deducta constat, unicam fidei regulam constituunt. Et "hanc solam fidei regulam confiteor ad rigorem, a qua nemini licet absque salutis interitu "declinare".

Quam bellè hæc fidei Regula a *Wesselo* asserta, æmulis Scriptoribus concinit, ei e diametro opposita!

In libro *De Providentia Dei*, in quo primariè de Deo loquitur, & ut palmarium in capite fundamentum locat,

Quod certissima & benignissima Dei Providentia operetur omnia in omnibus, &c.

Et obi pag. 727. commendat *fiduciam in morte ad Deum habendam*, pag. 729. *mortem januam vitæ, Christum ostiarium, & latronem*, Ducem appellans, hæc ejus est *Oratio ad Beatum Latronem:*

Te ergò, ô felix latro, per manum bonam Dei super te, per misericordiam quam invenisti in illa tua sera pænitentia, esto mihi comes in illa extrema hora.

Sit igitur licet *Christus solus Mediator noster apud Deum* per se & per meritorum suorum thesaurum inexhaustum, ei profecto non officit, quod *Angeli Sanctive defuncti*, ut Christi supremi Mediatoris amici, inferiori quodam cultu honorentur aut etiam invocentur; quod hic ipso suo exemplo, nedum doctrinâ comprobavit Wesselus. Alibi etiam, pag. nimirum 856. sic disertè docet: "Orant pro nobis defuncti, ut "in illorum felicem societatem traducamur. Angelorum pro defunctis beatior oratio. Defunctorum pro nobis, quam nostra felicior "oratio, vel pro nobis, vel pro illis".

Purgatorium, vafrum commentum . . . , orationes pro defunctis inanes esse, nunquam docuit Wesselus. Contrà pag. 857. exstat

Epistola M. Wesseli, Groningensis, ad F. Bernardum Meppensem, Canonicum Regularem de profectu & statu animarum post hanc vitam: quid & quomodo pro eis orandum.

Ubi verbis mox allegatis, hæ ejus propositiones subjunguntur,

Sancta cogitatio exorare pro mortuis.
Sanctum eorum desiderium exorantium pro vivis.
Sanctius eorum desiderium pro nobis, quam nostrum pro illis, quantò sunt sanctiores.

Pag. 833. hanc figit thesim seu dogma:

Non credo latronem puriorem expirasse plerisque sanctis viris, pro quibus a principio nascentis Ecclesiæ sancti viri oraverunt.

Dein subdit pagina sequenti ... "Non enim "illic regenerantur a morte ad vitam, sed benè "crescunt ex imperfecto ad perfectum, & depurantur a sordibus venialium suorum amorum, "secundùm Augustinum lib. 21. *de Civit. Dei* cap. "26. & Gregorium in *Moralibus*, & Guilielmum "Parisiensem lib. 1. de *universo corporali*, ubi ad "longum vult, quod animæ defunctorum etiam "*a peccatis & sordibus expurgentur*, & ab imperfectionibus perficientur, quia secundum sententiam Apostoli; *Qui cœpit in vobis opus bonum,*
Phil. 1: vers. 6. "*perficiet usque in diem Domini Jesu*".

Tum subjungit:

"Apostolus quandò dicit, *ut referat unusquis-* 2 Cor. 5. vers. 10.
"*que prout gessit in carne*, non dicit cum exclusione, *solùm in carne*: quia confessa quædam "peccata remittuntur in futuro seculo. Erunt ergò illic peccata, de quibus non in carne gestis referetur".

Sic de purgatione animarum post hanc vitam, & de precibus pro iis a *principio nascentis Ecclesiæ*, a *viris sanctis* profusis, disertè differere, est ne cum Lutheri asseclis dogmatizare; *purgatorium vafrum commentum, ac orationes pro defunctis inanes esse?*

Hoccine est ex fide agere?

Tractatus specialis de *purgatorio* inter *non reperta* Wesseli opera in Indice librorum ejus recensitus, magis dilucidè Scriptoris mentem, si ad manum esset, circa hoc dogma declarasset.

Interim ex pauculis iis, speciminis vice prolatis statuere potius liceret Wesselum antiquæ fidei dogmatibus de purgatorio, etiam, certè quod ad fidei vim ac substantiam, assentiri; illudque ferè tantùm concludere, Wesselum nostrum Mysticorum Scriptorum ævo viventem, phrasi a communi & usitatâ aliena, nec ad Scholasticorum Theologorum loquendi normam exactâ, dogmata quædam elocutum, ansam ea distorquendi diversa sentientibus præbuisse: præcipuè cum effrenis & indisciplinata vivendi libido ejus quandoque zelum abriperet ad debacchandum in varias sui ævi corruptelas & perversos usus; uti *in multiplicem eamque horrendam profanationem* S. Eucharistiæ, & *Missæ quotidianæ*; in sordidum quæstum sub purgatorii obtentu, in *simoniacas indulgentiarum nundinationes*, in Prælatorum dominatum ac typhum. Sic audax comprimis est Wesseli

Tractatus de dignitate & potestate Ecclesiastica: de vera & recta obedientia, & quantum obligent subditos mandata & statuta Prælatorum, Anno Domini circiter 1476.

conscriptus, & ad finem operum ejus Groningæ Anno 1614. impressus, quemque cum hujusmodi aliis Hanoviæ Anno 1612. luci dedit Melchior Goldastus, *Monarchiæ S. Romani Imperii T* 1. *pag.* 563. & sequentibus; ubi *Cap.* 1. hanc thesim ponit:

Quod subditi non obligantur credere Papæ, nisi rectè credenti.

Idque in decursu capitis probare volens, sic inquit; "Valdè periclitaretur vita justi, si penderet ex vita Papæ: Summorum enim Pontificum plerique pestilenter erraverunt, ut "in novissimis diebus nostris in Constantia, celebri Concilio, claruit; *Benedictus*, *Bonifacius* "& *Joannes* XXIII. quam graviter fidem lacerarint, & nostris postremis diebus Pius II. & "Sixtus IV. quorum alter patentibus Bullis regna terrarum sibi vendicavit: alter turpissimas "dispensationes, non solùm de præstito in causa civili juramento, sed etiam de præstando, "de plenitudine potestatis plumbatas Bullas emisit in abusu potestatis Apostolicæ".

CAP. II.

Quod primus Papa Petrus erravit, & correctus a Paulo, &c.

CAP.

C A P. XVII.

Omnis Prælatus, pusillos scandalizans, est Anti-Christus.

Idqoe illud ipsum est qood Gronioganus Scriptor Wesselo invidiosè attribuit.

Sed quam liberè & audacter sententiam suam hic promat Wesselus, eo seculo vivens, quo corruptissimi erant vulgi Prælatorumque mores, distracta in partes Ecclesiæ membra, atque plures Doctores, interque eos J. Gerson ac Jac. Almainus liberè sensum promebant de Pontificum Romanorum & Conciliorum Generalium auctoritate; Wesselus tamen nusquam *Papæ primatum*, quem ubique supponere videtur, sustulit, ut falsò ei hîc affingitur: disertè etiam Petri primatum, & quidem Dominico assertum oraculo profitetur Capite primo, ubi sic ait; "Potest enim Prælatus, & "*summus Prælatus* errare; ut *primus* illorum a "*Domino Jesu proprio oraculo electus & Spiritu* "*Sancto plenus* erravit", &c.

Quod & initio cap. seq. confirmat, sic dicens; "Nullus Papa sapientior Petro: nullus *majore* "*auctoritate* S. Petro: nullus majore sanctitate "quam S. Petrus".

Si ergò Papas Petri Successores hic & alibi sugillat; si cap. 17. quosdam vocat *Anti-Christos*; si cap. 221. pro thesi ponat; *Quod sæpè verus Papa est pseudo-Apostolus*, non auctoritatem, sed typhum arrodit: non potestatem, sed usurpationem, excessumque potestatis carpit: Sic enim inquit *l. de Sacr. Pœnit. Quod si Papa arbitrarius arbiter est, non jam ipse Christi, sed Christus ejus esset Vicarius: cum ex voluntate ejus penderet, judicium Christi.* Non igitur *Petros*, & ex *Petri* lege, ac regula agentes, sed ab eadem devios sugillat. Hæc enim dicuntur, inquit cap. 17. *propter corruptam vitam passim Prælatorum Ecclesiæ.*

Indulgentias a Wesselo explosas venditat Groninganus Scriptor, dictasque, *Simoniacas nundinationes.*

Equidem profusas earum largitiones, non probavit Wesselus, uti nec ipsum Tridentinum Concilium, per quas sc. *enervetur rigor pœnitentiæ*, vana justitiæ alienæ fiducia ingeratur, absque contritionis interioris spiritu Et hinc, uti & anterioribus SS. Pontificibus, Wesselo minus probatur Bonifacius VIII. profusissimus earum e thesauro Ecclesiæ largitor, eumque præ oculis habens, sic inquit pag. 802. *De thesauro Ecclesiæ neminem potest Papa vel Concilium generale locupletare vel ditare in parte vel in toto, nisi quem potest corde integrare & affecta inflammare, quatenus verus thesaurus Ecclesiæ, verè illi thesaurus fiat.* In Wesseli Operibus Groningæ editis, atque apud Goldastum sequuntur Jacobi *Hoeckii*, seu *Angularis*, ad Wesselum de quibusdam argumentis, inprimisque de indulgentiis, Epistolæ, ac Wesseli ad ea *responsiones.*

Jacobo igitur Hoeckio, auctoritatem Antonini, Florentini Episcopi in gratiam indulgentiarum alleganti, respondet Wesselus c. 7. Antoni"num planè confiteri, nondum se invenisse quan"dò indulgentiæ habuerint initium. Et quasi Le"gistis & Canonistis potior in hac re valeat au"thoritas, ipse Theologus, Doctor & Episco"pus, Joannem Andreæ conjugatum allegat scri"pto reliquisse, quosdam alios Doctores referre "Bonifacium VIII. in Concilio Cardinalium pri"nium instituisse. Digna authoritas quæ tanti "viri sanctitate roboraretur!

"Tria grandia, inquit, fecit Bonifacius ille; "*Persuasit Cælestino cedere Apostolatum:* "*Adseruit Papam Dominum omnium:* "*Statuit Indulgentias.*

Ex Antonini Episcopi, & Gersonis, quam & in scriptis illis allegat, auctoritate, colligere licet Wesselum non arrodere ipsas in se indulgentias, aut etiam auctoritatem easdem largiendi, sed indulgentiarum profusiorem usum, certis etiam Ecclesiis tantùm adstrictum. Sic enim scribit ibidem: *Nunquid igitur Gerson hæreticus, qui tam graviter, & fundamentalibus verbis hodiernum cursum inussit?* Et paulò infrà: *An quod indulgentiarum ipse cursus, Apostolorum Christi traditione inceptus, continuâ Patrum traditione talis ad nos pervenerit? Hunc enim*, inquit, *proximè præmisisti.* Visus est igitur Wesselus arrodere voluisse *cursum* indulgentiarum novum, & inusitatum temporibus Apostolorum ac Patrum, non verò indulgentias ipsas; si *in his concedendis*, ut ipsa Synodus Trid. loquitur, *moderatio, juxtà veterem & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhibeatur; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur.*

Commendatam verò priori loco voluit Wesselus cordis in earum communicatione contritionem & præparationem, sine qua nulli prosunt juxta communem sensum & consensum indulgentiæ. Unde ibidem pag. 815. hanc regulam figit; *Quisquis ergò volet de thesauro Ecclesiæ participare, particeps fiat amoris.* Unde multorum in fundendis precibus battologiam considerans, dixit: *Hi homines unâ horâ plurimas orationes Dominicas recitare possunt: ego verò toto anno vix unam.*

Interim quantumcumque eruditus, inquit ‡ Pinius, *esset Doctor Wesselus in Hebraica, Græca, & Latinâ Lingua, atque etiam in Theologia; propter ambiguè tamen, undacter atque incautè prolata nonnulla, Censuram Academiarum Heidelbergensis ac Coloniensis incurrit Anno* 1479.

In *Indicis* etiam, jussu Patrum Trid adornati, Classe prima, ex Val. Andreæ *Bibl. Belg.* pleraque notantur; *De causis incarnationis. De magnitudine & amaritudine Dom. Passionis. De moribus veterum hæreticorum.*

Mart. quidem Lutherus in Epist. Wesseli Epistolis p. 854. præfixa, sic jactavit de Wesselo: "Hic si mihi anteà fuisset lectus, poterat "hostibus meis videri *LUTHERUS* omnia "ex *WESSELO* hausisse; adeò spiritus utri"usque conspirat in unum".

Sed dum *Doctor Wesselus*, inquit * Desid. Erasmus, *multa habet Luthero communia; quantò Christianius ac modestius ille proponit sua dogmata, quam istorum plerique faciunt.*

In his etiam quæ temerè fortè effutiit Wesselus, nulla ei pertinacia. Sic se ipse declarat ad prædictum Hoeckium pag. 877. *Si quid fidei contrarium putarem, hodiè paratus removerem; unde secundùm Augustinum, nullius mihi pertinaciæ conscius sum, etiamsi non mox acquiesco.*

Petro Lombardo, aliisque Theologis, quoque accidit, ut quædam in eorum libris sint notata; ut nec hinc pars æmula virum eruditum, qui dogmata eorum sensui & disciplinæ adversa, qualia supra ex eo dedimus, tam disertè asseruerit, apud ipsos Rom. Pontifices in honore, in fidei Cathol. communione mortuus, apud Virgines Spirituales in medio earum choro conditus fuerit, ad se rapere, suo cœtui adscribere, Lutheri antesignanum appellare, ex vero solidoque fundamento posse videatur.

‡ Eliæ du Pin. *Bibl. Eccl. sæc. xv.*
* Erasm. in lib. de *pseudo-Evangel.*

Præ-

Præter Wesselum, originem Groningæ debent hi viri eruditi:

Ger. Synellius,

GERARDUS SYNELLIUS, Groninganus, Abbas vallis B. Mariæ in Nordâ, apud Frisios, Poëta sacer, qui metro dramatico scripsit, *Hortulum Orationum*, libris III. Daventriæ apud Albertum Pafradum 1525.

Hier. Verrutius,

HIERONYMUS VERRUTIUS, Groninganus Frisius, prima legitimæ scientiæ elementa edoctus Lovanii, supremam lauream apud Biturigas in Galliis adeptus, lustratis celebrioribus Italiæ, Germaniæ, Galliæque Academiis, Lutetiæ Parisiorum jura explanavit, ediditque ibidem *Lexicon Juris*, locupletatum, typis Mich. Sonnii, 1573. fol.

Hugo Heltilius,

HUGO, sive HUO HELTILIUS, Groningensis, Frisios, Græcè & Latinè peritissimus, vixit Juvenis Lovanii: Salmanticæ in Hispania consenuit, & è vitâ decessit. Vertit e Græco *Gregorii Nysseni Homiliam in Christi Natalem: & alteram in B. Stephanum*, Salmanticæ 1553. 8. Edidit etiam *Planisphærium*, ibid. 4. Hispanicè. Fertur præterea vertisse *Catenam Græcorum Patrum in Esaiam Prophetam*, e Cod. MSS. Collegii S. Bartol. Salmanticæ.

Fuit hic, dum Martinus Rossemius, Geldro-Gallici exercitus ductor, factâ in Brabantiam irruptione, Lovanium tentaret, studiosis & civibus auctor, ut hostem repellerent, & muris imminentem propulsarent. Cui mox accessit *Severinus a Feyta*, Harlingensis itidem Frisius, qui unà cum Damiano à Goes, Lusitanos studiosos in aciem eduxit, & laboris præmium Nobilitatem a Carolo V. Cæsare accepit.

& Volkerus Koyterus.

VOLCKERUS KOYTERUS, Groninganus Frisius, Reip. Norimbergensis Medicus & Anatomicus, floruit circa Annum CIↃ. IↃ. LXX. Scripsit quædam de re Medica.

HERMANNUS HAJO, Frisius, de quo ita Erasmus Epist. 327. Nicolao Beraldo data 9. Aug. 1518. "Erat is adolescens mihi "multorum litteris commendatus, & quidem "diligenter, quibus omnibus habeo gratiam, "quod per eos contigerit nosse ingenium tot "modis amabile".

Appellatur alibi ab Erasmo *Juvenis summæ spei, ac cumprimis eruditus*. Alibi; *Juvenis olim magnus & nobilis inter eruditos futurus*; & alibi; *Ciceronis jucundam facilitatem Erasmo visus est affectare*.

Scribit Erasmus ad *Hermannum* Lovanio 1521. Epist. 609. & Basilea 31. Aug. 1524. Epist. 689.

In Epist. 1010. Erasmi data Basilea mense Januarii Anno 1529. Petro Episcopo Cracoviensi ac Regni Poloniæ Cancellario:

"... Profuit & *Rodolphi Agricolæ* codex.... "Incredibile verò quam multa divinarit vir ille "plane divinos, non enim possum *Rodolphi* do"tes & plurimas & eximias complecti brevius. "Ejus codicis nobis copiam fecit *Hajo Herman*"*nus Phrysius*, juvenis tam felici natus indole, "ut unus videatur idoneus, qui *Rodolphicæ* lau"dis successionem capessat, tanrique viri glo"riam sustineat, alioqui & patriam habens cum "illo communem, & affinitate propinquos".

His junge Martinum patria Groninganum, alioqui Bremensem.

Jo. Cæsarius Erasmo de *Martino* hæc scribit, Patriâ Groningano:

".... MARTINUS, Groninganus Patriâ, "alioquin *Bremensis*, his diebus ad nos ex urbe "rediit. Is est, qui in causa *Capnionis* non pa"rum multum sollicitus, multum fuit una cum "Doctore *Joanne Vanderwick*. Idem *Martinus* "*Oculare speculum* jussu Pontificis transtulit e "vulgari in *Latinum* sermonem". *In Append. Epist.* 157.

De Zacharia Dejotaro sic scribit Erasmus Gollielmo Waramo, Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primati. Antverpiâ 24. Maji 1521.

"De animo in me tuo diligenter mihi scripsit "*Zacharias Frisius*, quondam famulus ac disci"pulus meus, nunc cliens tuæ Celsitudinis, ju"venis probus, ac fidus, planeque dignus, quem "tua benignitas ad majora provehat". *Epist.* 674.

Obiit Zacharias Dejotarus Anno 1532. ut liquet ex *Epist.* 1247.

Emmios, Altingios, aliosque summis laudibus dignos hic non memoro.

DAMMONA,

Dammonæ priscum nomen, etymon, situs, antiqua memoria, Ecclesia anathemate percussa,

Olim *Appengadamme*, a *Damme*, id est obicibus *Fivelæ* ostio oppositis, & *Appinga*, familià tunc nobili, nunc ignotâ, ut conjicit * Altingius denominata; cujus antiquissima memoria est Anno, non 1231. ut est apud Altingium, sed 1234. apud Emonem Werumensem Antistitem, qui Ecclesiam *Dammensiam* in *Fivelingiis* eo anno *Groningæ* per *duos Prædicatores Brem. Collegii anathemate* percussam tradit. Menco, Werumensis insuper Præsul, nobis circa Annum 1254. *Appengadamme* turri & *Domate*, quod vocat, insignem exhibet.

Cœnobium August. instituti Monasticum,

Fanum quoque Monasticum peramplum habuit, sed extra ambitum, lateri tamen occiduo penè contiguum, familiæ Augustinianæ. Illic ex Sibrando Leone, † ob conditum ab Emo"ne Cœnobium habitus plurimorum Abba"tum & procerum Ecclesiast. ex tota Fivelgo"ma, Hunesgonia & Reydensi territorio Con"ventus, &c.

prisca jura,

Ipsa caput quondam *Fivelgoniæ*, a cujus Ordinibus jura ejus ac statuta vetera per manus accepta, & in more posita, quæ *Privilegia* sua Dammonenses vocant, solemni in Conventu Anno post natalem Christi 1327. recensa probataque, & mox paucos post dies ab omnibus quoque Frisiis in Comitiis universæ gentis ad Upstallesbomum confirmata, exponit Emmius *l. de urbe & agro Groning. p. 9. &c.*

excidium, abjecta hodie sors.

A Tautenburgo Anno 1539. excidio damnata, bodiè ab omni cultu deserta, oppidi specie utcunque potest subsistit; sed sine mœnibus & ferè sine privilegiis, quæ vici modum excedunt.

* *Alting. not. Germ. part. 2. pag. 11.*
† Leo in vita Abb. Hort. Mar. p. 358.

OM-

O M L A N D I.

Omlandorum nomen, non proprium, sed commune, populis Groningam obsidentibus dudùm attributum.

* OMlandorum nomen, juxtà Emmium, non verè proprium nomen est, huic tantùm regioni competens, sed commune & appellativum, nec vox absoluta, sed in genere τ͂ πρός τι referenda ad urbem aut locum aliquem celebrem, circum quem ager populive siti sunt; quod ex antiquioribus litteris & patriis documentis demonstrat. Populis tamen regionem hanc incolentibus & urbem Groningam obsidentibus dudùm attributum.

Hi *Langwoldii*,

Hi sunt *Langwoldii*, Oostergois finitimi, complexi vicos fanis insignes XIII.

Fredowoldii,

Fredowoldii, in Sylvestribus Drentiæ propinqui, vicis X. in solo arenoso vel palustri comprehensi.

Hummertzii,

Hummertzii, ad latus æstuarii Lavicini, eluvionibus ad tres tantùm vicos redacti.

Medachii,

Medachii in vicos IX. dispertiti, ex quibus V. Abbati Adoardio parebant.

Hunesgonii,

Hunesgonii ad amnem Hunesum, in portione agri Groningani longè præstantissima, vicis non minus LX. cum singulis fanis continentur; distincti in præfecturas minores quinque.

& *Fivelgonii*, veteri nomine, Omlandi appellati;

Fivelgonii a *Fivela* amne quondam regionem perluente appellati, *Hunesgonios* ad ortum sequentes in Amasi orâ, similiter in duas divisi partes; quarum prior XXXI. vicos complexa insignes, nulli superiorum felicitate cedit: altera IX. tantùm vicos numerans, palustri ferè & passim humili ac uliginoso solo, *Duerswoldia* proprio nomine appellatur.

quorum tripartita divisio.

Populi hi omnes, quos nunc *Umlandos* nuncupamus, in tres partes seu membra regionis, ut dudùm divisi, sic & hodiè dividuntur; quarum prima, quæ trans Hunesum ad Occidentem & Meridiem est, usque in Lavicam & Oostergöos, ac *Occidentalis* vulgò nuncupatur: altera Hunesgonios cis Hunesum, tertia Fivelgonios complectitur.

Prima Occidentalis est, *Hunesgonios*, ac *Fivelgonios* quoque complexa.

A Fivelingiis, Præfectura vetus, (vulgò *t'Oldampt*) sequitur, ab Amaso flumine initium sumens, & ad Dullartum sinum toto ejus occiduo ac sinuoso latere, ut hodiè res habet, strata, vimque ab eo quondam & jacturam passa maximam, agris & vicis fluctu obrutis, ut e magno horum numero vix XVII. hodiè, ac plerique semilaceri mutilique supersint. Caput ejus *Winschota*. Tota ab Amaso ad austrinum limitem civitati Groningæ ab annis propè CC. bonis conditionibus paret; cujus austrino limiti ad Dullarti finem *Westerwoldii* connectuntur, & ipsi *Reideriorum* quondam pars, in vicis quinque, in quos Imperium, aut Imperii umbram habuit multis seculis *Addingia* familia nobilis, *Wedda*, arcis vetustæ in agro Domina, Westerwoldico cognomine posteris quam gentili notior: ad Arembergicos postmodum cuncta hæc translata, in varios hodiè Dominos dispartita.

Altera Præfectura vetus,

tertia suburbana.

Postremò *Territorium suburbanum* est (dat Gho und Woldrecht) totius regionis fines ad austrum longo tractu contra Trentiam tuens, vicos ambitu suo continens XII. cum fanis rusticis VI. & Cœnobia duo, Ultrajectinum Præsulem olim indubiè summum Dominum agnoscens. A Burgundis Senatui populoque Groningano, nihil imminuto veteri vicanorum jure ac libertate, attributum; in cujus solo, ubi arenis gleba pinguior jungitur, editiore in dorso, sedem habet, ut jam meminimus, Groninga.

* *Emmius de agro Fris. inter Lav. & Amas. p.* 8.

Triplex hæc Umlandorum regio Decano ac Capitulo Maj. Ecclesiæ Traj. dudùm in sacris, ut suprà vidimus, variâ sorte subjecta fuit. Archidiacono S. Mariæ Traj. ex Codice ejus Ecclesiæ M. S. suæ quoque partes assignatæ.

ECCLESIÆ, COENOBIA,

& alia Sacra: statusque eorum antiquus, & modernus in agro Groningano.

IN agro Groningano vici, & in his fanis insignes plus minus CLX. quorum non pauci eâ magnitudine & cultu, ut oppidula videri queant.

Agri Groningani Ecclesiæ, ingenti numero, in *Decanias*,

Hi stante Catholico cultu in plures *Decanias*, seu potius *Præposituras* divisi; qui enim alibi, uti & in Frisia *Decani*, apud Groninganos *Præpositi* ferè dicebantur.

Præpositi hi, singuli suis in finibus *Eutaxiæ* Ecclesiasticæ præsidebant, & sacris de rebus jus dicebant: assidentibus sacerdotibus sacerdotum causas cognoscebant, delicta omnia contra matrimonii leges castigabant, ædium ac rerum sacratarum curam gerebant, rationes æditorum examinabant, fœneratores comprimebant, pœnas ab iis poscebant, &c.

seu *Præposituras* divisi.

Præter Decanos seu Præpositos a Decano & Collegio Majoris Ultrajecti Ecclesiæ in partes Ultrajectino Episcopo subditas constitutos, " *Præpositura*, ait Emmius *, sacerdotii " genus opimum & honoratum a Monasteriensi " præsule introductum in hæc loca quatuor; *Farsumana*, *Loppershemia*, *Usquerdia*, *Leensia*. Quinta in *Hummertziis* dudum extrita. . . . . *Middelsthemia* Vicario munere pro Monasteriensi olim decorata.

Difficile est, defectu monumentorum rebusque ferè jam detritis, Ecclesias & Cœnobia ad suum quælibet *Decanatum* seu *Præposituram* redigere.

Singula tamen ordine quo poterimus meliore dabimus, habitâ agri Groningani circa trinam ejus divisionem modò expressam ratione.

Post *Groningam* & *Dammonam* oppida in Piano Diœcesis Groninganæ Diplomate recensita, in eodem Diplomate subsequuntur vici *Fredowoldiorum*, *Langwoldiorum*, *Hummertziorum*, *Marnensium*; ex Occidentali agri ejus regiono varii.

* *Emm. de agro Frisiæ p.* 10.

OLDENHOVA,
&
NYENHOVA,

Oldenhova, Nyenhova

Ejus tractus vici, in Piano Diplomate recensiti.

Turris, Arx,

Oldenhovæ fanum, veteris formæ turrim habet densam & obtusam. Ibi & nobilis arx Ripperdana.

Anabaptistarum sectam ibi, & per agrum Groninganum maximo animarum exitio serpsisse, & hominem idiotam linguarum dono cælitus, uti credebatur, afflatum, Messiam se venditasse, ex Viglii ad Erasmum Anni 1533. Epistola, alibi à nobis data, didicimus.

Præpositi, Sedes,

Præpositum seu Decanum, Sedem *Oldenhovæ* habuisse conjicio ex alia Viglii Epistola eodem anno data ad * *Commissarios Frisiæ Groningensis*, in *Bafloe*, in *Oldenhove*, in *Leens*, in *Usquart*, in *Loppersum*, & in *Fermessum*; ubi Oldenhova aliis Præpositorum Sedibus, nimirum *Leensiæ*, *Usquert*, &c. accensetur.

Hae illi Epistola, ut videre licet, monenrur impiam sectam persequi, & disciplinæ Ecclesiæ prolapsæ studere.

Anabaptistarum colluvies;

"Venerabilis Domine Commissarie, cum novissimè scriberem, non arbitrabar opus fore, ut ignotus idem rursus facere deberem. Confidebamque in Domino, ut hac Anabaptistarum fœdata tempestate, Ecclesiæ nostræ tranquillitas restitueretur: mihique ad præsens Pascha muneris mei, officiique exequendi gratia ad vos venire, & pro mea virili Ecclesiasticam Jurisdictionem libertatemque tueri & promovere liceret. Sed angelus tenebrarum semel emissus non antea conquiescere velle videtur, quam & electos in suam potestatem, ac variarum propagatione opinionum vel in dubitationem vel in errorem pias etiam mentes seduxerit. Quem in vestris nuper Ecclesiis venena etiam sua, discordiarumque & errorum semina spargere voluisse, nec adhuc omnino cessare fama percepimus. Quod quidem nobis auditu dici non potest quam acerbum fuerit. Sed in vestra Magistratuumque vestrorum civilium vigilantia non modicam spem ponimus: vos scilicet una provisuros, ne cum religione publicus & politicus simul status subvertatur; nam utrumque Anabaptistarum secta variis artibus jam dudum molitur. Quod quidem Principes penè omnes Germaniæ tandem considerantes, summa concordia, consilia auxiliaque sua ad banc sectam extirpandam conferunt. Eaque de causa indicta sunt apud Vormatiam omnium Germaniæ statuum comitia ad proximam Dominicam post Pascha. Quò cum Reverendissimus & Illustrissimus Præsul noster Monasteriensis me unà cum aliis Legatis certis de causis proficisci jusserit, cogor per litteras rursus vos rogare, ut necessariam meam absentiam in bonam partem accipiatis, Jurisdictionisque vobis commissæ munus solita vigilantia administrare pergatis: nec vos tædeat onus hoc, quod non ignoro hac tempestate vobis molestissimum esse, tantillum adhuc temporis sustinere. Ad proximam enim æstatem Reverendissimus Dominus noster omnino me ad vos mittere decrevit. Interim vero speramus fælicem istius diuturnæ obsidionis exitum nos visuros. Post quem ea quæ illic sive in restabilienda Jurisdictione, sive in reformanda collabente jam passim Canonicâ, Ecclesiasticâque disciplinâ publicæ pacis & concordis religionis fieri intererunt, majore (Deo volente) & auctoritate & fructu ordinari statuique poterunt. Hac igitur epistola, eximie Domine Commissarie, noveris tuam commissionem tibi usque ad nostrum adventum esse prorogatam. Quam ut ita exequi non graveris, omnique solicitudine mandatum officium geras & administres, petimus, & rogamus. Christus Opt. Max. te diu incolumem tueatur. Datum Dulmaniæ Anno 1535. Sabbatho ante Dominicam Palmarum. In eandem sententiam & aliis nostris Commissariis scripsimus: & in fidem præmissorum sigillo Officialatus præsentes litteras consignavimus, nostrumque nomen propriâ manu subscripsimus. Chrisma more consueto ad vos deferri sigillifero Curiæ nostræ Monasteriensis Reverendissimus noster injunxit".

* Pastoribus & Decanis munus *Commissarii* hoc ævo sæpè committebatur; sic Gellius Ilstanus, Pastor & *Commissarius* in *Bafloe* constitutus, ex Suffrido de *Scrips. Fris. Dec*, 15, §. 10.

Rari hodiè Catholici.

Rari modò in toto hoc & vicino tractu Catholici incolæ. His, & foris advenis succurritur per aliquem e Groninganis sacerdotibus, sacra nunc hic, nunc illic operantibus.

ESINGA, Esinga.

Ubi pridem inde denominatum,

ESENSE COENOBIUM,

pridem Benedictinarum B. Mariæ nuncupatum Cœnobium, Canonicis Regularib. ob dissolutam earum vitam commissum.

Vulgò dictum *Campus B. Mariæ*, propè *Esinghen*, a prima institutione Monialium S. *Benedicti*, ob dissolutam earum vitam Canonicis Regularibus sub Annum 1444. commissum est, cujus sic meminit Auctor *Chron. Winf. lib.* 1. *cap.* 42.

"Monasterium Capituli *B. Mariæ in Ezingen*, partium *Oestfrisiæ*, *Bremensis Diœcesis*, ex prima sui fundatione Cœnobium fuit Sanctimonialium nigri Ordinis S. *Benedicti*, quæ propter vitam earum dissolutam, & regularis vitæ negligentiam, ad magnam temporalium & spiritualium rerum penuriam non immeritò pervenerunt. Unde vir quidam nobilis, partium *Frisiæ* illius Capitaneus, nomine *Wilboldus* apud omnes benè auditus, venerabili Capitulo nostro scripsit Epistolas, ut idem Monasterium cum omnibus suis attinentiis assumere dignaretur, ac fratres sui Ordinis ibidem collocaret. Ipse enim de patrum consilio, paucas ibidem relictas mulierculas, moniales vetulas, alio in loco ibi propinquo ipsis infimul deputando, de bona ipsarum voluntate, modicâ habitâ provisione facillimè contentaret. Cujus legatio Anno Domini * vigesimo Patri * 1410. *Henrico Loeder* in *Northorn*, Priori a Capitulo fuit commissa. Qui zelo fervens animarum Deo lucrandarum iter aggressus locum invenit spatiosum, pro multitudine fratrum Deo servire cupientium satis aptum. Monialium ergò prædictarum provisione benè prædisposita rem retulit ad Capitulum. A quo cum Collega suo in *Thabor* Priore plenam suscepit auctoritatem cuncta cum dicto Monasterio ordinandi, faciendi, & disponendi, sicut pro ejus plenaria reformatione sibi videretur expedire", &c.

ejusdem restauratores & Rectores primi. Ecclesiæ Groning. unitum, mutato regimine destructum fuit,

Primus Collegio huic præfectus datus,
ARNOLDUS CREVELDIUS, opinione pietatis & virtutum celebratus.

Asceterium hoc, ait Liodebornius *Hist. Dav.* cap. 7. §. 1. *heret: malitia penitus desolatum & profanatum, Cathedrali Ecclesiæ Groningensi ejusque mensæ Capitulari* (*ex* Bulla) *Anno* 1561. 7. *Id. Aug. Pius* IV. *contulit.*

In Medachiis, sic dictis quia Hunsingiæ ad meridiem, quorum uberis glebæ tellus, ditionis quondam maximâ parte Præsulis Adoardini, sita est,

A D O A R D I A,

vulgò

A D E W E R T H,

Adoardiæ Medachiorum vici, situs, etymon, celebratissimum Cistere: instituti Cœnobium, ejus initium,

Ab *Ade*, quod rusticâ Frisiorum linguâ, etiam hodiè, vetus denotat, & a *Werth*, id est aggestu terræ insulæ specie exæstuanti pelago objecto, vicus *Medachiorum*, Groningâ M. P. V. minusculis disjunctus, uberrimo in solo, qui diu principatum obtinuit per omnem regionem, quæ inter Groningam & Lavicam est, Occidentalem, vulgò *'t West-quartier*; non sui, sed spectatissimi Cistereiensium Cœnobii ratione, quod Groninganæ ditionis utriusque sexûs Cœnobiis xxv. præcelluit. Cœptum est Anno Dom. 1192. Nonis Junii. Superbum ei fanum, quo magnificentius nullum umquam visum inter Lavicam & Amasum, quatuor turribus conspicuum.

Mirum nullam hujus ab *Henriquezio* & *Manriquezio*, aliisque Cisterciensis Instituti Scriptoribus servatam memoriam. Ipsi fidei exteti ejus formam accuratè nobis delinearunt, quam ipsis Ubb. Emmii verbis hic repræsentabimus.

Cœptum, inquit *, erat opus sub Abbate tertio Wigboldo, institutumque & perfectum ad exemplar fani Claravallensis, a D. Bernardo quondam extructi, servatis dimensionibus omnibus iisdem: artificio ac opera unius e Collegio architecti insignis, qui hujus rei gratiâ Claravallem fuerat missus, ut mensuram & formam ædificii illius caperet. Atque is propterea hoc promeruit, quod nulli præterea, ne Antistiti quidem, ordum alteri e Monastica familia concessum fuit, ut defunctus honoris ergò in ipso fano conderetur.

fanum augustissimum,

Operis sanè substructio admirabilis non solùm magnitudine, sed etiam arte ac specie, spectabili & præcelso fornice, & super eum fastigiato tecto causa, subnixa columnis ingentibus xviii. porrecta in longitudinem ad passus L. lata passus xv. dein transverso quoque ædificio, qua media longitudo, ampliata in modum crucis, fastigii altitudine pari, in longum patente passus xxv. in latum passus xiv. in quo aliæ etiam columnæ similes viii. Et præter has dimidiata utroque in ædis latere non paucæ numero, sublimes structuræ parietes, quibus fornix incumbit, sustinentes.

in quo præter aram summam, Sacella cum aris totidem undecim,

Ara summa, in cella fani intimâ semi-circulari, cincta columnis minoribus teretibus uno lapide excisis, binis & binis, numero xii. quibus cellæ interioris tergum clauditur, modico inter aram & columnas relicto intervallo: cellamque ipsam exterius formâ eadem ambientia Sacella xi. cum aris totidem: cuncta intus supra fidem sumptuoso opere nitentia.

* *Ubbo Emmius rer. Fris. lib.* xi. *p.* 164.

junctum veteri in eadem area Ecclesiæ.

Et hæc ædes in latere alterius, eadem in area exstructa, quæ etiam nunc cum hac majore superest, qua antè dedicatam hanc Cœnobitæ, & tota vicinia sunt usi.

Claravallentium similis forma, inauguratio.

Anno M. CC. LXIII. consummatum, dedicatumque est solemni ceremonia celebre fanum istud, cum Collegio illi præesset *Gaico* Abbas VII. & jam XXIII. annis integris in exstruendo urgendoque opere esset laboratum ab hominibus amplius ducentis.

Cœnobii structura,

Quod Cœnobium ipsum attinet, tantum spatium muro valido & fossâ, velut mœnibus clausum, & ædificiis omnis generis ac hortis occupatum erat, ut oppidi modum & speciem claustrum Monasticum tenuerit. Adde opes, agros, vicos totos cum fanis, sacella fanorum instar, villas amplas ac splendidas, potestatem præturiam; meritò religionis vim, & plebis rusticæ munificentiam miraberis.

potentia,

Quinque vicis imperabat, inquit alibi *, famosis opibus inclytum; eoque tandem opulentiæ & potentiæ provectum ut publico edicto cautum sit, ne quid fundorum ultrà acquireret.

Jure verò prætorio, ex eodem Emmio *Hist. Fris. lib.* 50. *pag.* 786. 787. patrocinioque rerum sacrarum quod habebant *Suidhornæ* & *Werumi*, exceptâ in solos Monasticos colonos Jurisdictione, ob quorundam ex eis facinus ipsa die D. Bernardo sacrâ, inter epulas festo eo annuè haberi solitas perpetratum, Anno 1520. exuti sunt.

disciplina,

Ceterùm disciplina ac studium in Adoardino Cœnobio pridem adeò viguêre, ut Goswinus, a pago *Halen* ad Mosam *Halensis* dictus, Fratrum Groningæ Rector, sic cum laude de eodem differuerit in Epist. ad Albertum Hardebergensem; *Novi Adwerdiam antè annos* xL. *& eo plures. Tum doctum virum si quæsisses, hunc in Adwert invenisses, aut alibi nusquam in tota Phrisia. Erat eâ tempestate Adwert non tam Monasterium, quam Academia.* Eratque ibi pridem Schola, in quam solebant totius Phrisiæ studiosi recipi. Prælegerat in illa Schola Richardus de Busto, homo doctissimus, cujus in Bibliotheca Adoardina multa præclara scripta adservabantur. Eam Wesselus conabatur restituere; sed impediebatur a quibusdam, cum mortuus esset Henricus Abbas, qui Wesseli conatum adjuverat.

Schola:

census Groninganæ Sedi assignatus; ortæ hinc querelæ: Transactio,

Ex Piano Diplomate Cœnobium istud exstingui jussum, censusque ejus, sedi, ut jam diximus, Episcopali Groningæ assignati.†

Querelæ hinc, ut jam meminimus, graves, & contentio vehemens Cœnobitarum cum Koyssio, Groningano Episcopo, quem ut *avarum* sugillabant; donec ex prudenti Frisiæ Præsulum consilio dissentio pacata, transactioque hæc, probante Rom. Pontifice, inita fuerit. Tabulas quibus & *Menternensibus* ejusdem Instituti Cœnobitis ad angustias redactis consulitur, ex autographo pergameno hic damus.

ejusque Diploma.

IN nomine Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Noverint universi & singuli, præsens publicum transumpti Instrumentum visuri, lecturi, & audituri, quod Nos Alexander Riarius, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus, Sanctissimi D. N. Papæ, ejusque Camerarii, nec non curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque curiæ judex ordinarius, sententiarum quoque & censurarum in ca-

* Emm. de agro & urbe Groning. pag. 10.

† De fratrum eorum ædibus sermo fuit sub Groninga.

dem

dem Romana curia, & extra eam latarum, ac litterarum Apostolicarum quarumcunque universalis & merus executor ab eodem Sanctissimo D. N. Papa specialiter deputatus, ac otriusque Sanctitatis suæ signaturæ Referendarius, habuimus, vidimus, legimus, tenuimus & diligenter inspeximus certam Smi D. N. D. Gregorii XIII. originalem supplicationem, manu propria suæ Sanctitatis signatam, confirmationis, concordiæ, & transactionis initæ, inter Rmum D. Joannem Knyffium Episcopum, ac Capitulum Grunningense ex una, & Abbatem Adwertianum, alias de *Grootanwert*, Cisterciensis Ordinis, Gruningensis Diœcesis ex altera partibus, omni prorsus vitio & suspitione carentem, ut prima facie apparebat, sub data Romæ apud S. Petrum nono Kal. Maji, anno quarto prælibati Smi D.N. Gregorii XIII. Tenoris hujusmodi.

Beatissime Pater, Dudum fel. me. Paulus Papa quartus, prædecessor vester gravibus tunc expressis caosis adductus, piis quoque supplicationibus Serenissimi Philippi Hispaniarum Regis Catholici excitatus, de venerabilium Fratrum suorom Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, atque Apostolicæ potestatis plenitudine Ecclesiam, Civitatem, & Diœcesin Trajectensem, a Coloniensi Provincia, cui tunc erat Metropolico jure subjecta, nec non Gruningensem, & diversa alia tunc expressa oppida insignia Regionis inferioris Germaniæ, dicto Philippo hæreditario Jure etiam tunc subjectæ, cum omnibus & singulis suis terminis, territoriis, cleris, Populis, Monasteriis, & beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura, sæcularibus, & quorumvis ordinum regularibus, aliisque piis locis, a suis Provinciis & Diœcesi perpetuo segregavit, divisit, & separavit, ac Gruningense, cæteraque oppida prædicta sic divisa in Civitates, Sedem verò Trajectensem tunc Episcopalem in Metropolitanam, ac Sancti Martini Gruningensem primariam nuncupatam, cæterasque alias aliorum prædictorum oppidorum Ecclesias in Cathedrales pro totidem Episcopis creandis, qui suæ quique Ecclesiæ præessent erexit, ac Gruningensi, aliisque Ecclesiis & Civitatibus prædictis certos districtus, per Nuncium suum postmodum ab eo illuc mittendum limitandos, pro suis Diœcesibus concessit; nec non Grunningensem & certas alias tunc expressas Ecclesias, Civitates & Diœcesin Ecclesiæ Trajectensis pro sua Provincia subjecit, ac eidem Philippo Regi ejusque successoribus, qui pro tempore ejusdem regionis in temporalibus Domini essent, jus nominandi Romano Pontifici personas idoneas, ac alias certis tunc expressis modo & forma qualificatas ad Gruningensem, & alias Cathedrales Ecclesias sic erectas, tam a primæva illarum erectione hujusmodi, quam deinceps quotiescunque illas vacare contingeret, & per ipsum Romanum Pontificem pro tempore existentem in Episcopos ad nominationem hujusmodi nominandi in perpetuom reservavit. Ac deiode piæ memoriæ Pius IIII. Et prædecessor vester mensæ Episcopali Gruningensi de congruâ Dote providere volens, in Monasterio Adwertiano, sive de *Grootanwert* Cisterciensis Ordinis, olim Trajectensis nunc Gruningensis Diœcesis, cujus fructus, &c. trium millium Ducatorum auri de Cam. se. co. ex. val. ann. ut dictus Pius quartus prædecessor acceperat, non excedebant, ex tunc prout ex ea die & e contra cum primum illud per cessum, vel decessum etiam ex causa permutationis, seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem etiam tunc illius Abbatis vel Commendatarii ejusdem] Monasterii aut alias quomodolibet, etiam apud sedem vacare contingeret, etiam si actu tunc aut alias vacaret, nomen, titulum & denominationem Abbatis motu proprio etiam perpetuo suppressit & extinxit, ac Abbatialem illius dignitatem cum omnibus & singulis suis fructibus, reddicibus, proventibus, & emolumentis, & præeminentiis, prærogativis, superioritatibus, jurisdictionibus, & administrationibus, juribus, & pertinentiis universis dictæ mensæ Episcopali Gruningensi applicavit & appropriavit, prout in litteris eorumdem prædecessorum desuper confectis plenius continetur. Ac postmodum devoti Oratores vestri *Arnoldus Landt*, Abbas & Conventus prædicti Monasterii de præmissis certiores facti, ne suppressio, extinctio, applicatio, & appropriatio hujusmodi suum sortirentur effectum cum assistentia & interventu devotorum etiam Oratorum vestrorum Abbatum *Clarecampensis*, & *Geertskens Clooster*, & de Munterna, alias in *Grisemonicken*, prædicto Monasterio Adwertiano alias in *Grootanwert* ordinariorum visitatorum post varias deliberationes, etiam cum devota S. V. creatura Joanne Episcopo ac Decano & Capitulo Gruningensi pro se suisque successoribus & mensa Episcopali ultro citroque non minus frequenter quam mature habitas, pro bono pacis ac tranquillitati tam propriis quam suorum hinc inde successorum salubriter consulere percupientes, aliisque rationibus & causis eorum animos moventibus impulsi, sub beneplacito tamen S. V. & Sanctæ Sedis Apostolicæ, ac dicti Philippi Regis jus præsentandi Romano Pontifici ad Ecclesiam Gruningensem ex privilegio Apostolico habentis & non alias, aliter, nec alio modo ad infrascriptam devenerunt concordiam & transactionem: videlicet quod Episcopus, nec non Decanus, & Capitulum Gruningense hujusmodi tam pro se quam suis successoribus sponte & liberè, salvis tamen infrascriptis & non alias, nec alio modo, in manibus S. V. aut alterius ad id potestatem habentis, in favorem tamen Prædictorum Abbatis & Conventus Advertiani alias in *Grootanwert* cederent, renunciarent, abdicarent, & resignarent omne & universum Jus, seu quodvis emolumentum sibi aut suæ mensæ Episcopali ex supradicta applicatinne & appropriatione quoquomodo, & qualitercunque nunc competens, sive imposterum quomodolibet competiturum. Quodque illius cassationi, revocationi, & abolitioni in omnibus & per omnia, ac si nullo unquam tempore concessa aut emanata fuisset, toties & quandocuoque per dictum & pro tempore existentem ipsius Monasterii Abbatem requisiti & interpellati forent, consensum & assensum suum coram Sede Apostolica præstare, nec non ad effectum eundem, si quando & quatenus opus foret, unum vel plura sufficientia procurationis instrumenta ad eam rem necessaria & opportuna eisdem Abbati, & Conventui in debita forma & eum debitis, solitis, & consuetis citra ullam tergiversationem omninò & realiter exhibere tenerentur. Et ne ex renunciatione, & resignatione ejuscemodi Episcopus, ac Decanus, & Capitulum hojusmodi, sive illorum successores nimium dispendium paterentur, neve etiam doti mensæ Episcopalis Gruningensis ullum præjudicium generaretur, Abbas & Conventus hujusmodi etiam de expresso consilio & plenario assensu supradictorum Patrum visitatorum

tam pro ſe, quam ſuis ſucceſſoribus omni meliori modo & forma viceverſa promiſerunt, quod ſtatim poſt impetratum præſentis concordiæ aſſenſum, ſive approbationem ex bonis immobilibus, agriſque, & poſſeſſionibus, ad Monaſterium præfatum pleno proprietatis jure pertinentibus, eidem Epiſcopo Gruningenſi pro ſe & ſuis ſucceſſoribus tantam portionem realiter & cum effectu aſſignare, ac jure Dominii transferre, & tanquam rem propriam conſtituere, quæ quotannis in pecuniariis redditibus ad ſummam dotis ipſius Eccleſiæ Gruningenſis, videlicet ſex millium florenorum Brabantiæ, ſuffectura eſſet, ea tamen conditione, quod ſi imposterum ullo unquam tempore contingeret, ea ipſa aſſignanda bona, agros, & poſſeſſiones per inundationes, chaſmata, ſterilitateſque, aut quaſvis alias ſimiles ſeu diſſimiles cogitatas, vel incogitatas, natas vel naſcituras cauſas ullatenus deteriorari, ſeu in annuo valore & pretio vileſcere, eo caſu, ac toties & quoties tale quid obveniret, & ſemper & perpetuò obligati eſſent ipſi ac pro tempore exiſtentes Abbas & Conventus dicti Monaſterii ex reſiduis agris & poſſeſſionibus tantundem ſupplere, quantum ad integræ dictæ dotis ſex millium florenorum plenarium complementum deſore legitimè conſtaret, ut Monaſterii ſtatus de opportuno aliquo auctuario ejuſdem Monaſterii annui redditus remedio, mediante dicti Philippi Regis aſſenſu, & Sedis Apoſtolicæ benignitate nonnihil inſtauretur, quod propterea bona & proventus Monaſterii de Munterva, alias in *Griſemonicken*, ejuſdem Ordinis, Gruningenſis Diœceſis ſobriè ſatis dotati, filialis, & originaliter manantis ex dicto Monaſterio Adwertiano, alias in *Grootanwert*, quod in extremis finibus ditionum dicti Philippi Regis verſus Comitatum Embdenſem conſiſtit, ac ſuperioribus annis conflagratum, & eo ſtatu relictum, & quodammodo deſtitutum, ut in eo ſolus Abbas cum uno tantum aut alteru religioſo remanſerint, primo dicto Monaſterio pariter applicari & appropriari & in illud Abbas & Monachi prædicti commodè recipi & inibi honeſtè tractari deberent, prout in publico Inſtrumento deſuper confecto plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, tam Philippus Rex, quam Joannes Epiſcopus & Capitulum Gruningenſe, nec non Abbates Adwertianus, alias de *Grootanwert* cum ſuo Conventu, ac de Munterva, alias *Griſemonicken*, viſitatoreſque prædicti devoti oratores veſtri cupiant præmiſſa omnia pro eorum ſubſiſtentia Apoſtolico munimine roborari, ſupplicant S. V. quatenus eos & eorum ſingulos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequens concordiam & tranſactionem prædictas approbare & confirmare, omneſque & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui quomodnlibet intervenerint, in eiſdem ſupplere ac partes ipſas ab hujuſmodi concordia & tranſactione nullo unquam tempore, ſub quovis prætextu, aut quacunque occaſione vel cauſa reſilire poſſe, irritum quoque &c. decernere, & nihilominus ſuppreſſionem, & extinctionem caſſare, ac applicationem, & appropriationem per dictum Pium quartum dictæ menſæ Gruningenſi ut præfertur, factas perpetuò diſſolvere, litteraſque deſuper confectas, & proceſſus deſuper habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcunque, viribus & effectu deinceps carere, decernere ac ipſum Monaſterium Adwertianum, alias in *Grootanwert*, in priſtinum ſtatum liberum & expeditum reſtituere, quin & Abbatialem dignitatem ipſius Monaſterii cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, Juriſdictionibus, & pertinentiis, nec non præeminentiis, prærogativis, ſuperioritatibus, & adminiſtrationibus univerſis, a dicta menſa Epiſcopali Gruningenſi perpetuo ſegregare, & ſeparare, ac etiam diſſolvere, nec non in eodem Monaſterio Adwertiano, ſive in *Grootanwert*, nomen, titulum, & denominationem Abbatis, illiuſque Abbatialem dignitatem etiam quoad omnia & ſingula ejus jura, juriſdictiones, pertinentias, præeminentias, prærogativas, ſuperioritates, & adminiſtrationes, privilegia univerſa tam ſpiritualia quam temporalia, dummodo decretis Concilii Tridentini non contrarientur, in priſtinum & in eum, in quo antequam litteræ Pii prædeceſſoris hujuſmodi emanaſſent, quomodolibet erant, ſtatum reſtituere, reponere, & plenariè reintegrare, ac ſegregata, ſeparata, diſſoluta, reſtituta, repoſita & plenariè reintegrata fore ſimiliter decernere, & nihilominus juxta dictæ concordiæ ſic confirmatæ tenorem tot ex ejuſdem Monaſterii Adwertiani, alias de *Grootanwert*, bonis immobilibus agris & poſſeſſinnibus, quæ ad ſummam ſex millium florenorum Brabantiæ quotannis in redditibus aſcendant, ab ipſo Monaſterio Adwertiano, alias in *Grootanwert*, dismembrare & ſeparare, ac dictæ menſæ Epiſcopali Gruningenſi pro dote prædicta perpetuo unire, annectere, & incorporare, ita quod dismembratio hujuſmodi facta liceat dicto Joanni & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Gruningenſi bonorum hujuſmodi dismembratorum & ſeparatorum corporalem, realem & actualem poſſeſſionem, etiam abſque Judicis decreto, per ſe vel alium, ſeu alios propria auctoritate liberè apprehendere, ac in ſuos & dictæ menſæ Gruningenſis uſus & utilitatem convertere, illiſque uti, frui, & potiri, nec non illarum fructus, redditus & proventus ac obventiones redibentias & emolumenta levare, exigere, recipere, locare, & diſlocare, nec non de illis menſæ hujuſmodi diſponere, ac quod Abbate, Priore & Conventu Adwertiano, alias in *Grootanwert*, prædictis directè, vel indirectè, quovis quæſito colore vel ingenio, per ſe vel alium, ſeu alios de nullitate vel invaliditate dismembrationis, applicationis, annexionis & incorporationis hujuſmodi ex quavis cauſa, etiam juridica & juſtiſſima nullis & invalidis, aut reducibilibus, ſeu reductis, vel malè & nulliter dismembratis, ceſſis, unitis, incorporatis, & applicatis exiſtentibus, ſeu effectum ſortiri nequentibus in toto vel in parte, etiam quantumcunque minima, ipſum Jnannem Epiſcopum & ſucceſſores prædictos in perceptione fructuum, bonorum prædictorum, nec non uſu & libera diſpoſitione moleſtandi perturbaodi & inquietandi ceſſio & diſſolutio unionis prædicti Monaſterii Adwertiani, alias *Grootanwert*, per eaodem creaturam, ut præfertur, factæ pro non factis habeantur, nec non unio, applicatio & incorporatio Monaſterii hujuſmodi eidem menſæ Epiſcopali hujuſmodi, ut præfertur, factæ in ſuis robore & efficacia remaneant, & omnino reſtitutæ perpetuo eo ipſo exiſtant & eſſe cenſeantur, liceatque eidem Joanni Epiſcopo & ſucceſſoribus prædictis ad Monaſterium hujuſmodi liberum habere regreſſum ſeu acceſſum, & ingreſſum, illiuſque regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum hujuſmodi corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe vel alium, ſeu alios abſque Judicis alicujus decreto, ſeu ſententia ferenda pro-

propria auctoritate liberè apprehendere, & tam sui prioris tituli & unionis, annexionis & incorporationis hujusmodi, quam litterarum desoper conficiendarum vigore absque alia desuper facienda unione, annexione & incorporatione, seu alia provisione & ullo Judicis Decreto accipere & retinere in omnibus & per omnia, ac si concordia, transactio, & cessio juris hujusmodi factæ non essent, liberè & licitè valeat indulgere. Quódque si imposterum ullo unquam tempore contingeret, ea ipsa bona à dicto Monasterio Adwertiano, alias in *Grootanwert*, separanda, & prædictæ mensæ Gruningensi applicata & assignata per inundationes, chasmata, sterilitatesque, aut quasvis alias similes seu dissimiles, cogitatasque vel incogitatas, natas, vel nascituras causas ullatenus deteriorari seu in annuo valore & pretio vilescere, eo casu toties & quoties tale quid obvenerit, semper & perpetuo obligati sint dicti Abbas, Prior & Conventus Adwertianus, alias in *Grootanwert*, pro tempore successuri ex residuis suis agris, & possessionibus tantundem supplere, quantum ad integræ dictæ dotis sex millium florenorum, & plenarium complementum, defore legitimè constaret, ac in prædicto Monasterio *Grisemonicken*, aliàs de *Munterna*, cujus fructus &c. trium millium Ducat. auri de Cam. sec. communem valor. annuum non excedunt, certó modo vacans, ac omnia & singula illius bona, fructus, redditus, proventus, jura, emolumenta, nec non præeminentias, prærogativas, superioritates, jurisdictiones, & administrationes dicto Monasterio Adwertiano, aliàs in *Grootanwert*, eisdem auctoritate perpetuò unire, annectere, & incorporare. Ita quòd Abbati Adwertiano, aliàs in *Grootanwert*, liceat per se vel alium seu alios corporalem, realem, & actualem possessionem seu quasi Monasterii uniti, ejusque omnium & singulorum bonorum, fructuum, reddit000uum, proventuum, Jurium, obventuum & emolumentorum prædictorum propria auctoritate liberè apprehendere & retinere, illaque in suos & prædicti Monasterii Adwertiani, alias de *Grootanwert*, usus, & utilitatem convertere; nec non desuper conficiendas litteras sub quibuscunque revocationibus suspensionis & derogationis similium vel dissimilium suppressionum, extinctionum, applicationum, & appropriationum per S.V. & Sedem prædictam sub quibusconque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis pro tempore factis minimè comprehendi: sed ab illis semper exceptas, & quoties illas suspendi, revocari aut illis derogari contigerit, toties eas de novo concessas, & in pristinum statum restitutas, dictarumque litterarum suspensiones, revocationes, derogationes, & alias contrarias dispositiones pro novis illarum concessionibus, & restitutionibus haberi ac censeri decernere, Conventui prædictis, aliisque quibusvis personis in virtute sanctæ obedientiæ, nec non privationis omnium dignitatum & officiorum per eos pro tempore obtentorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa & alia imposterum obtinenda pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, ne ad electionem, seu postulationem in Abbatem dicti Monasterii de *Munterna*, alias *Grisemonicken*, procedere, seu ipsum Abbatem Adwertianum, aliàs in *Grootanwert*, in præmissis aut eorum aliquo impedire, vel aliàs quomodolibet attentari, aut illis refragari præsumant, districtius inhibendo, & nihilominus quascunque electiones, postulationes hujusmodi, earumque confirmationes, vel admissiones, nec non promotiones, præfectiones, commendas, aliasque dispositiones, quas ex tunc de cætero etiam per Sedem prædictam de dicto Monasterio de *Munterna*, aliàs *Grisemonicken*; seu ejus regimine & administratione prædictis quomodoconque fieri contigerit, nullas, invalidas, nulliusque roboris vel momenti fore, nec ullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio seu intentionis vestræ defectu, aut qui interesse habentes vocati non fuerint notari aut impugnari, vel ad terminos juris reduci, sed semper validas & efficaces existere. Irritum quoque & inane, &c. decernere dignemini de gratia speciali, non obstantibus Lateranensis unionibus perpetuis, nisi in casibus a jure permissis, & constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem S.V. regulis de unionibus committendis ad partes ac vocatis, &c. nec non exprimendo vero valore uniendorum ac mensæ Episcopalis prædictæ, &c. ac aliis Ecclesiæ, nec non Monasteriorum & Ordinis prædictorum Juramento, &c. roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem mensæ, Ecclesiis, Monasteriis & Ordini, illorumque Superioribus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis; ac cum quibusvis etiam derogatoriisrum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, &c. in contrarium concessis. Quibus omnibus, &c. latissimè derogare placeat, cæterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis & consuetis. Fiat ut petitur, &c. &c. &c. † Data Romæ apud Sanctum Petrum nono Kalend. Maji, anno quarto, Missa VII. Maji. M. Datarius. Registrata libro primo secretorum folio ducentesimo nonagesimo sexto. P. Magnus.

Qua quidem supplicatione diligenter inspecta, illam omni suspicione carere invenimus, ad requisitionem & instantiam magnifici Domini Lauri Dubliul, Regiæ Catholicæ Majestatis Agentis per Notarium infrascriptum illam exemplari & transumi, & in hanc publicam transumpti formam redigi mandavimus. Decernentes & volentes, ut huic præsenti transumpto publico sive exemplo plena fides deinceps adhibeatur, ubilibet in locis omnibus & singulis quibus fuerit opportunum, ipsum transumptum fidem faciat, & illi stetur, acsi supplicatio ipsa producta appareret. Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram interposuimus, & Decretum, prout interponimus præsentium per Tenorem. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem præsentes fieri, & per Notarium nostrum infrascriptum subscribi, sigillique nostri, quo utimur in similibus, jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in ædibus nostris, sub Anno a Nativitate Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo sexto, Indictione quarta, die verò decima nona mensis Maji, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Gregorii, Divina providentia Papæ Decimi tertii anno quarto. Præsentibus ibidem discretis viris Domino *Pompejo Antonino*, Romanæ Curiæ nostræ Notario, & Domino *Rodulpho Celesio* Pistoriensi, ejusdem Curiæ nostræ etiam Notario, testibus ad præmissa omnia & singula vocatis, habitis, specialiter atque rogatis.

† Desiderantur hic quædam quæ legi non poterant in chirographo multorum manibus trito.

VITÆ

VITA AC GESTA

ABBATUM,

QUI

COENOBIO ADOARDIO

*Præfuerunt M S. hactenus abſcondita, benigno Clariſſimi Viri, D.ⁿⁱ N. C. J. C. ſtudio Groningâ nobiſcum communicata, e re publica, lectorumque curioſitate luci hîc & orbi prodita.

PROLOGUS.

A*Nno Domini* 1192. *Nonis Junii*, *San-cti* Bonifacii, *Epiſcopi & Martyris ſacrorumque ejus die fundata eſt Abbatia in Friſia ad S*. Bernardum in Adwert, *Monaſterienſis Diœceſeos*, *filia* Claricampi *ſecunda*, *octavo anno poſt obitum B*. Bernardi. *Cauſa fundationis fuit crebra in eodem loco plurimorum nocturno tempore luminum apparitio; præſagium, ut piè creditur, futurorum: quare fideles devotione accenſi pro Monaſterii conſtructione unanimiter laborarunt*, * *hoc ipſum Omnipotenti Deo gratum fore, qui prædictum locum tam evidenti oſtendit indicio*; *in eo enim loco ſanctiſſimi viri fuerunt, ut patet ex ſcriptis hujus loci, qui nulli labori neque ſumptibus pepercerint ut dignum Deo habitaculum præpararent*, *& cum muros erigerent, ſanctos mores nequaquam derelinquerent: nam penuriam ipſimet ſæpe patiebantur, ut exinde pauperes reficerentur: & infra ſcripti fuere Abbates iſtius loci vel Monaſterii, & hæc nomina eorum ſecundum ordinem.*

* rati.

Abbatum ſeries.

WIBRANDUS ABBAS I.

PRimus ſiquidem Abbatum *Wibrandus* hujus Monaſterii humilis & devotus Paſtor, cum parvo grege, ſcilicet 12. Monachis habitavit juxta portam Aquilonarem in duabus domibus, quarum una Capella, altera dormitorium fuit, quæ uſque hodie inconcuſſæ perſiſtunt, in quibus utriuſque ſexus homines modo hoſpitantur, ut qui primum pauperes Monachos ſuſceperunt, poſtea pauperes recrearent: hujus S. Abbatis anno quarto incepit Ordo S. Trinitatis, anno autem ejus ſeptimo incepit Ordo Prædicatorum. Hic itaque venerabilis Dominus, obiit Anno Domini 1205. poſtquam præfuiſſet 12. annis, & ſepultus eſt in eadem Capella ipſo die *Thomæ Cantuarienſis*, Epiſcopi & Martyris.

ALBERTUS ABBAS II.

Poſt eum rexit S. vir, nomine Dominus *Albertus*: iſte claruit miraculis & ſanctiſſimæ vitæ fuit; quapropter dilatavit Monaſterium, & gentem ſuam, multos ad converſionem ſuſcipiens; unde neceſſitate compulſus aliam majorem Capellam ædificavit quæ vocatur Schola: nam proceſſu temporis illic novitii minoreſque fratres, poſtquam in *Rubea* Schola, juxta *Wyndelere* Grammaticalibus competenter eſſent imbuti, ſtudia in hac Schola ſive auditorio frequentabant, artes & Canones ſolenniter audientes; unde accidit, ut hic habitarent viri in omni doctrina expediti qui totam Friſiam ſua ſcientia illuſtrabant: ut patet in antiquis hujus loci ſcriptis, & libris. Hujus anno quinto incepit Ordo Minorum, & anno decimo inchoata eſt Abbatia in *Teske* Ciſtercienſis Ordinis: propterea vehementer errant qui dicunt, vel potius ſomniant *Teske* eſſe antiquiſſimum Monaſterium Ciſtercienſis Ordinis in Friſia, & a B. *Bernardo*, patre noſtro conſtructum vel viſitatum. Hic Abbas ſanctus rexit annis 11. & mortuus eſt Anno 1216. ipſo die *Catharinæ* Virginis, & ſepultus cum anteceſſore ſuo ante majus altare in prædicta Capella, quæ nunc Epiſcoporum camera vulgò dicitur, quorum tamen oſſa in domum Capitularem poſtmodum honorificè ſunt tranſlata.

WIGBOLDUS ABBAS III.

Poſt quem huic Monaſterio præfuit laudabiliter Dominus *Wigboldus* Abbas tertius, annis 20. & 6. ſeptimanis, tempore cujus, ſcilicet Anno 1218. mare in partibus Friſiæ terminos egrediens, ut invenitur in Dialogo Cæſarii, propter irreverentiam Venerabili Sacramento factam in domo cujuſdam Friſonis ebrioſi, nomine *Pugil*, ubi nunc Monaſterium *Uitwert* ſitum eſt, multas Provinciarum terras occupavit, villas integras delevit, Eccleſias lapideas evertit; tantam extinguens hominum multitudinem, ut ſumma centum millia tranſcenderet, ita enim exaltati ſunt fluctus ejus ut turrium altitudines operire viderentur, & uni devotiſſimæ matronæ, matertera ſcilicet Domini *Wigboldi* Abbatis, revelatum fuit, quod fluctus uſque Coloniam perveniſſent, ſi non *Maria* mater Dei interveniſſet. Ecce irreverentia Venerabili Sacramento facta, quanta ſeveritate punitur? Iſte *Wigboldus* fundavit Monaſterium Scholæ Dei primam filiam noſtram, quæ aliàs *Ile* dicitur, trans *Emeſam* anno creationis ſuæ 13. Hic etiam poſuit fundamentum Eccleſiæ noſtræ & clauſtri, in ſumma paupertate aggreſſus opus anno creationis ſuæ 23. videlicet Anno Domini 1214. per manus cujuſdam converſi, ad ſimilitudinem Eccleſiæ *Clarævallenſis*, quam S. *Bernardus* pater noſter ædificari fecit: fuerat ſiquidem idem converſus miſſus ad *Claramvallem* cum filio ſuo ob hanc cauſam, ut illam conſideraret, dicebatur enim artificioſiſſimè facta; quapropter meruit idem converſus ſepulturam in Eccleſia, quod nulli Abbati uſque in præſens conceſſum eſt niſi Epiſcopis: jacet autem ſepultus in introitu Eccleſiæ partis Occidentalis, habens petram ſepulchro ſuo impoſitam. Hic Abbas fundavit Monaſterium Scholæ Dei, primam filiam noſtram, anno ſuo 13. cujus fundationis fuit cauſa Abbas de *Meerhuiſen*: hic etiam Abbas glorioſum noſtrum *Rigardum*, natione Anglicum, verè Magiſtrum & ſanctum ad profeſſionem ſuſcepit, eique primus pater extitit. Eo tempore magna hic viguit religio: nam, ut fertur, nonnulli eorum tantæ ſimplicitatis fuere, ut nonnunquam ſupra ſolares radios cucullos ſuſpenderent, arbitrantes perticam eſſe; unde fama ſanctæ converſationis longe lateque diffuſa multis hujus vitæ fallacias penitus declinandi incen-

centivum præbuit, quorum S. *Emanuel*, Episcopus Cremonensis & Comes ex Italia veniens unus fuit. Obiit autem iste Abbas Anno Domini 1242. altera die *Agathæ* Virginis & Martyris, & in Capitulo nostro sepultus.

EYLWERDUS ABBAS IV.

Huic quoque mortuo successit *Eylwerdus* Abbas IV. qui rexit 12. annis & 15. septimanis, valde in ædificatione hujus Ecclesiæ laborans, adjutus auxilio ducentorum Conversorum, cunctis ritè pro diversitate operarum dispositis atque ordinatis, sed non minus pro debita observantia regularis disciplinæ quam parietum erectione sollicitus; sed & hoc mirabile, quia lapides non portabantur ad structuram nec vehebantur, sed Conversi, ordine stantes in loco quo coacti fuerant, projiciebant a primo usque ultimum, & ille ultimus juxta Ecclesiæ structuram deponebat. Obiit autem 5. Calendas Junii centum quasi pater Monachorum ad laudem Dei qui est benedictus in secula, Amen.

EGBERTUS ABBAS V.

Post *Eylwerdum* præfuit venerabilis vir *Egbertus*, qui anno suo secundo consecrari fecit * quindecim altaria, decimo sexto anno post inchoationem Ecclesiæ: huic prædixit *Rigardus* noster quod futurus esset Abbas, sed non diu viveret, sicut contigit, quia tantum tribus annis præfuit, & obiit 7. Idus Junii in senectute bona, non minus virtutum quam dierum plenus.

* Altaria adhuc XV.

EPPO ABBAS VI.

Hoc quoque mortuo præfuit Dominus *Eppo* Abbas VI. loci istius 5. annis minus 15. septimanis: hic fundavit Monasterium Sanctimonialium in Campo S. *Mariæ in Assen*, anno creationis primo, Anno vero incarnationis Domini 1258. & Abbatiam filiam nostram secundam anno suo secundo [a] ad S. *Benedictum in Menterna*, aliàs *Termunt*: ipso die autem translationis Benedicti immissus est *Eltatus* Abbas cum 12. Fratribus, quorum nomina sunt hæc, Frater *Eppo de Mentervalt* oriundus, Frater *Titardus*, Frater *Haiko*, Frater *Wigboldus*, Frater *Hylke*, Subprior, Frater *Ludolphus* [b], Cellarius major, Frater *Heiko* Succentor, Frater *Syardus* Prior, Frater *Fridebertus* [c] Vestiarius, Frater *Emleko* Cantor, Frater *Ludolphus*, Magister Novitiorum, Frater *Sicco*, Diaconus: nomina autem Conversorum scripta sunt in libro vitæ. Item Anno Domini 1300. minus uno translatus est Conventus *de Mentervalt*, sive de Campis Sylvæ, ad locum qui dicitur ad S. *Benedictum in Menterna*, in festo S. Stephani Papæ & Martyris, sepultis tribus Abbatibus in priori fundatione in quadam Capella Campis Sylvæ, jam sub aquis *Dullarti* salsissimis. Longo post tempore Dominus *Boyngus* Abbas XVII. istius Monasterii reformavit non solum ipsum Monasterium in temporalibus, verum etiam totam Frisiam in spiritualibus, eo quod esset Visitator & Commissarius totius Provinciæ auctoritate Capituli Generalis; & Monasterium Canonicorum Secularium in *Sibekeloe* fecit Monasterium nostrum, & Monasterium Monialium in *Teske*, quod fuit sub nostra visitatione, ordinavit ut esset sub regimine & visitatione *de Sibekeloë*, volens eis præstare gratiam ut & ipsi haberent aliquam filiationem. Et hic venerabilis noster Abbas Dominus *Eppo* obiit Anno Domini 1262. ipso die *Albuini* Episcopi.

GEYKO ABBAS VII.

Post *Epponem* electus Dominus *Geyko*, Abbas VII. hujus Monasterii, qui rexit quasi 6. annis, & regnavit parvo post tempore: obiit sicut ipsi prædictum fuerat a S. *Rigardo* præfato, cujus ipse prius oculos clauserat; siquidem iste S. *Rigardus* prædixerat duobus Monachis quod essent futuri Abbates, & quod neuter esset habiturus gratiam Fratrum, sicut etiam contigit: si quis autem scire voluerit vitæ *Rigardi* sanctitatem, insuper & miracula, quæ Dominus per eum tam in vita quam post mortem operari dignatus est, legat tabulam imagine ejus depictam metro prosaque conscriptam, & inveniet luce clarius eundem, (quoniam longum est hic omnia inserere) in omnibus totius sanctitatis exemplar perfectissimum, & in omni facultate non mediocriter eruditum. Obiit autem postquam annos 36. & amplius hic in Monasterio, Domino die noctuque in omni humilitate servivit, senex & plenus dierum Anno Domini 1266. Legerat quippe Parisiis publicè ante conversionem suam: ejus corpus ante introitum Ecclesiæ juxta imaginem Beatæ Virginis est sepultum, & postmodum ossa ejus in domo Capitulari in ipso altari pro reliquiis honorifice collocata sunt. Item dedicata est sub eodem venerabili Patre *Geykone* Ecclesia nostra ad S. *Bernardum in Adwert* Anno 1263. & majus altare, cum quinque altaribus: emit præterea prædicta prædia [d] *Grangiæ in Everswolt*, a communitate civium *in Suidtlaren*, cui *Grangiæ* postmodum Episcopus in dedicatione novæ Capellæ, propter amœnitatem loci, nomen Hortus S. *Bernardi* imposuit, conferens 45. dies indulgentiarum ita nominantibus locum. Obiit postremo in profesto *Viti* Martyris, Anno Domini 1268.

EGGERDUS ABBAS VIII.

Mortuo *Geykone* electus est *Eggerdus* Abbas VIII. qui rexit Conventum suum 19. annis: hic anno ejus primo dormitorium Monachorum ædificari fecit, quo consummato Abbatiam quoque noviter construxit: fecit præterea fundi lavacrum æneum ante refectorium, in quo Fratres manus abluerent antequam altare, vel mensam accederent; in quo lavacro Romana littera hi versus sunt conscripti:

Sordes mentales magis ablue quam manuales,
Inficiunt tales quia plus quam materiales;
Hoc non carnales sapiunt, sed spirituales.

Etiam erexit crucem in choro Conversorum, cum maximis reliquiis, quæ feruntur locutæ ad quendam Conversum, dum nimis affligeretur, inquiens se multo majora perpessum, quam ille pateretur in tentationibus, ut eum ab æterna morte eriperet. Tandem ipso die *Ambrosii* obiit Anno Domini 1287.

a De duobus his Cœnobiis infrà.
b Cui potus & esca cura est.
c Cui non vestium tantum, sed & thesauri & Cimeliorum cura committitur. *Cangii Gloss.*
d *Grangia*, prædium, villa rustica; de qua infrà sub Trenta.

HERREBRANDUS ABBAS IX.

Quo defuncto Dominus *Herrebrandus* Abbas ix. rexit 4. annis: de quo nihil constat ut aliquid annotatione dignum reperiatur, quamvis laudabiliter præfuisse minime dubitatur. Obiit autem Anno Domini 1291. nonis Decembris, & in Capitulo nostro sepultus est.

RIPPERTUS ABBAS X.

Post hunc Dominus *Rippertus* Abbas x. rexit uno anno minus 8. septimanis: hic vir vitæ venerabilis atque per omnia laudabilis fuit, consummatusque in brevi, ut scribitur, explevit tempora multa; intempestiva morte præventus: plura mente proposuit, quæ suis posteris facienda reliquit. Obiit autem altera die *Mauritii* 1292.

ALBERTUS ABBAS XI.

Post illum vero Dominus *Albertus* Abbas xi. præfuit tantum 13. septimanis: de isto fertur quod etiam miraculis claruerit, nam leprosum quemdam ante portam sanavit: præterea de eodem reperitur in * *Scholæ Dei* ministerio scriptum, quod tempore transitus ejus quædam Sanctimonialis in † *Meerhuisen* in extasim rapiebatur, sicut nonnunquam solebat, cui cum multa secreta panderentur in visione Domini, cœpit etiam sciscitari de isto Domino Abbate in *Adwert*; cui mox divinitus responsum est; quid de illo interrogas, qui hodiè cœlestibus civibus adjunctus coronam suorum recepit meritorum? quæ mox suspiciens vidit illum in choro Angelorum exultantem, & post pusillum venit fama quod Dominus ille justus & rectus corde obiisset; scilicet 10. Calendas Jan. altera die *Thomæ* Apostoli, eodem anno quo suus prædecessor obierat: dicitur autem quod primo fuerit Abbas *Scholæ Dei*, & inde electus sit.

HENRICUS I. ABBAS XII.

Tunc post ipsum in regno cælorum absque dubio coronatum, *Henricus* Abbas xii. rexit 9. annis: hic magnum Infirmatorium exstruxit Monachorum, cum Capella sua & altari Anno Domini 1297. unde hi versus sequentes parieti ejus inscripti reperiuntur:

Abbas Henricus *virtutum verus amicus*,
Hanc infirmorum fecit Cellam Monachorum,
Ad laudem Christi pia virgo quem genuisti,
Semper & ad sancti Bernardi seu Benedicti.

Quæ quidem Capella consecrata est ab antistite magnifico D. *Emanuele*, Dei gratia Episcopo Cremonensi ac Comite, ac utriusque Juris Doctore, qui *Emanuel* procurantibus æmolis propter partialitates Italiæ, cum amicis expulsus civitate sua & patria, solo amore justitiæ exiens de terra sua venit ad Monasterium nostrum *Adwerdense*, tunc religione & personis potentissimum, in quo tribus annis humanissime tractatus est, qui ductus ad orationem, locum sepulturæ baculo designavit, dicens: *Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam*, & eodem loco sepultus est, habens petram imagine sua inscriptam, hoc quoque epitaphium continentem:

HIC JACET EMANUEL, DEI GRATIA EPISCOPUS CREMONENSIS, JURIS UTRIUSQUE PROFESSOR, QUI OBIIT ANNO DOMINI 1298. IPSO DIE REMIGII EPISCOPI ET CONFESSORIS, CUJUS ANIMA PER MISERICORDIAM DEI REQUIESCAT IN PACE, AMEN.

Cujus meritis plurima miracula facta sunt, &c. Sed redeundo ad venerabilem Dominum *Henricum* Abbatem, scire convenit, quod miraculum maximum, de quo in passione ‡ S. Barbaræ legitur, contigit, scilicet, quod caput cujusdam amputatum ipsi loquebatur ad corpus repositum, confitebatur meritis precibusque B. *Barbaræ* Virginis, dum cum duobus Abbatibus, videlicet Abbate de Claro-Campo & Florido-Campo, ad Capitulum pergeret generale. Obiit altera die *Albuini* Episcopi Anno Domini 1301.

EYBOLDUS ABBAS XIII.

Eyboldus Abbas 13. post eum rexit 4. annis minus 6. septimania: iste dedicari fecit altare undecim millium Virginum a Domino *Widone*, Episcopo & Monacho Ordinis nostri. Obiit autem ipso die *Antonii* Confessoris Anno Domini 1305.

EYLARDUS ABBAS XIV.

Ipso vero mortuo *Eylardus* Abbas xiv. rexit 24. annis & 24. septimania: ejus temporibus facta est fames valida per omnes inferiores terras, ita ut inopia plerique deficerent; quod considerans benignus Pater * ollam miræ magnitudinis conflare cœpit Anno Domini 1315. in qua olla quotidie pulmentaria sive legumina pauperibus coquebantur, ne fame miserabiliter interirent: in cujus rei memoriam usque hodiè reservatur & multis ostenditur. Hic etiam erexit crucem in altari S. *Bernardi*, quæ multis claret miraculis usque in hodiernum diem: item dedicari fecit altare in Infirmatorio Conversorum, quod modo translatum est in Ecclesia ad Aquilonem, quam quidem domum Conversi tempore intermedio, dum idem Abbas pergeret ad Capitulum generale, infra sex hebdomadas nullo sudore fabricarunt; negaverat autem eis licentiam ædificandi antequam pergeret, veritus magnitudinem sumptuum: hic etiam venerabilis Pater Monasterium Sanctimonialium, * in *Tribus montibus* cum esset Ordinis S. *Benedicti*, & ad extremam devenisset paupertatem & desolationem, sub cura sua suscepit. Obiit 11. Kal. Maji Anno Domini 1329. * al. *Termunt*.

FREDERICUS ABBAS XV.

Fredericus Abbas rexit 21. annis: iste nobilis Capitaneus, natus juxta Monasterium hoc est ex domo Goykemannorum; multas fecit eleëmozynas, multaque instituit, de numero Monachorum, Conversorum, famulorum & candelarum in Ecclesia, multas reliquias exaltavit & honeste collocavit; præcipue in cruce deaurata: hic dedicari fecit Capellam animarum in Capitulo cum altari suo, & constituit ut ibi semper lampas ardeat; Capellamque juxta portam ædificavit, propter

* *Schola Dei*, Cistercientium, Abbatiæ titulo, ex Adoardino sub Ann. 1228. genitum Cœnobium, medio fere ab oppido *Aurica* milliari Germ. ex loco *Hense*, ex instituto verò, *Schola Dei* nuncupatum.

† Sacratarum Virginum ejusdem Ordinis Collegium pari ferè intervallo, sed diverso a latere *Auricâ* distans, cui *Meerhusi* nomen tribuunt. *Emm. rer. Fris. l. 9. p. 156.*

‡ Vide D. Tillemontii Annot. in Hist. Eccl. T. 3. part. 2. p. 55. 56.

* *Adhuc asservatur hæc olla in Xenodochio S. Spiritus Groningæ, vulgò 't H. Geests Gasthuys.*

mulie-

mulieres & pauperes, nec non Capellam in *Langewert* & in *Holmis*, & Ecclesiam in *Medis* ipse etiam fundavit Anno 1345. Monasterium Sanctimonialium parvæ *Adwert*, cujus novam Ecclesiam Episcopus dedicans ad S. *Annam* vocavit, conferens omnibus sc. illud Monasterium nominantibus 40. dies indulgentiarum. Fuit præterea Romæ pro Canonizatione S. *Rigardi* nostri, & S. *Emanuelis*, de quibus supra mentio facta est. Sed nimietatem expensarum veritus, infecto opere rediit. Cui tamen summus Pontifex pro labore suo & honore brachium S. *Margaretæ* dedit, quod in præsentiarum est in *Medis*, & a Christi fidelibus summa veneratione colitur. Item eodem anno quo idem Dominus *Fredericus* obiit, sc. Anno 1350. ipso die *Felicis* Episcopi & Martyris obierunt cum eo in peste *Allardus* Prior cum 44. Monachis, item Conversi 120. Scholares 29. & item sorores in Grangiis 19. sed numerus aliorum pro multitudine scribi non poterat, qui omnes requiescant in pace. Hujus *Frederici* tempore tanta fuit strages Frisonum, ut etiam Religiosi quique ad arma sumenda cogerentur: illa vero strages ab Comite Hollandiæ facta cognoscitur, ut patet ex scriptis. Hujus quoque *Frederici* tempore est factum illud nobile * passagium inter Prælatos ac Domicellos tam Frisiæ quam Drenthiæ, in quo summa pax & concordia fuit propter incursum alienigenarum gentium in Frisiam: at Groningenses promiserunt libertatem Frisonum contra quoscunque tueri Dominos, & ob honorem Frisonum murum suæ civitatis ab *Ebbinga* porta inclusive Groningenses destruxerunt funditus usque ad turrem proximam, ad Occidentalem partem *Buttringæ* portæ etiam inclusive cum omnibus suis intermediis, ut ligneus murus cum portis ligneis repararetur, & alia plura conclusa tunc fuerunt præsentibus omnibus prædictis Superioribus spiritualibus & secularibus apud *Selwert*, cujus tenoris litteræ apud S. *Bernardum* in *Adwert* conservantur, cum sigillis terrarum Frisiæ; *Hunesgoniæ*, *Fifelgoniæ*, *Drenthiæ*, *Groningæ*, *Vredewolt*, *Langewolt*, *Hummerze*, & octo Parochiarum: nam & antea sæpe Comites Hollandiæ infesti Frisonibus aliquando victores, aliquando devicti fuerunt, quia & Comes Gulielmus in Frisia interemptus est; hic in glacie durissima cum equo cecidit, & a Frisonibus in uligine & fossa sitis, hinc inde obtectis occiditur inermis, Hollandorum acie penitus prostrata Anno 1255. Postea autem Anno 1272. quidam Lotaringiæ Dux, nomine *Gothofridus* pugnavit cum Frisonibus Occidentalibus, assistente sibi *Gulielmo* Episcopo Trajectensi, & obtenta victoria cum ingenti præda Alcmariam intravit: quo audito Frisii Orientales cum ingenti exercitu novem septimanis Alcmariam obsederunt; sed Episcopo præfato revertente in subsidium Ducis obsessi octo millia Frisonum & ultra perierunt bello, anno . . . . Idem Dux *Gothofridus* utriusque Frisiæ Dominus factus est. Postea vero Anno 1276. *Theodoricus* septimus Comes Hollandiæ, Comitis *Florentii* filius, duo bella cum Frisonibus gessit hieme in glacie durissima; in primo bello 40000. in secundo 53000. Frisonum utriusque sexus ceciderunt tam fœminæ quam viri. Postea ad tempus aliquod sub Dominio Comitum Hollandiæ fuerunt usque ad Annum 1345. tum Comes Hollandiæ *Wilhelmus* a Frisonibus interemptus, & in *Florido Campo* sepultus.

* Iter institutum, expeditio, &c. ex Cangio in *Glossario*.

HOPTATUS ABBAS XVI.

Post hunc *Hoptatus* Abbas XVI. rexit, duobus annis minus 8. septimanis: hic Friso natus multa bella cum suis Conversis gessit, qui quidem † Conversi tunc pauciori numero remanserant, sed & ipsi pauci libertatem Frisiæ defensabant: nam priscis temporibus fere ducentos Conversos, atque centum minus unum Monachos regulariter tum vixisse certa seniorum nostrorum relatione compertum est. Contigit aliquando Groningenses prævaluisse contra Conversos nostros; unde unus Conversorum in crucem impegit, quæ adhuc ante portam aquilonarem conservatur, statim corruens incurrit amentiam, & tertia die exspiravit; sed tandem nostri prævaluerunt, & Groningenses magna data pecunia nobiscum confœderati sunt. Invenitur etiam quod propriam habuerint monetam in Conventu: sed & Rex Daniæ *Regnerus*, percepta magna nimietate Fratrum & sanctitate hujus Monasterii, silvam nobis dedit in terra sua, quæ usque hodie silva Monachorum dicitur, & phialam argenteam, nomine suo insignitam: sed & Hamburgenses nobiscum confœderati sunt similiter apud portum qui *Staden* dicitur, ubi nautæ omnes coguntur exactiones dare; nostri libere & sine aliqua exactione transiverunt, quemadmodum literæ Stadensium quæ apud nos sunt optime testantur. Obiit Anno Domini 1352. 4. Kal. Junii.

Conversorum ingens aliquando numerus.

Jus cudendæ monetæ, aliaque Jura Cœnobitis istis concessa.

THYBOLDUS ABBAS XVII.

Thyboldus Abbas XVII. rexit 19. annis, & duobus annis ante obitum se sponte resignavit: tempore cujus fuere in tota Frisia multa bella, unde Conversi se victores exhibebant magnanimes: magister autem Conversorum stans ante altare, & præparans se celebrandum Missam, ut audivit hostes adventare, ornamenta sacerdotalia exuens, animaturus Conversos ad portam processit, ibique pro libertate Patriæ occubuit. Fuerunt autem tunc animosi Frisones, libentius mortem sustinentes quam libertatem amitterent, aut alicui ingressum tribuissent; præcipuè Conversi hujus Monasterii, qui plerumque 500. ad bella procedebant ex hoc Monasterio, quando simul congregati erant de Grangiis, nam servilem conditionem nimis exhorrebant, ob sæviriam Principum, quod ante experti fuerant, sicut invenitur in Chronicis Hollandiæ, quod tempore Ludovici Imperatoris quidam Godofredus Norwegiæ Rex, subjugatis sibi Frisonibus coëgit eos, ut singuli duodecim annos nati aut ultra funiculos in collis gererent. Sed post aliquot annos propter nimiam crudelitatem idem Rex in Britannia cum omnibus fere militibus suis prostratus bello interiit, & Frisones per Carolum Imperatorem ab illa servili mancipatione fuerunt restituti libertati. Obiit autem iste venerabilis Dnus *Thyboldus* Anno Domini 1371. Idibus Maji.

RIPPERTUS ABBAS XVIII.

Tum isto defuncto præfuit *Rippertus* Abbas XVIII. annis 29. Iste studens Parisiis, fuit vir bonus, pacificus & in temporalibus satis providus; natus ex *Fredewolt de Midwolda*, multas inimicitias & gerras, aut partialitates contra Conventum illum excitatas terra marique sedavit,

† *Conversi*, *oblati* & *donati* sæpè etiam dicti, in Monasteriis dicuntur laici Monachi, laicis exercitiis & Monachorum obsequiis addicti, ex Cangii *Glossario*.

quia tunc tota Frisia cœpit pacifice vivere in libertate, quæ ante moltis annis quasi continuis variisque attrita erat bellis & adversitatibus. Iste pius pater multos thesauros pro Conventus sui utilitate studiose cumulavit, quos successori suo largiter, imo prodigaliter reliquit exponendos: erat autem multum dilectus omnibus Capitaneis & * Domicellis totius Frisiæ; ideoque illi prospere successit, siquidem hoc requirit timor Dei in religiosis, ut temporalia crescant, sicut e contrario contemptus religionis, ut annullentur & decrescant; quod luce clarius pene in omnibus religiosis quotidiè cernitur. Tandem obiit Anno Domini 1400. 5. Idus Febr.

MENARDUS ABBAS XIX.

Post hunc *Menardus* Abbas XIX. rexit 21. annis: iste fuit tempore Concilii Constantiensis in consilio Domini Papæ & aliorum Episcoporum, eo quod omnes Prælati Alemanniæ illic adesse præciperentur, de quo etiam qui aderant referebant, quod non erat ei similis in toto Concilio in staturæ elegantia, formositate, eloquentia, vocisque sonoritate; habuit autem vocem tubalem resonantem dum loqueretur, habuitque nihilominus sermonem coram omnibus, quia vir fuit doctus & litteratura ingenuus; quare ad reverentiam ejus summus Pontifex Episcopalia ipsi concessit insignia, quibus tamen uti noluit ulla præcum instantia in vita sua: fuit proinde multum largus atque † dapsilis, at cum libenter & frequenter in civitate Groningensi versaretur, ibidem pestilentia obiit Anno Domini 1421. tertio Kal. Aug.

SACHERUS ABBAS XX.

Et huic Domino *Menardo* successit *Sacherus* Abbas XX. Hic rexit 2. annis & 18. septimanis: qui cum venisset ad Episcopum Monasteriensem petens humiliter, ut ordinis est, benedictionem, respondit Episcopus nisi tantum daret, quantum prædecessor suus Dominus *Menardus* dederat, 100. videlicet scuta Philippi Regis Francorum, quemadmodum in Annalibus reperitur, minime obtineret; respondit *Sacherus*, & nunc adscribatis, quod venit unus qui penitus nihil dari voluit, & sic absque Episcopali benedictione recessit: postea tamen perrexit ad Osnabrugensem, a quo facile impetravit quod alter simoniacè dare voluit. Fuit autem studens Coloniensis, dictator & scriptor egregius in omni pene instrumento musico, psallere sciens, lætus & bonus conviva, spiritualis nihil; quapropter Monasterium hoc pervenit ad extremam paupertatem, ita ut Fratres in refectorio serum, vel lac acidum biberent pro cerevisia, butyrumque & alia cibaria metiebantur eis: contigit ut aliquando cum honestis viris quibusdam hospitibus deambularet per Monasterium, ostendens mirabilem structuram hujus Monasterii, atque varios antiquorum labores; tunc unus de eis ceteris sapientior dixit ei: Domine Abbas ad vestram profecto confusionem hæc nobis ostenditis, cum patres vestri hoc in paupertate tam sumptuose fundaverunt, vos autem finitis cadere constructa & non potestis in pristino vigore continere. Hæc sufficiant; nam plura supersunt, quæ non ædificant. Obiit Anno 1423. 16. Kal. Jan.

* Id est, junioribus dominis & nondum equestri dignitate donatis, ex *Buchelio* in *Bekam*.

† Profusus, præcipuè in cibis; *dapsilis est dapidus, aliis quoque rebus largus*, Ebrard. Bethun.

RODOLPHUS ABBAS XXI.

Et isto defuncto præfuit Dnus *Rodolphus*, cognomine *Vrise de Groningen*, Abbas XXI. qui rexit annis 26. & 1. septimana; vir pulchra facie, & ut fertur, venusto aspectu: sed hæc gratia vana est, nisi etiam virtutibus adornetur; idcirco pauca ejus facta subnectimus, quatenus prudens lector ex parvis magna conjiciens facile intelligat, quanti boni causa & origo fuerit, qui hoc Monasterium primo reformavit, quoniam, ut supradictum est, cum Monasterium nostrum ad extremam pervenisset paupertatem tam in temporalibus quam in spiritualibus, & etiam defectum personarum, sane omnia per eum reformata sunt. O virum vere laudibus extollendum, imo omni veneratione dignissimum, qui non solum præsentibus, verum etiam posteritati prodesse voluit! Hic Anno 1433. consecrari fecit altare S. *Antonii*, Capellam juxta portam noviter reædificavit, turrim Ecclesiæ a fundamento ligneo usque ad summum erexit, aquæductum construxit, tectum totius Dormitorii & Bibliothecæ petris contexit, & multa ædificia turpiter collapsa non sine magno labore restauravit. Postremo Anno Domini 1449 ipso Sanctorum Innocentium die sub prima Missa obdormivit in Dno habens lapidem baculo Pastorali insignitum sepulchro suo superpositum.

Cœnobii restaurator egregius.

Capella.

HENRICUS II. ABBAS XXII.

Cui successit Dnus *Henricus de Rees* Abbas XXII. qui laudabiliter rexit 36. annis minus uno mense, & multa reformavit in temporalibus & spiritualibus: fuit sobrius, cantor egregius, largus eleemosynarum distributor & studiosus, prædicator egregius; Dominus quoque ipsi dederat linguam eruditam, ut sciret quem deberet proferre sermonem: pomarium Abbatiale exstruxit, ab altera parte Monasterii muro circumdedit, quem quidem murum Groningenses jam penitus contriverunt, duas piscaturas effodit, agros & prædia multa comparavit, & tamen semper plus erat spiritualibus quam corporalibus intentus: erexit præterea in majori Ecclesia tria altaria, sc. *trium Regum*, *Annæ* & *Eligii*. Ecclesiam etiam intus renovavit, & desuper tectum induxit; unde hi versus in laudem ejus in eadem Ecclesia scripti sunt, quos fecit Dominus *Arnoldus Gryp*, tum temporis Supprior:

& altaria

Luminis hoc templum stat, nobiliter renovatum
Virgineum claro post partum scilicet Anno
M.CCCC. *quater, semel* L. *septenaque lustra gerente*
Sub Domino Henrico de Rees *Abbate benigno.*
Hic Pater insignis claustro qui pluribus annis
Præfuit haud aliter radians quam stella valente;
Non secus ac cedrus vel in alto monte cupressus.
Tum sermone potens, tum vir pietate refulgens,
Tum fama redolens, tum digna laude quiescens.
Quem favor Excelsi jubeat nunc luce foveri
Perpetua, summique frui dulcedine regni.

Hic itaque venerabilis pater cernens sibi mortem præ foribus stare, advocato Dno Abbate de Claro-campo, sponte coram cunctis dignitatem resignavit, ut & ipsius consilio bonum & idoneum sibi Fratres successorem eligerent: quibus peractis, sex septimanas supervixit, & feliciter, ut spe-

speramus resolutus est in morte, cujus corpus in sarcophago lapideo positum domus Capitularis medio, requiescit in pace. Obiit autem die *Andreæ* Apostoli Ann. currenti 1485.

WOLTERUS I. ABBAS XXIII.

Post ipsum *Wolterus* Abbas XXIII. ex Drenthia oriundus, huic Monasterio 9. annis minus 5. septimanis tam in temporalibus quam in spiritualibus præfuit laudabiliter: vir vitæ profecto venerabilis & magni consilii, vehemens zelator Ordinis, humilis, sobrius, nulla curiositate notabilis, ac pro pauperum Monasteriorum utilitate laborator indefessus. Hic etiam ampliavit possessiones nostras, novam coquinam Conventus exstruxit, duo altaria unum in Ecclesia, alterum in camera nigra consecrari fecit, novam etiam Capellam in Grangia nostra juxta *Roden* (loco qui infernus diccbatur, nunc autem paradisus) * - - - - - - Obiit autem anno ætatis suæ 56. A. D. 1494. ipso die gloriosi *Hieronymi*, sepultus sub lapide nomine suo intitulato, juxta prædecessorem suum, cum quo idem, dum viveret, cor erat unum, & anima una in Domino, ut collateralis & vicina sepultura uniret quos amor Christi ante conjunxerat, qui est benedictus in secula, Amen. ibi varia.

WOLTERUS II. ABBAS XXIV.

Mortuo isto successit *Wolterus de Rees* Abbas XXIV. rexit 5. annis & 4. mensibus, tempore cujus nempe A. D. 1498. tertia feria Paschæ, quæ erat ipso *Georgii* die, venit *Nythardus Foux* cum garda Germanica, sive cum tumultuariis militibus multis, qui plurima damna Monasterio nostro intulerunt, ut summa 8000. florenorum Rhenensium excederet: sed ne plura mala contingerent, 32000. florenorum receptis a Groningensibus & eorum subditis placati sunt, & nona post ingressum hujus Monasterii die via qua venerant redierunt cum præda magna. Nec mirum, nam idem *Foux* Capitaneus & ductor omnium aliorum satellitum, quemadmodum fatebatur ipsemet, nocte præterita adeo exterritus fuerat, ut amodò in Monasterio manere minime auderet; imago etenim B. *Bernardi* juxta altare ipsius in Ecclesia admodum miraculosi sudare visa est, sicut a veridicis hoc ipsum videntibus & sudorem extergentibus . . . . de quo nulli dubium, qui permaxime loco suo condoluit: in quo tam dissimiles fratres tum temporis habuit. Item anno sequente occurrerunt iidem Groningenses armato milite, ipso die *Mariæ Magdalenæ* eidem cum suis in *Kropswolde*, ubi interfectus est, cum trecentis electis viris, qui eum ipso devenerant, & facta est lætitia magna in populo. Fuit autem venerabilis Pater iste forma egregius, maturis moribus, litteratura mediocriter eruditus, sed in temporalibus maxime expertus: unde fenestras per claustrum Monasterii sectis lapidibus reparavit; Aulam etiam australem Abbatiæ cum fenestris suis renovare fecit: fecisset nihilominus & alia, si licuisset per valetudinem; nam a principio regiminis sui usque ad finem vitæ, adversa crurium valetudine laboravit. Illud sæpe memorans; hic ure, hic seca, & in æternum parcas. Obiit altera die Scholasticæ Virginis, A. D. 1500. sub lapide nomine suo intitulato sepultus.

* Hic est lacuna in Chirographo.

HERMANNUS ABBAS XXV.

Post ipsum Anno eodem 1500. ipso die Petri ad Cathedram evectus est *Hermannus de Vreden*, vir honestæ vitæ, morigeratus & zelator Ordinis eximius. Quapropter quibusdam minus dilectus resignavit Abbatialem dignitatem, in præsentia omnium Abbatum Frisiæ Ordinis nostri, servata sibi annua pensione, postquam 4. annis, 3. septimanis præfuit. Item anno ejus primo *Albertus* illustris Dux Saxoniæ obsedit Groningam, & tandem facta inter eos treuga discessit, & parvo post tempore in Embdam usque deveniens, diem clausit extremum. Anno istius Abbatis 4. appensa est imago B. Mariæ Virginis in medio chori, ante cujus imaginem lampas cum tribus cereis jugiter dependens, semper ad *Completorium* de Domino accenditur, ut Fratres tanto devotius postmodum *salve Regina* decantent. Vixit autem iste venerabilis Pater post resignationem suam annis 12. & 2. quasi mensibus in omni humilitate & infima cordis devotione, de nullo se intromittens, ac si ultimus in Congregatione esset, soli Deo & sibi vacans, prorsus amore decretorum electionis suæ, annualem pensionem resignavit, volens pauper mori Monachus, quod & factum est A. D. 1516. in profesto *Sylvestri* Papæ, & in Capitulo nostro sepultus est ad australem partem, requiescat in pace, Amen.

BERNARDUS I. ABBAS XXVI.

Post resignationem D^ni *Hermanni* Abbatis, præfuit *Bernardus* Abbas, de Groningen oriundus, tantum uno anno minus 5. septimanis, cujus corpus in Capitulo sepultum jacet cum prædecessoribus.

BERNARDUS II. ABBAS XXVII.

Cui successit *Bernardus a Doesborg*, Abbas XXVII. Vir grandævus, sed totus pacificus, optimus dictator & spiritualium filiorum suorum indefessus amator. Cujus tempore civitas *Groningen* iterum fuit obsessa a Regentibus Ducis Saxoniæ, qui etiam non parvum Monasterio damnum intulerunt, pro quo generosissimus & illustrissimus *Georgius* Dux Saxoniæ 1000. postmodum florenos Rhenenses nobis reddi jussit, quos in prompta pecunia recepimus in 5. annis, singulis annis 200 Rexit autem venerandus Pater duobus annis minus 3. mensibus, & mortuus est ac sepultus in domo Capitulari sub lapide ad caput, nomine suo intitulato, cujus anima requiescat in pace, Amen.

ELBERTUS ABBAS XXVIII.

Anno 1507. die 4. Coronatorum rursus electus est D^nus *Elbertus de Rees*, Abbas XXVIII. qui vir divina quadam dispensatione huic Monasterio concessus videtur, ut necessitatibus nostris subveniret, pro temporum illorum conditione varia & periculosa. Nam veluti *Aoth* quidam ambidexter in religionis disciplina & spiritualibus diligentissimus observator & custos erat, ac in rebus seculi ab otio Mariæ ad Marthæ negotium se transferens mira quadam gratia, & no-

bis utilissima & necessaria valuit; apud Principes, Optimates, belli duces, cæterosque hospites omnes affabilitate quadam sua jucundus, & liberalitate simplici gratissimus, pauperes fovens eleëmozynis datis, & consolatione, delinquentibus Fratribus castigator clemens, & pœnitentibus semper benignissimus, quatenus tamen Ordinis disciplina non flaccesceret. Ipse etiam visitationem sibi a Reverendissimo Domino Cisterciensi commissam diu sollicitis studiis, cum laude, religionisque fructu, per totum Frisiam exercuit. D. Virginis Matris cultor & amator studiosissimus fuit, altare ejus ante valvas aquilonis in Oratorio reponi curavit, & Aulam Abbatialem a pavimento in summum renovare fecit. Suis temporibus, An. fe. 1513. illustrissimus Dux Saxoniæ Georgius potentissimo ac egregie instructo exercitu Groningam frustra oppugnavit, & Frisiam Comitis Emdensis Orientalem: ubi in obsidione Arcis, quæ *den Oort* vulgò dicitur, Henricus Dux de Brunswyk senior, pila cranium trajectus ex bombarda, occubuit in Vigilis Johannis Baptistæ. Militabant enim cum Georgio Saxoniæ Duce, Dux Henricus pater & filius, Ericus quoque de Brunswyk & Philippus de Grobbenhagen, Duces omnes præter Henricum seniorem, in Monasterio nostro multis mensibus conversantes; quibus omnibus, præcipuè tamen ipsi Georgio acceptissimus fuit semper *Elbertus* noster, apud eos in multis sæpe causis personarum & rerum Frisiæ, oppidique Groningensis, non utilis modo, sed & necessarius intercessor. Eodem anno ipso die S. Dominici Confessoris, quæ est 5. Augusti expugnaverunt Duces prædicti oppidum *Dam* armata manu, occisis ibidem 1300. viris, quoniam major pars in templo Parochiali, ad quod confugerant, cæsa est, ut ad talos usque in sanguine vaderetur. Eadem quoque æstate pestis inguinaria grassata est in Monasterio nostro, non inter seculares modo & milites stipendiarios, quorum 600. fere mortui sunt, sed etiam inter nostros sacerdotes, quorum 18. cum Priore *Wicbero de Zwollis* sublati sunt e vivis. Hyeme sequente illustris Dux Gelriæ valido exercitu Groningensibus Dominus factus est, recepto ab eis juramento, & homagio publico in se & hæredes suos perpetuo. Arx diruta funditus, quam *Edzardus* Comes Emdensis ad portam oppidi Orientalem exstruxerat. Frisiam quoque Occidentalem, eodem mense, alio exercitu idem Gelriæ Dux magna ex parte occupat, per mare invadens propter Frisonum dissidium; auctore *Janneke Douwens*: tum etiam in festo D. Thomæ Apostoli Groningenses & Saxones eos ex Monasterio nostro oppugnaverunt, nulla nostra voluntate aut culpa, tamen invadunt Monasterium nostrum, spoliantes ac diripientes omnia ad minimum usque quadrantem. Præfatus igitur Pater venerabilis anno officii sui 17. mensibus 3. quasi eum jam non sine magna omnium laude summaque industria, virtute ac diligentia ornatus fuisset, corporis imbecillitate gravatus, senioque fractus regimini & oneri amplius præesse non valens, sed exonerari cupiens, dictam Abbatiam, matura deliberatione præhabita, resignavit, annua nihilominus pensione sibi servata, sic Deo O. M. ac sibi vacans annis 4. eum jam oculorum lumine fuisset orbatus patientiam Tobiæ imitabatur, quem Fratres sæpenumero consolantes, hoc quoque retulerunt illi de Didymo Alexandrino, cui amisso visu Deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonavit, quem consolans D. *Antonius* fertur dixisse: non te conturbet, ô Didyme amissio sensibilium oculorum; tales enim oculi tibi desunt, quibus & muscæ & culices nocere possunt, sed gaude potius quoniam babes oculos quibus etiam Angeli contuentur, per quos videtur Deus & ejus lumen inspicitur. Ipso die *Eligii*, Episcopi & Confessoris, naturæ Deoque concessit: appositus est patribus suis in domo Capitulari, habens lapidem suo nomine insculptum; cujus anima in perpetua pace requiescat, Amen.

LAMBERTUS HELDT ABBAS XXIX.

Interea dum hæc aguntur, electus est Dnus *Lambertus Heldt*, qui vivo adhuc Dno *Elberto* ad quadriennium pene, summa cum laude officium administravit, oriundus ex nobilibus Groningensibus, quos vere nobiles oportet fuisse ac generosos, qui tam generosam ediderunt prolem, qui cum apud suos in non minima existimatione, nec minore deliciarum delectu vivere potuisset, statuit omnium potius facultatum copiam exuberantiamque contemnere, quam animum hisce dedere atque mancipare, cum divitem existimans, qui divitias spernere didicerit, quique sua sorte contentus sit, cum vere nobilem esse: Dominus, inquam *Lambertus Heldt*, cui totius Ordinis consensu functio ab *Elberto* deposita, delegata erat, Abbas creabatur. Nam eum haud dubium probitatis specimen per id temporis edidisset, quo, superstite adhuc *Elberto*, per quadriennium prudentissime, cumque omnium laude, res Monasterii administraverat, non diu ambiguis votis de successore controversum est. Cujus virtutes, rerumque gestarom decus, consilii morumque promptitudinem, & reliqua quæ in commendando homine considerari solent, quæ dignis encomiis prosequi difficile est, placuit summa rerum fastigia paucis perstringere & brevitati consulere. Natus est Groningæ parentibus civitatis nobilissimis, morum civilitate ac familiæ decore florentibus. Qui etiamsi ignobiles vixissent prius, tamen ex illo laudabili filii officio, quod certissimum erat virtutum ac veræ nobilitatis indicium, non potuerunt non esse famatissimi. Est vero magnum imprimis pietatis ac religionis argumentum, quod valedicto omni voluptatum genere, quibus per fortunam affluere licuisset, solitariam banc vivendi rationem elegerit, maluerit que omnem in Christianæ Philosophiæ exercitatione ætatem consumere, quam mundi sequi præstigias: hunc autem in religionem præcipuum amorem adeo factis expressit, ut, quemadmodum ab ejus æqualibus accepimus, cum morbus aliquando subito proficiscentem corripuisset, cohiberi non potuerit ut corpus curaret, quin maximo itinere properaret, adfuturus ad eam horam, quæ cantandis D. Virginis hymnis destinata ex consuetudine erat: remissiore paulum fuit ingenio, ut nonnullis in contemtum abierit; quidam etiam ad res novas animum adjicerent facilitate ejus abusi, quorum studium cum a se rideri intelligerent, quia austerius repressérat, aliam in se tragœdiam excitavit, multa passus convitia propter subitam, eamque acriorem vitæ Monasticæ correctionem. Eam domicilii partem, ubi tonstrina est magnis impensis instauravit, picturis diversi argumenti intus ornavit concameravitque: S. *Emanueli* Episcopo Cremonensi monumentum ex candido lapi-

lapide exſtruxit ; ad ſummi altaris gradus duas columnas ſtatuit imagunculis atque acantbo incruſtatas ; Pauli quoque Apoſtoli ſimulacrum, quod in medio choro, eadem prorſus arte fabricari curavit ; ut & illas columnas, quæ ab Oriente ſacrificaturis objectæ ſunt. Plura monumenta, quibus ſuam poſteritati memoriam conſecraſſet, proculdubio relicturus erat, ſi vita diuturnior ſuppeditaſſet. Moritur Anno 1528. 6. Kal. Maji ; gubernavit annis propemodum ſex, patrumque anteceſſorum tumulis illatus eſt, lapidi, quo oſſa teguntur, pedum ex ærea lamina impoſitum eſt.

JOANNES REEKAMP ABBAS XXX.

Quo anno ex vivis *Lambertus* deceſſerat, *Joannes Reekamp* Abbas paribus omnium ſuffragiis eligitur eo die qui Philippo & Jacobo Apoſtolis ſacer eſt ; vir haud dubie qui unus omnes antecelluerit & naturæ dotibus & eruditione, quæque res in gubernando plurimum poſſunt, eloquentia & gratia, naturæ quodam privilegio, adeo eximius, ut quæ præſtantiſſima univerſo hominum generi dona erogari a ſummo Deo ſolent, in hunc unum velut auguſtiſſimum ſapientiæ aditum collata, uno ore affirmarent. Patriam habuit Groningam, parentes plebejos, quibus tamen ſtudium in filio, boneſte eum educando, tum inſtituendo, nullum defuit : cujus rei teſtimonium ſumma cum honeſtate pietateque acta vita omnis eſſe poterit ; & nobis, quibuſdam familiaris ejus conſuetudo fuit, & aliis, apud quos virtutum commendatio citra hominis notitiam per ſe abunde valet. De concionibus autem quid dicere attinet, & de mirabili in dicendo artificio, in quo promptiſſimam naturæ vim cum arte, quam aſſidua exercitatione orandi confirmaverat, acerrimo conflictu pugnare videre erat. Hac vero tam dicendi magiſter erat, quam eorum omnium quæ ad vitæ & morum inſtitutionem pertinent vivum velut exemplar ; unde tanquam ex ore aliquo ſibi vitæ quiſque purioris exempla fingere potuit: quam ingenii ſolertiam orationiſque ſuavitatem non certis clauſit terminis, neque aut privato ſtudio & velut ſolitario ornamento ac lucro adſtrinxit, ſed in ſtabilienda patria ac Monaſterii concordia pene omnem abſumpſit: quæ res facit ut quamquam tacitis votis omnium judicio dignus haberetur, cui quamplurimum auctoritatis & gloriæ etiam in rebus civilibus tribueretur, animi is candor erat, ut miſſis ambagibus protinus profiteretur quid verum aut ſecus eſſet, id eſt, ut explicator ſim, (* videtur gloſſema) *plane ſimulandi diſſimulandique neſcius* ; tam promptus de omnibus bene merendi, ut aliquando indignis etiam ſuam opem non negaret. Liberalis quidem in omnes, ſed maxime in bonarum Litterarum ſtudioſos ac eos domeſticos, quibus res erat anguſta domi & curta ſupellex, fide tamen candidus & incorruptus, ut in neminem verius quam in illum competeret vulgare illud dictum, dignus quî cum mices in tenebris. Ad ejus laudem hoc accedit, quod ad mediocrem eruditionem mirabilem morum attulerit innocentiam, ſapientiamque ſingularem cum eadem ſtupenda eloquentia conjunxerit, ut qui non modo vitam ab omni dedecore conſervarit immunem, verum etiam famam, quæ pene nuſquam non celeberrima de eo percrebuerat, nulla unquam ſiniſtri rumoris aſperſit nubecula. Porro quam civium Groningenſium amator, quam Reipublicæ communiſque utilitatis ſtudioſus fuerit, nemo ignorat ; ſinceræ religionis cenſor, concionator egregius, & ab ſuperſtitione alieniſſimus, cui tanta virtutum omnium concordia, tantuſque omnium laudum gloriæque concentus contigerit, ut nihil ejus ſeveritati hilaritas, nihil gravitati ſimplicitas, nihil denique majeſtati detraxerit humanitas. Porro vero pius & maxime colendus Pater tam habebat ætatem ſuſceptis laboribus parem viribus, judicio atque memoriæ, ut illi numerus annorum non ſolum eorum nihil abſtulerit, ſed auctoritatem illi multo majorem pepererit ; unde factum eſt, ut ſexagenarius, vel ætate etiam provectior, exercuerit ſingularia ingenii vim atqua præſtantiam. Poſt ergo egregias dotes, virtutes atque officia, quibus omnes juvare ſtudebat, ædificavit in Monaſterio noſtro Aulam æſtivalem in horto Abbatis, domo non imparem, parietibus optimis tabulis adornatis ; cœnaculum, in quo Monachi noſtri carnibus veſcuntur, fecit renovari, hiſtoriis utriuſque Teſtamenti in depictis tabulis affixis parietibus: ſummum etiam altare, quod tempore *Lamberti Heldt* prædeceſſoris inchoatum erat, eadem arte & induſtria ad perfectionem deduxit : item D. Virginis in ſeptemtrionali parte templi pictoris arte decoravit, ſicut & ejus ſacellum cum æratis altaribus, quod eſt ſacrario vicinum, quam ornatiſſimum reddidit : præclariſſima quoque organa non renovavit ſolum, ſed etiam vario muſicæ artis genere cumulavit ; neque enim contentus fuit ex veteri opere conſtituiſſe novum, ſed ſi quid elegantius aut fingi aut excogitari queat, novo quodam additamento auxit, ut pene nihil in eo deſiderare poſſes. Præterea domum Capitularem a ſolo ad ſummum reſtauravit, tabulis ex ære optimo ad latus ſiniſtrum junctis, dextrum eodem modo exornaturus, niſi alia incommoda inſtitutum impediviſſent. Majorem inſuper Abbatiæ Aulam, necnon Abbatis cubiculum à calce uſque ad verticem elegantibus appoſitis tabulis renovavit ; bibliothecam noſtram ornavit, non tantum librorum variorum magna copia, verum etiam ipſas ædes eleganter fulcivit. Ad hæc Groningæ in arce noſtra ſtudio magno non pauca reparavit ; majus videlicet atrium picturis ornatum reliquit ; gradus item illos lapideos, quibus ad D^ni^ Abbatis cubiculum aſcenditur, ipſum quoque Abbatis cubile ſumma commoditate ac diligentia reſtituens. Hæc omnia quamvis magna, ideoque perpetua memoria digna nemo negaverit, attamen minora ſi cum ſequentibus conferantur ; nam ædificia intervallis temporum collabuntur aut incendio abſumuntur, verum hæc, quæ nunc adjiciam, donec hoc quidem ſteterit incolume Monaſterium, peritura nunquam : quia enim libertate nimia fuiſſent uſi coloni noſtri factum eſt, ut libertas in contemptum aut licentiam ſit mutata ; negabant enim ſe parituros noſtro imperio, ac ceu Dominos legitimos agnituros, ſed ſe potius Dominos ac hæredes poſſeſſionum noſtrarum futuros : nam quantum volebant dabant, nullum præterea patiebantur imperium : quod cum noſtris ferendum non eſſet, res ad Judices delata fuit : qui tandem rem plane cognoſcentes, præſidente judicio perſonaliter ipſo D^no^ *Georgio Schenk*, Gubernatore generali Friſiæ, Drentiæ & Groningæ

* *Videtur Gloſſema*, hoc erat ad marginem ſcriptum eâdem aut ſimili manu.

gæ ditionis, locumque tenente oomine Regis Hispaniæ, hujosmodi tulere sententiam; ut Abbas optimum quemque caballum, simulque vas aureum præstantissimum, in domibus eorum deprehensum, a colonia auferret pro contumacia, nec ulli colonorum supra 60. jugera seu mensuras, idque nonnisi in sexennium, colendas & usurpandas traderet; quo factum est, ut sexto quoque anno eosdem agros a nostris jam porro redimere fuerint coacti: unde quantum emolumenti nostro Monasterio accreverit in annos singulos vir prudens levi negotio perspexerit. Sub finem vitæ in *Tribus montibus* duo ædificia noviter ab integro construxit, refectorium Sanctimonialium & domum earum Capitularem, eam item domum qua familiares hospites excipiuntur atque benignius tractantur, & coquinam sub uno tecto, anteriori templi structuræ sacellum adjecit; quo vix ad finem perducto, jam annis 21. & mensibus 4. completis, ibidem extremum Deo spiritum reddidit 3. Nonas Septemb. Ann. 1549. unde in proximum domicilium curru vectum corpus sepulturæ traditum, jacet in domo nostra Capitulari ad dextram ingredientibus, superposito lapide nomine ejus caractere insignito; anima ejus omniumque fidelium requiescat in pace, Amen.

GODEFRIDUS ARNHEMENSIS
ABBAS XXXI.

Eligitur mox, inque demortui locum substituitur Dnus *Godefridus*, ex *Arnhem*, *Gelriæ* oppido oriundus: vir ut sacrarum litterarum ac profanarum non omnino expers, sic artis musicæ peritissimus, de salute sibi commissi gregis, domi forisque, sollicitudinem gerebat non modicam, ne sc. aliqua ovicula vel errore, vel propria petulantique periret malitia: delinquentium quippe Fratrum castigator quidem acerrimus, sed amator tamen: peccantes enim in *Heli* more corripiendo lenibus, sed acrioribus verbis pariter ac verberibus studebat in rectas justitiæ religionisque vias deducere; sic tamen ut zelo bono cuncta, propriis affectibus tribueret nihil: pœnitudine namque ductos non modo pœna liberabat, sed etiam ut charissimos filios paterno fovebat amore: volens nimirum eo modo prædecessoris sui laudibus ac virtuti in regimine respondere; quod quidem nihilominus ei fuit facile factu, quippe nec cum eadem omnibus dona concedantur divinitus, nec unum sit idemque omnium mortalium ingenium, prorsus aliorum sese moribus accommodare, quis non rem difficillimam judicet esse: fecit tamen ut non inglorius viveret, Deum namque timens divinas leges, sacris voluminibus assidue invigilans, ex oculis, nedum ex corde removit nullatenus; unde fervens in officiis divinis persolvendis, ipse suggestum, populo Dei semen Evangelicum seminaturus, multoties magna cum gravitate auditorumque fructu conscendit. Et quoniam ipse libenter studiis inhærebat, honestos omnes Artium liberalium studiosos singulari benevolentia complectebatur, munera largiendo indigentibus. His breviter de pietate illius erga Deum, & benevolo in studiosos honestos animo dictis, transeamus ad ea quibus suum Monasterium nullis sumptibus parcens adornavit: excelsam autem atque magnificam cochleam, per quam in Abbatiam conscenditur, cum gradibus è candidis lapidibus, similiter & alteram qua è culina fit ascensus, inde & tertiam qua ad penuarium ex atrio majori descenditur, miro ornatu construxit. Deinde tres claustri ambitus magnis elegantissimisque vitreis fecit renovari, & transitum aquilonarem, ædi sacræ proximum, polito lapide struxit. Hinc egregium illud horologium cum præludio concentus musices, ad exemplum illius operis, quod est Groningæ in turri Ecclesiæ D. Mariæ Virginis *Ter A*, ab eodem magistro fieri fecit: Aulam Abbatialem picturis novis atque tapeto decoravit. Porro Grangiam, seu paradisum prope *Rhoden*, novo ædificio, cui ædiculam sacram cum ara conjunxit, sumtibus haud minimis, omnium Sibyllarum figuris & vaticiniis de Salvatore ac Dno nostro Jesu Christo parietibus appensis, ornatissimum non modo, sed & jucundissimum fecit, &, quod dictum oportuit, bibliothecam nostram multis probatissimorum Auctorum voluminibus auxit. Denique summi Pontificis Romani implorato diplomate, Regis Hispaniæ consensu, voluit Conventuales seu Sanctimoniales *Trium montium* ad collegium Virginum Vestalium in *Assen* transferre, eo quod hæ tunc temporis pauciores numero, illæ vero fortunæ tenuioris essent, quam ut commode & pro sua dignitate se sustentare possent. Sed voti sui compos fieri non potuit, utrimque simul nonnullis conatui ac desiderio obsistentibus. Attamen tres transiere, una Mechtildis nomine ætate matura, & duæ juniores, quarum altera Sacellana istius loci facta est: Bulla Pontificia nihilominus apud nos est in *Adwert*, qua permittitur Abbati pro tempore licentia, eas de *Tribus montibus* in *Assen* transferri, quando consensus utriusque Conventus intercesserit. Cum vero ad Annum 1561. satis graviter, nec minus pie suos pascendo protexisset, propter adversam valetudinem, imo lethali, ut omnes metuebant, morbo correptus, in præsentia Frisiæ Prælatorum maluit se magistratu abdicare, quam tot onera molestiasque resumere, licet, restituta post aliquot menses pristina valetudine sui corporis, easdem tolerare potuisset: accepta proinde annua pensione in suum sese paradisum prope *Rhoden* contulit, Deo sibique vivens: tandem cum Regius Eques per Drentiam rusticorum sumtibus aleretur, ut ille mores ac tumultus eorum non ferret, rediit in *Adwert*, ibi paulo post, sc. An. 1574 ipso S. Catharinæ die, hominum quidem ereptus, sed cælestium associatus consortio, in Capitulo nostro conditus in sepulchro Abbate digno: quiescat in pace, Amen.

ARNOLDUS LANTH
ABBAS XXXII.

Hoc regnante *Godefrido*, clavibus gubernationis Anno 1561. in profesto S. Gregorii Papæ acceptis, *Arnoldus Lanth a Peyse*, & ut in *Adwert* haberet domum, ad quam diverteret quoties e *paradiso* huc transmigrare libuerit, nigram illam cameram, quæ est e regione culinæ Abbatialis, disjecto ex ea altari, roboreis tabulis atque picturis ac lectis, & vitreis fenestris instructam Abbateque dignam, mox a principio suæ creationis habitationem fecit. Hic quidem propter in orando pro concione ad populum linguam non ineruditam, morum modestiam, atque affa-

affabilitatem, fuit vir non illaudatus: sed ubi ad clavum jam sedit, mutatus est; at non uti *Saul* in virum alterum: erat enim vir animo sincerus, pacis amans, mitis, benevolusque, imo bonus totus, nec ulli nisi sibimet ipsi malus, Latine mediocriter doctus, gratus civibus pariter ac colonis; nulli enim gravis unquam, sed heu! vinum & mulieres apostare etiam faciunt sapientes; quapropter tepidus paulatim & desidiosus cum fieri occiperet, perexigua divini cultus cura tangebatur, caballos saginando cum canibus venaticis, & dissolutius ipse vivendo; quid mirum si præbuerit Fratribus ansam vitæ liberioris, præsertim cum tam mitis atque propitius delinquentibus castigator exstiterit, ut nullum paulo majoris ætatis publice vel in os sit ausus redarguere, cum tamen a tergo cavillando quoslibet præter suum officium morderet: metuebat nimirum ne a correptis audiret, *Medice cura te ipsum*: quæ ejus nimia lenitas facile ei contemptum peperit, quem etiam auxit cum levitate animi tanto utique Abbate indignissima: rarius in choro, sed frequens in commercio, res Conventus nimium atterendo dilapidans: quare æs alienum conflavit & contraxit: sed, ut quæ nulla laude digna sunt silentio tegens, multa paucis complectar, mali patris mala exempla, mali filii, sed tamen haud omnes, sunt imitati; sub hoc nempe Abbate cœpit omnino irregularis vita inter nostros Conventuales, qui negligentes rerum Cœnobii & liberioris vitæ studiosi, otio & libidini tantum vacabant: quamobrem Occidentalis Frisiæ Prælati malis istis ut occurrerent, crebrius quidem, non ut non sine dedecore sic quoque non sine detrimento Conventus nostri visitaverunt, gregarios Fratres acrius quidem castigantes, hos abducendo secum, alios alio ablegando & carceribus mancipando, Abbatem etiam verbis acrioribus, imo sub pœna dejectionis admonendo, ut omnem turpitudinem fugiens in omni virtutum genere suis præiret discipulis, forma facta honestatis gregi suo. Sed quoniam Scriptura loquitur, quod stultus verbis non corrigitur, actum egerunt. At satis (ut est in proverbio) de quercu, ad jucundiora magisque utilia transeamus: nam pro ingenio & simplici candore animi sui in Monasterio nonnulla memoratu dignissima præstitit; Fossam enim Orientalem ab Aquilonari ad Australem portam oblimatam pœne, colonorum opera & impensis detergendo perpurgavit; ex agro deinde frumentario, ubi etiam tum olera cum herbis domesticis utrique culinæ Dni Abbatis sc. & Conventus necessariis & sufficientibus serebant, magnum illum & sumptuosum deliciarum hortum, in quo & labyrinthus est, non sine magnis impensis construxit, arboribus cujusque generis *Trajecto* allatis: ædificavit etiam Conventui refectorium hyemale, cui cochleam cum gradibus ex candido lapide, per quam fit ascensus in dormitorium, construxit: Laminam tum ferream, in quam ignis conjicitur, ante annos aliquot a Cellario emptam, invenit: Item magna artificiosa nec minus sumptuosa illa in choro templi sedilia, biennium integrum laborantibus, præter ipsum operis magistrum, 12. operariis peritissimis, construxit, chorum ipsum novis lapidibus exornans. An. 1566. in Vigilia Dominicæ *Invocavit*, ultima manus operi addita fuit. In *Tribus montibus* fossam 30. pedes latam fodit, Conventum porta quoque muniturus adversus erroneos illos nebulones, nisi alia incommoda propositum impedivissent: *Evertwolt* duobus novis ædificiis restauravit. Anno 1568. die lunæ ante Pentecosten circa horam 12. cum Comes Ludovicus de Nassau, Orangii frater, Dammonam cum finitimis agris occupans, urbem Groningam cum duobus castris obsideret, turris nostra Adwerdensis, de cœlo tacta aliquot cubitus e parte superiori conflagravit; sed idem Abbas eandem postea sic reparavit, ut nulla læsionis in eadem vestigia apparerent, pinnaculum quoque deaurans. Argentea vasa multa mutavit & nova constituit: nam duos cantharos ex puro argento tantæ magnitudinis fecit, ut altitudo viri femur, imo lumbos contingeret; annulorum aureorum gemmarumque pretiosarum magna illi copia erat, & quamvis a superbia esset alienissimus, tamen illis apprime delectabatur. Hoc vero tempore sub D. Francisci festum, Franciscanus Monachus, Pater *Joannes Knyf*, primus Episcopus Groningensis, venit in urbem, ac postridie ad nos in *Adwert*, ubi præter alia Collegia etiam Monasterii nostri Abbatiam ad se trahere laborabat omnibus modis. Hic *Hermannus Cornelii*, Abbas in *Wittewierum*, Ordinis Præmonstratensium, Episcopo Monasterium tradit ea lege, ut ipsius Fratres, Canonici; ipse vero summæ ædis foret Præpositus, acceptis annuatim 300. daleris. Conventus Ordinis Prædicatorum *Dammonæ*, tum quidem vacantis, reditus ad se traxit; domum item Fratrum Groningæ (hi erant Regulæ S. Francisci) in suum usum convertens, multa ædificia adjiciendo & immutando in cœmiterio S. *Walburgis*, in Aulam suam Episcopalem convertit. Et licet a Regia majestate quotannis illi 2000. Ducatorum, præter nominata illa Collegia tria, in honorabilem suæ dignitatis sustentationem numerarentur, his tamen non contentus († ut avarus nunquam saturatur pecuniis) *Adwerdiam* quoque devoraturus erat, si voti sui compos fieri potuisset. Habebat quidem Pontificium Diploma, Regis Hispaniarum sigillo munitum, quo permittebatur ei post sessum (sic enim loquebatur) vel discessum Abbatis moderni, jus ac reditus Abbatiæ nostræ ceu Abbatis usurpare; sed Deus hoc illi non permisit: is enim qui religionis Antistes Monasteriorumque protector esse debebat, tam nobilis atque laudatissimi Conventûs personas ac bona (*Geusiorum* hoc erat desiderium ac opus, sicut nostris, heu! oculis percepimus) diripiendo, eque faucibus mendicantium escas extorquendo disturbare satagebat; tametsi vero Abbas noster facilis fuerit in annuendo, nec petentibus se viriliter denegando resistere noverit, hic tamen se non virum modo, verum etiam murum ahæneum præbuit. Cum nimirum ab Episcopo multoties, & quidem eximiis promissis, tum vero minis acrioribus impeteretur, in nullo se reverentiæ ejus (quantum quidem concernebat causam tradendæ Abbatiæ) cessurum vel assensurum, licet in periculo quoque vitæ propterea foret abducendus, sæpius affirmavit. Ut autem in suo illo atque laudabili animi sui proposito constantior esset, invenerunt Frisiæ Prælati prudens consilium: nam *Munterna* tum piratis *Geusanis* pœne devastata, Cœnobitas in tutiora loca secedere compulit. Quapropter ipsi loci Abbatem Dnum *Arnoldum Kennink* propter ingenium boni consilii ferax, addunt nostro in regiminis administratione socium atque coadjutorem, qui comes ei individuus, actuumque omnium ejus oculatus testis, impugnantis Episcopi vires mirum in modum attrivit; unde non par modo Abbati fa-

† Cœnobii ratio bilem movit Scriptori.

ctus, sed etiam auctoritate superavit eum; sicque per Coadjutorem res nostræ dirigebantur, ut præter nomen & sedem ipse Abbas retinuerit nihil; exauctorandus haud dubie (postquam tres e diversia liberos sustulisset) a Prælatis, nisi Conventum tribus onerare Abbatibus timuissent. An. 1570. quarta feria ante Pentecosten, venit in *Adwert* venerabilis Pater Generalis Visitator omnium Collegiorum ordinis nostri D^nus^ *Joannes a Marimund* Abbas missus a Generali Synodo, a Pontifice summo & Majestate Regia litteras habens credentiæ; qui post exquisitissimam singulorum Fratrum de omnibus rebus Monasterii Officiariorumque actibus & moribus Indagationem, Abbatem quidem in officio reliquit, sed eum emendationem continuamque cum sobrietate castimoniam polliceretur sancte: in aliquos nihilominus (quorum nomina honestaria causa silentio tegenda censui) pœna carceris animadvertit. Postquam multa Ordinis disciplinam concernentia in chartam charitatis nobis cum Episcopo de remittendo Cœnobio agere cœpit, offerens ei de bonis nostris 6000. Carolinorum, quibus tamen placari non potuit, sed ipsum Monasterium esuriens, instantius res suas in Curia Regis per suos agere institit, nostri e contra negotium in annos procrastinantes. Visitator autem ubi 8. dies continuos apud nos hæsisset, de rebus omnibus Monasterii jam certior factus, ad Occidentalia Frisiæ collegia perrexit, inde ad sua remeaturus: sed vacuis interim haud manibus munera tamen non est adspernatus. Porro cum verum sit illud vetus ac commune proverbium, qui semel scurra nunquam bonus paterfamilias, nostro malo didicimus; quia cum irregularitatis atque vitæ dissolutionis nota labesque nobis esset inusta, difficulter nos hac suspicione liberare potuimus; quamobrem sexta jam die nos visitaturi Frisiæ Prælati convenerunt, multo certe austerius an prudentius ignoro, res nostras tractaverunt, addentes hoc figmentum, quod per litteras a *Marimundo* Abbate hoc facere jussi fuerunt. Sub Kal. igitur Julii An. 1571. *Allardum Arnhemium*, Priorem paulo ante ab ipsis creatum, vinctum compedibus (nam ab officio detrusisse non sufficiebat illorum libidini) & brachio seculari in carcerem *Claricampensem* avexerunt, mitius paulo Cellarium majorem *Joannem Daventriensem*, prudenter œconomum tractantes, ablegarunt, præter depositionem in Jerusalem, ubi cum dies aliquot libere cum Conventualibus egisset, tandem carceribus est inclusus. Hæc tum erat rerum nostrarum deploranda miserabilisque metamorphosis: nam *Joannem* Scribam, qui dux & instigator omnium harum turpitudinum exstiterat, non modo non puniunt, verum etiam ipsius Prioris titulo & auctoritate sublimatum exornant; ipse tamen male sibi conscius, remordente scilicet & atterente conscientiâ, metuensque se aliquando justas suæ impuritatis pœnas daturum, mature sibi fuga consuluit, *Embdam* abeundo, ubi non multo post cum Ecclesiastica, quæ secum attulerat, bona pessum ire cerneret, dolore tabescens emoritur. Coadjutor ergo nostri Abbatis D^nus^ *Arnoldus Kenniuk* Bursarii & Cellarii onera ac munera in se recipiens, solus nummos accipiebat & exponebat, Abbate nostro *Arnoldo Landt* nomine tenus permanente. Quamvis autem eorum, quæ hoc tempore contigerunt, multa volens omitto, illud tamen narrationi inserendum putavi, quod Abbas *Munternensis* cum suis Conventualibus (qui præter ipsum duntaxat 3. numero erant) cum pistore uxorato filium habente, cum ejus uxore & liberis, cum prædario nummoso & annoso sit eo facilius admissus, quia bona reditus illius Conventus nobis cederent in sublevamen nummorum Episcopo quotannis numerandorum. Quod attinet ad bella in his regionibus exorta propter *Geusianismum*, singulari alias tractatu complexurus sum; hic obiter attingo quod Anno 1566. novi Evangelici, imaginibus & aris templo *Minoritarum* ejectis, suæ novæ doctrinæ Evangelistis ibidem fecerint potestatem prædicandi. An. 1568. D^nus^ *Joannes de Ligny* Comes ab *Arenberg*, hujus terræ Gubernator, in conflictu adversus *Ludovicum Nassovium* prope *Hilligerle* fortiter dimicando occubuit, quem Ludovicum mox eodem anno duobus castris urbem cingentem D^nus^ *Ferdinandus* Dux *Albanus* cum copiis militaribus adveniens profligavit, urbemque præsidiarii militis signis sex munitam in Brabantiam rediit. Anno deinde 1570. ipsa nocte S. S. Animarum mare inundans his in terris maximam jumentorum & hominum stragem edidit: sequuntur & alii duo cataclysmi, sed non tam nocentes. Sed finem facturus, ad Abbatem nostrum *Landt* redeo, qui post multas calamitatum pressuras morbo difficili corripitur, atque aerem puriorem quærens secedit in *Assen*, ubi tandem vitam cum morte commutavit An. 1576. nonis Junii; corpus nihilominus relatum in *Adwert*, & in Capitulari domo terræ mandatum juxta prædecessorem suum quiescit. Animam vero ejus omniumque fidelium, ut Omnipotens Deus in æterna secum tabernacula recipiat humiliter oremus: in laudem nihilominus mei Abbatis tale qualecunque carmen subjungere visum fuit:

Finis hic Abbatis, fatorum hic exitus illum
Sorte tulit corpus crudelibus occupat umbris;
Attamen Elysiis æterna luce beatus
In campis vivat cum Christo spiritus, Amen.

Quid porro post ejus decessum Reverendissimus Episcopus egerit paucis aperiam. Sicut morte ipsius plurimum consternati sumus, sic Episcopus juxta Bullæ suæ tenorem obtinuisset, nisi tres Frisiæ Prælati ceu tutores fidelissimi una cum Coadjutore nostro res nostras adversus illum imperterritis animis ac heroico plane spiritu fuissent tutati, donec tandem, licet cum ingenti difficultate, ad certas pacti leges obsistendo perpulerunt eum, spondentes nimirum in singulos annos, ut & superius notatum est, ei 4000. Dalerorum, atque istud pactum missum fuit in Regis Hispaniæ Curiam, ut illius Majestatis ac summi Pontificis sigillis signaretur; quod cum spe tardius obsignatum rediret, anxii animi Episcopus varia secum cogitans, multaque mente volutans, intimisque præcordiis *Adwerdiæ* possessionem esurire cœpit, cujus memoriam ac desiderium nec ultima quidem spitanti suspiria extorserunt, nec adimere potuerunt. At fortuna, quin potius ipse misericors Deus clementer nos respiciens maximo metu nos exsolvit, ipsum Episcopum illo eodem anno sub festum D. Francisci peste tollendo. Hic paululum respirantes animisque resumtis, calente, imo ardente adhuc bello *Geusiano*, cum in locum non remitteretur a Regia Majestate Episcopus alter, nostri paulatim de restituendo Abbate secum deliberare constituunt; nihilominus & prædicti Prælati suis collegis a belli furore male metuentes non admo-

admodum festinarunt; caruimus igitur Abbate proprio sesqui annum fere, coadjutore illo *Kennink* interim res nostras administrante.

ARNOLDUS KENNINK
ABBAS XXXIII.

Qui tamen Anno 1577. in Vigilia 11000. Virginum non tam suffragiis ac voluntate Fratrum Cœnobitarum, quam Prælatorum auctoritate, procerumque agri precibus, in officio suo continuatur, ut & nomen Abbatis *Adwerdiensis* consecutus sit; & quamquam seculares omnes nullius habito respectu portis Monasterii solent excludi, minus vero ad concilium electionis novi admitti, hic tamen propter nimis vehemens ac diuturnum inter urbanos ac proceres agri de privilegiis, quæ illi prætendunt, dissidium, sic sunt admissi, ut petitionem Conventui proponerent, nihil interim imperiosius adserentes, sed submisse deprecantes, ut ipsorum voluntati parendo ipsum *Kennink* nomine deinceps Abbatis *Adwerdiensis* dignaremur & honore, eo quod vir ille consiliis actibusque suis futurus esset utilissimus. Vicissim illi, *Christophorus ab Ersum*, *Rems Gensema*, *Hieronymus Verratius* Syndicus, totius agri depetatorum nomine legati, non tantum datis dexteris recipere, sed etiam litteris, quæ apud nos in *Adwert* diligenter asservantur, aggrestium sigillo muoitis spoponderunt, si aliquando regiæ Majestati placuerit alterum Episcopum his nostris ordinare terris, sese nos ab ejus gravedine liberaturos, neque solius *Adwerdiæ*, sed communi agrorum collegiorumque eundum sumta fore sustentandum. His itaque rationibus voluntati eorum est satisfactum. Fuit autem ille D^nus^ *Arnoldus Kennink* Osnabrugensis natione, vir statura procerus, animo magnus, audax, ingenio acutus, consilio prudens; verumtamen Teutonica quam Romana in Lingua facundior; ideoque non parvæ auctoritatis & æstimationis apud nobiles plerosque; agrestibus primoribus, quod eorum partes mirum in modum contra Groningenses fovendo tutaretur, quam oppidanis, & propriis utriusque Monasterii, *Munsternensis* scilicet & *Adwerdiensis* Fratribus gratior: quam porro vir fortis exstiterit ad bibendum vinum, sed tamen apud suos in symposiis facetus, œnopolis est notius, quam ut a me prolixiore debeat oratione referri. Cum ergo jam biennium integrum, postquam Prælati ad sua rediissent, Abbatis nomen habuisset, concessit in urbem, vocatus nimirum litteris Comitis *A. Lalein*, & Magistratus Civilis, omnesque eodem conveniunt agrorum deputati, ut ibi inter se de communi Reipublicæ patriæque salute consultarentur: in qua quidem consultatione cum male inter partem utramque conveniret, agrestes sibi Comitem magis faventem existimantes, importunius sese & contumeliose satis oppidanis opposuerunt, qui mox clanculum portis suis conclusis agrestium primores tum Ecclesiasticos, tum seculares apprehendentes, primum in suis quemque ædibus, deinde vero in una domo congregatos nocte dieque civibus armatis custodierunt: atque in hac detentione novus ille, spei tamen amplæ, famosissimusque Abbas, nescio an magis pœnitentia ductus, an potius dolore tabeque exanimatus, 29. die Januarii Anni 1578. vitæ valedixit, suos complices in magno mœrore constitutos suo non tantum consilio, verum etiam corporali ac nunquam reditura præsentia destitutos, relinquens: corpus nihilominus libere non modo dimissum, verum etiam milite non inermi sequente extra portam ad navem deductum venit in *Adwert*, atque, quod insolens est, contra consuetudinem Abbatum in choro ante summum altare, juxta tumulum D. *Emmnuelis* Episcopi Cremonensis sepelitur, grandi lapide cum nominis inscriptione sepulchro ipsius superimposito: anima ejus omniumque fidelium quiescat in perpetua pace, Amen.

Monasterii Adoardini Cœnobitæ Sanctitate excellentes.

Inter alios viros cælesti sapientia & sanctimonia vitæ insignes, quos Adoardia dedit, duo inprimis excelluere, scilicet B. Richardus, & B. Emmanuel.

RICHARDUS, etiam RIGARDUS dictus, ex *gestis Abbat. Adoard.* gente Anglus, ante *conversionem*, id est, ejus ævi phrasi, antequam seculo renunciasset, *publicè egerat*, sortè & cum eruditus esset *Magister*, docuerat Parisiis. *Wigboldus*, Abbas Adoardinus ordine III. *eum verè Magistrum & Sanctum ad professionem suscepit, eique primus pater exstitit.*

In Cœnobio totius sanctitatis exemplar in omnibus fuit perfectissimum. Postquam annos XXX. & ultra sic Domino in Cœnobio die noctuque in omni humilitate deservuisset, senex & plenus dierum illic obiit Anno Dom. 1266. Cælestibus visionibus dicitur claruisse; nam Abbatibus duobus fertur prædixisse, quod sibi eo in munere fierent successores. Miraculis in vita & post mortem fulsisse, testatum fecit *tabula imagine ejus depicta metro & prosa conscripta.*

Funus antè introitum Ecclesiæ juxta imaginem D. Virginis conditum, & ossa postmodum in *domus Capitularis* altari pro * Reliquiis honorificè collocata sunt.

Hæc ferè desumpta sunt ex Cod. MS. Vitæ Abb. Adoard.

Juxta Menologium Cisterciense colitur tertio Kal. Januarii. Quod sic habet:

In Frisia beatus Richardus Monachus Cisterciensis in Cœnobio Beatæ Mariæ de Aldvert prope Groningam, qui vitæ & institutionis Evangelicæ rationem mirifice excoluit, & miraculorum magnitudine, ac spectata sanctitate totum Belgium illustravit. Tandem cum hujus vitæ cursum laudabiliter complesset, de periculoso hoc exilio ad cælestem domum feliciter commigravit.

Richardi hujus præterea meminêre Joannes Abbas, in Catalogo SS. Ord. Cisterc. Robertus Rusca in suo Compendio tit. *Monachi sancti & beati Ordinis Cisterc.*

Joannes Molanus in Natalibus SS. Belgii hac die. Barnabas de Montalbo *Tom. I. lib. 2. c. 41.* Angelus Manriquez *Laurea Evang. lib. 3.* in Catal.

* Ex usu ejus temporis quidam sancti habiti, & eorum ossa pro *Reliquiis honorifice* exposita, licet Romæ *Canonizati* non essent; nam, ut jam vidimus, expensas veritus Fredericus Adoardinus Abbas XV. curam Canonizationis hujus dimisit. Solemnis hæc *Canonizatio*, qua inquisitione facta & signis sanctitatis legitimè discussis, aliquis in Catalogum Sanctorum, ut per totam Ecclesiam uti sanctus coleretur, Romæ reservabatur, serius, & seculò demùm X. juxta Mabillonium & Baillettum obtinuit; primusque eo ritu Canonizatus eo seculo a Joanne XV. Ulricus, seu Udalricus, Augustanus Episcopus. Usus ante ea tempora fuit, ut Episcopus consentiente Clero & plebe Catholica aliquem Catalogo Sanctorum, quales ferè Martyres erant, adscriberet.

tal. Sanctorum §. 17. Bernardus Brito *Tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 23. & ipse insuper Henriquez in *Phœnico reviviscente lib.* 1. *c.* 23. ubi eum miraculis, revelationibus, spiritu prophetico, multisque aliis virtutibus claruisse dicit.

Alter eruditione & sanctitate eo non inferior,

a Gesta Abb. Adoard. Wesseli. b Vita c Menol. Cisterc. d Idem Menol. e Ughellus Tom. 4. de Episc. Crem. p. 821.

S. EMMANUEL, familiâ nobilis [a], nam † Comes natus erat [b], homo doctus, [c] admirandæ sanctitatis & Angelicæ conversationis, [d] ex Ordine Cistercienfi Monachus, Monasterii sancti Bernardi in Frisia alumnus, [e] cum in Italiam, inquit Ughellus, & ipse Cisterciensis Monachus, descendisset, ac generis claritudine vitæque innocentia apud plerosque innotuisset, vel invitus, reluctansque ad Sedem Cremonensem subvectus est circa Annum Domini 1170. *De quo vulgò*, inquit idem, *refertur, quod de S. Gaufrido Episcopo; nempe cum quodam tempore Missam celebraret, oblationes eorum qui modo muliercularum intonsam comam gerebant, recipere noluerit*, &c.

f Idem. g Vit. Abb. & Adoard. Vit. Wess.

Sed [f] eum piè sancteque eam Ecclesiam paucos menses rexisset, [g] propter seditiones * Italicas profugit, & Adverdiam intravit. Ingressus pulcherrimum fanum Adverdense, & pedo Episcopali, quod manu gerebat, solum feriens clamabat, *Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eum.* (Ps. 131. 14.)

h Vit. Wess.

Supra triginta annos eo in Cœnobio vixit; [h] ibi cum homo doctus esset, & Schola ibidem vigeret, Professor.

i Menol. Cist.

[i] Cumque mirabili sanctitate & incredibili pietate, virtutibus & cælestibus signis effulgens, cursum vitæ feliciter consummasset, Beatorum Ordinis Cisterciensis Catalogo fuit adjunctus, ejusque ibi fit memoria ad diem XXVII. mensis Februarii. Ughellus locum decessus non disertè exprimit, Cremonæ tamen, ubi sedem habebat, obiisse innuit. Sed dubio procul est in Adoardino eum, ubi vixerat, Cœnobio defunctum: ibi enim, ut vidimus, conditus sub petra, cui & effigies & epitaphium insculpta. [k] Ibi etiam Lambertus ejus Cœnobii Abbas, ordine XXIX. monumentum ei in choro ante summum altare ex candido lapide exstruxit.

k Gest. Abb. Adoard.

Fredericus, ante Lambertum Abbas ordine XV. Romam profectus fuit, sedente in Cathedra Petri, Clemente ejus nominis VI. [l] *pro Canonizatione S. Emmanuelis, & S. Rigardi. Sed nimietatem expensarum veritus, infecto opere rediit.*

l eadem Gesta. m Not. Henriquez ad Cist. Menol. n Phil. Seg. in Tract. de Episc. ord. Cist. Sanct. & Mirac. claris.

Hujus Sancti Viri mentionem facit [m] Guido Claravallensis in Hist. Virorum Illustr. Ord. Cist. quem etiam Joannes Abbas Catalogo Sanctorum inserit, & in Missali Ordinis circa fin. inter Beatos numeratur. Cælestibus signis frequenter eum claruisse [n] Phil. Seguinus in hunc modum testatur: "Emmanuel, ex Monacho S. Bernardi Frisiæ Cremonensis Episcopus, vir do-"ctus & Deo dilectus, qui tantæ fuit sanctitatis "ut infinitis fulserit miraculis, ita ut Duces & "Nobiles (*a quibus initium duxit*) *eum invitum ad hujuscemodi Episcopale fastigium obtruserint. Quo in munere, ad bonos conciliandos humanitatem, & ad malos coercendos severitatem adhibens, illis charus, his formidabilis fuit.*

Ughellus eum *Sanctum* appellat, qui *pluribus miraculis tum vivus tum mortuus clarus fuerit*, cumque inseruit in sua *arbore Cisterciensi*, quæ MS. asservatur in celeberrimo Septimano Cœnobio propè Florentiam. Aub. Miræus ejusdem meminit *orig. Monast. l.* 5. *c.* 15. Bollandini demùm ejus, cum magnis elogiis meminere ad diem XXVII. Februarii inter Sanctos prætermissos & in alios dies rejectos.

* Groot-Auwert. † Kleyn-Auwert. Parva Adwert; S. Annæ ibi Cisterc. Monialium Cœnobium. Matth. Anal. tom 6. p 85.

In Cod. MS. Abbatum Adoardinorum post * magnam *Adewert*, parva etiam † *Adewert* memoratur, in qua Sanctimonialium Cisterciensium viguit Cœnobium, cujus Ecclesia D. Annæ erat nuncupata.

Cœnobium idem apud Emmium ex libro vetusto, *Cœnobium S. Annæ, Monial. Ord. Cisterc.* In charta Anni 1529. apud Matthæum, *Monasterium Sanctæ Annæ Ordinis Cisterciensis* inscribitur.

M E I D E N.

Meda, etymon,

In prædicto Abbat. Adoard. Codice MS. semel atque iterum mentio est loci *Meiden* seu *Medis.*

Hodiè ejus nominis vicus, distinctus a *Medum* vico apud Oostergoös, malè *Meldum* appellatus in Piano Diplomate, infra *Suitbornam* invenitur, a pratis desumpta voce: *Made* enim, *Mede* & *Meide* Germanis pratum sonat: dupliciter distingitur, in *Hoge-mieden*, & *Leege-mieden*, a situ loci magis edito vel depresso.

Ecclesia; ejus Conditor, & asservatæ ibi SS. Reliquiæ.

Ecclesiam in *Medis*, ex prædicto Codice MS. Fredericus Adoardinus Abbas ordine XV. fundavit Anno 1345. ubi repositum brachium S. *Margaretæ*, quod Romæ existens a Clemente Pont. Max. ejus nominis VI. dono acceperat, magna ibidem in veneratione habitum.

S I L O W E R T,

Silowert, hodiè Selwert, antiquum pridem cum validâ arce Dominium, ubi Sanctimonialium D. Benedicti primitus Cœnobium;

Exigua seorsum antiquissimis temporibus jurisdictio fuit inter pascua Groningæ suburbana, & veterem Unsingis vel Hunesæ ductum, cum arce Groenenbergica, omnium inter Lavicam & Amasum validissima. Exstinctà familià arcem Groningani & Hunsingii, collato ære coëmptam a filia sola superstite, solo mox æquarunt. *Selwert* ‡ hodiè Præfecturæ nomine notum est.

Viguit ibi pridem Cœnobium S. Benedicti, *B. Mariæ* in *Silo* dictum, unioni Burseldicæ Anno 1469. ex Miræo incorporatum. Jacobus Torrius in *Relat. Rom.* meminit Sanctimonialium S. Benedicti in *Siloe.*

Propè Groningam, inquit Torrius, *Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti fuit Abbatia, in honorem S. Catharinæ Anno* 1216. *fundata per Theodorum Sacerdotem Groninganum, & eodem adhuc anno confirmata per Othonem Lappiensem* XXXIV. *Traj. Antistitem.* De hoc Sanctimonialium Cœnobio est etiam mentio apud Emmium *Fris. Hist. lib.* 22. *pag.* 357. qui easdem etiam ab Ulrico, Orientalis Frisiæ Comite, sub Annum 1444. transplantatas esse inquiens, sic differit:

quod illic alio transplantatis,

† Locus ejus natalis nullibi disertè exprimitur. Itali, & inter eos Ughellus, Frisium designant, certè ii *Monasterii S. Bernardi in Frisia alumnum* dicit; indeque *in Italiam descendisse.* Nostrates exterum, & quidem Italum insinuant, qui a *Comitibus*, & ut Ph. Seguinus, a *Ducibus* originem duxerit, (qui rectores tum in Frisia) quique ibi *Doctor, Professor*, deinde *Episcopus Crem.* propter *partialitates Italiæ*, *e terra & patria sua* (sic enim diserte in Gest. Abb. ° Adoard. legimus,) profugiens, *Adwerdiam* advenerit, &c.

° sub Henr. I. Abb XII.

* Gibellinorum & Guelforum factiones denotat, quæ Italiam tribus fere seculis turbarunt, ab ejus ævi Scriptoribus memoratæ, ortæ occasione schismatis natæ Anno 1130. ex duorum Paparum Candidatorum, Innocentii nimirum II. & Anacleti æmulatione. *Guelfa* dein Rom. Pontificum, *Gibellina* factio Imperatorum fuit. Spondanus ad ill. annum, & E. Pinus T. 9. *Bibl. univ.*

‡ *'t Gericht van Selwert.*

Ulri-

...Ulricus idem, communicato cum Wiardo Uphusano, Sibrando Edelsbemio, ac e nobilitate aliis consilio, Sacratas Virgines e Cœnobio Silomonachæo, familiæ Benedictinæ, quæ aliquot jam seculis id tenuerant, incertum qua de causa, Nordam partim, partim Thedingam, quibus in locis ejusdem Ordinis sacra Collegia erant, migrare jubet.

Canonicis Regul. deinde cessit.

Iis, inquit idem Auctor ibidem, *Augustinianos Monachos, quos Regulares vulgò vocant, substituit: hi deinceps ad nostra usque tempora... Cœnobium tenuerant: sed e quo modò proscripti sunt.*

Bern. Meppensis, illic Procurator, Wesseli familiaris.

Extat in Wesseli operibus Epistola ejusdem M. Wesseli, ut jam meminimus, ad F. Bernardum Meppensem, in Siloënsi Cœnobio Canonicorum Regularium, *de profectu & statu animarum post hanc vitam: quid, & quomodò pro eis orandum?* &c. Inserta in iisdem operibus invenitur Epistola Domini Joannis Amsteredamensis ad Bernardum Meppensem, Procuratorem Siloë *de Suffragiis pro vivis & defunctis: & de celebrationibus Missarum, secundùm M. Wesselum.*

JESSÆUM

Essæum, & *Jessæum* dictum, Monialium Cisterc.

Sanctimonialium Cisterciensium propè Groningam Cœnobium fuit, de quo Parthenone hæc habet *rer. Fris. l.* 9. Emmius: *Non procul Groninga eo in agro, qui præfecturâ suburbanâ continetur, ad Annum* 1216. *novum Cœnobium institutum fuit autore Theodorico quodam sacerdote Groningano, quod ex nomine loci in quo conditum est* Essæum *primò, deinde* Jessæum, *nuncupatum, nunc prius nomen retinet. Institutum hoc, ab Ottone Episcop. Ultrajectino præsente, inspectum & confirmatum eodem anno. Sed tenuis in initio, paucos intra annos plurimum incrementi cœpit familia Cisterc. illic collocata, præfectaque Collegio data Abbatissæ titulo. De eodem & Miræus in Chron. Cisterciensi.*

TICENGE,

Secundùm hodiernos,

Thesinge,

THIESSINGE, seu *THESINGE*,

Idem, ex Altingii opinione, cum *Tice*, quem charta Werdensis vicum appellat in vicinia Groningæ, *Abbatiali* Monasterio Monialium S. Benedicti nobilitatum, vulgò *Thiasinga-Cloester*, de quo jam jam meminimus, appellatum, cujus haud tenues reliquiæ supersunt M. P. IV. ab urbe Groninga in ortum.

Ejusmodi instituti Castimoniales antiquitus etiam, ex Charta Anni 1529. viguere in *Bureu*, loco inde haud procul dissito.

& *Teske*, Castimonialium similis instituti Cœnobia.

In Cod. MS. Abbat. Adoard. memoria est Abbatiæ in *Teske*, Cisterciensis Ordinis, a quibusdam tamquam vetustissimum totius Frisiæ habitum; quin & a D. Bernardo constructum & visitatum Cœnobium: sed verè tantum inchoatum anno Alberti, Adoard. Abbatis II. decimo.

HAARE.

Haare, etymon,

Vicus Esseno conterminus, duobus milliaribus Groningâ disjunctus Trentiam versus, a solo edito ac arido fortè denominatus: *Haar* quippe & *Harde* solum aridius & editius [a] Altingio significat. In Piano Diplomate Trentiæ cum *Essen*, *Helpen*, *Hooren*, vicinis Groningæ vicis accensetur. Prætorium ibi jus & dignitas, quam sibi, ex [b] A. Matthæo, vendicabant Ultrajectini, & in feudum seu Emphytheusin plerumque dabant Groninganis, quod & ex *Sicconis Beringæ* commentariis adstruit; qui & addit, quod Groningani in hoc Ultrajectino Episcopo pendebant ann. florenos Rhenenses.

Jus Prætorium, &c.

Primùm in vico Harensi sub defectionis tempora novello ritu prædicatum & sacra peracta.

HERSINGE,

Hersinge, & *Harlens*, ubi olim *Capella*,

Ex Charta Werdensi locus Groningæ vicinus, præ aliis armentis dives; unde *Hirseus* indicari conjicit [c] Altingius, qui & *Hersinze* in vetusto Diplomate apud Emmium *rer. Fris. l.* 14. Vicus est in Hunsingiis M. P. III. exiguis ab urbe, cum *Capella*, Parochiæ vicinæ subjecta. Capella enim fani genus mediæ dignitatis inter *altare* & *Parœciam*.

cujus rector, Antonius Folcardi, &c.

Pastor illic seculo xv. labente Antonius Folcardi, Bornbergius patre Folcardo, ex familia quæ *Olma* dicitur, Pastor antea quinquiennio in pago *Cateno* territorii achtetarspleteni; 12. annis integris in pago territ. Leov. *Hiemo* Pastor, tandem Ecclesiæ D. Martini Vicarius, &c. de quo fusius [d] Suffridus Petri, *cui strenuam operam*, ut ipsemet testatur, *navavit in conquirendis & transmittendis patriæ antiquitatibus.*

Cognominis arx illic *Harsens.*

BEDDEREWALDA,

Vulgò

BEDEHEM, contractè *BEEM.*

Bedum; varia nomina, etymon,

In Hunsingiis vicus, Emmio peramplus, in solo non infelici, sed depresso, Groningâ in arctum M. P. V. dissitus, a *Bede*, seu precario nomen trahens. *Cum enim*, inquit [e] Altingius, Gebeden *sint supplicationes*, & Bede *precarium*, Bedehem, *seu* Bedum *erit supplicationum locus, vel precario, collatâ stipe, constructum fanum.*

Ecclesia, Collegiata, Divi Tutel. Præpositi Sedes.

Olim locus hic suprà vici modum fuit, quia primariæ, quam dixerunt *Præpositura*; ubi facer ordo convenire solebat, teste Emone.

Ecclesia apud Bedumanos, ipso attestante Emmio [f] *Collegiata*, cum fano illustri supra fanorum rusticorum modum, Deiparæ, S. Paulo Apostolo, & D. Wilfrido nuncupato.

Natales S. Walfridi,

Bedum enim, ex Eccl. Annalibus apud Miræum, locus habitationis fuit Walfridi.

Walfridus, inquiont, *cum morum sanctitate clareret, uxorem sibi consimilem accepit, ex qua ei Deus B. Radfridum filium dedit. Frequentabat quotidie Ecclesiam urbis opulentæ, quæ* Groninga *vocatur. Prophetico spiritu inter alia providit Normannorum in Frisia irruptionem; qui post occupatam Groningam, & S.* Martini *Basilicam ibi incensam, inde redeuntes Walfridum in pago* Bedum, *loco habitationis suæ primo lapide a Groninga, orantem invenerunt, ipsumque cum filio Radfrido interemerunt. Operante autem Domino, per interventum utriusque Martyris, multas virtutes, basilica primùm lignea, post*

[a] *Alt. Not. Germ. part.* 2. *p.* 90.

[b] *A. Matth. Anal. T.* v. *p.* 628.
[c] *Alting. Not. Germ. part.* 2. *p.* 88.
[d] *Suffrid. Script. Fris. Dec.* XVI. §. 10.
[e] *Alting. part.* 2. *pag.* 20.
[f] *Emm. de agro Fris. circ. Groning.*

 lapi-

lapidea ibidem est extructa, quam Episcopus x. Kal. Julii in honorem Deiparæ, S. Pauli Apostoli, & B. Walfridi consecravit, cujus & Reliquias eadem die transtulit.

Hæc ex Bedumanæ, inquit, Ecclesiæ monumentis.

dies venerationis, Dies cultûs a Molano in Annot. ad Usuardum assignatur III. Dec. *In Frisia*, inquit, *Radfridi & Walefridi a Normannis juxta Groningam Martyrizatorum.* Diei autem 22. Junii Translationem assignat. *In Frisia juxta Groningam, translatio Wilfridi Martyris, Therasiæ uxoris ejus, & Ratfridi filii.*

Sequenti carmine Walfridi elogium compendio continetur:

elogium,

Tantus erat fidei Walfrido fervor, ut ejus
De Bedum nudo vestigia nuda sequenti
Nulla Groningamam glacies frigeret ad ædem;
Unde a Normannis gnato cum Martyre cæsus,
Radfrido in pago hoc Sacra quoque splenduit urna,
Conjuge Therasia secum recumbeate beata.

Magister Oliverius Idibus Maji Groningam ingressus, cum magno fervore totius populi feria sv. deinde feria VI. in Bedum *stationem habuit.* Ex Emone *pag.* 93.

& Pastores, Rodolfus Mepschius Groninganus, Legum peritus *Sacerdos Bedumanus* sub Ann. 1520. ex Emmio *rer. Fris. l.* 50. *p.* 786.

N O R T W O L D E,

&

Z U T W O L D E.

Connexi pagi, *Nortwolda*, & *Zutwolda*, a Sylvis denominati. Bedumo in Piano Diplomate accensentur.

Sunt autem vici in Hunsingiis, urbi Groningæ proximi, quorum habitatores per illos de *Walda*, seu *Sylva* potissimùm intelligendos esse ex Charta Werdensi haud obscurè colligitur.

SCHOLA RUBEA, seu *RUBRA*,

Schola rubra, Celebris ad pagum *Bedumum* pridem Schola erat, cujus memoria ut jam vidimus in Cod. M. Abbatum Adoard. sub 11. ejus Abbate Alberto, *Schola rubea* ibi appellata, juxta * *Wyndelere* collocata; ubi *Grammaticalibus* præceptis *novitii Minoresque Fratres imbuti* cum fuissent, ad alteram intra septa Monasterii *Scholam* transferebantur, in *qua artes & Canones solemniter audiebant.*

duplex pridem; Duplicis hujus, cum quadam tamen differentia, Scholæ quoque mentio in vita Wesseli Groningani, operibus ejus præmissa. *Erant ibi*, ait Auctor, *Scholæ duæ; altera erat intra septa Cœnobii, quæ nunc vocatur domus sartoria, & adhuc* Scholæ *nomen retinuit. In ea adolescentes instituebantur primis litterarum rudimentis. Altera erat ad pagum* Bedum, *quæ hodièque* RUBRA SCHOLA *vocatur*; vernacule † *de Rode Schoele*, ejus etymon, cujusmodi nomen loco Bedumo vicino hodiédum adhæret.

* Locus mihi incognitus.

† Scholæ rubeæ nomen, vel a rubeis tegulis queis tectæ ædes, uti *Rottumo* vicino, & *Roomburgo* prope Leidam inde nomen advenit: vel a disciplina, aut virgis, quibus corripiebantur petulantes & indisciplinati. Sic sisti apud Gradios Cameræ, nomen inditum *Camera Rubra.*

Institutio, *In ea*, pergit Auctor, *docti erant Professores, qui juventutem in Philosophia & Sacris Litteris erudiebant. Annales Adwerdenses dicunt, ibi unà aliquando æstate ad nonaginta studiosos cum aliquot Magistris esse mortuos.* Scholarium numerus, *Ad eam Scholam pertinebant omnes Colons, quos nunc* * Vestiarius *Adwerdensis habet. Eos Wesselus, ibi aliquando Professor, conabatur restituere in integrum; sed impediebatur a quibusdam, cum mortuus esset* ‡ Henricus Abbas, *qui Wesseli conatum adjuverat.* Celebres Professores. *Prælegerat in illa Schola* *† Richardus de Busto, *homo doctissimus, cujus in Bibliotheca Adwerdensi multa præclara scripta asservabantur meo tempore; nam scripsit in omni genere Doctrinæ & Philosophiæ. Erat &* Emmanuel, Episcopus Cremonensis *ibi Professor aliquandò, homo doctus & nobilis familiâ; nam Comes erat: sed propter seditiones Italicas profugit & Adwerdiam intravit, ubi supra triginta annos vixit. Ingressus templum Adwerdense, & pedo Episcopali quod manu gerebat, solum feriens clamabat:* Hæc requies mea, &c.

Plura de sancto hoc Antistite in vita Abbatum Adoard. sub Henrico I. Abbate XII. & sub Lamberto Heldio, Abbate XIX.

W E T S I N G A,

&

B E L L I N G H W E E R,

Vici ejus tractus vicini inter Bedumum & Winsumum, in Piano Diplomate recensiti. *Wetsinga, Bellinghweer*, & arces ibidem.

Ad *Bellinghweer*, arx cognominis: ad Wetsingam nobilis arx *Onsta.*

W I N Z H E M,

Latinè

W I N S U M U M,

Winsumi varia nomina, Vicus egregius in Hunsingiis ad Hunesi flexum, hodiéque vim nominis servans, cujus meminit Charta Werdensis. Ab Emone ad Ann. 1224. *Winschium* appellatus, in Piano Diplomate *Winsum.*

Ecclesiæ Collatores, prædicatorum Cœnobium. *Jus Patronatus*, quod vocant, dudùm erat penes urbem Groningam, *a* quo disjunctus M. P. VIII. Ordinis Prædicatorum, seu Jacobæorum ibi Cœnobium fuit, ex Menconis continuatore Anonymo ad Ann. 1276. ædificari cœptum. Reg. Prædinii natales, studia, institutiones, Celebris & pagus hic natalibus Regneri Prædinii, sic dicti, quod ruri & in prædiis natus esset. Lovanii Philosophiæ, dein & majoribus facultatibus, ut vocant, impensâ operâ, Scholæ publicæ Groningæ administrationem suscepit adeò feliciter, ut undequaque ad ejus Scholam fieret accursus. Ephordiam dein ad eam Scholam administrandam evocatus, sed non unâ de causâ, quam in suis apud † Suffridum Petri litteris expressit, in patriam regressus, mortuus est Groningæ, mors, ibidem propè D. Walburgæ fanum conditus, sepultura, non longè a Schola, in semita quâ frequenter solebat deambulare.

Scriptor Groninganus præter J. Wesselum, ac Rodolpham Agricolam, & Prædinium hunc, quin & ejus temporis Pastores a nobis supra recensitos, suis accenset, ob hanc præcipuè

* *Vestiarius* dictus ex Cangio, cui non solum vestium, sed & thesauri & Cimeliorum cura committitur.

‡ Erat is Henricus Rees, Abbas ibi XXII.

*† Fortè idem, cum B. Richardo supra nominato.

† *Suffridus Dec.* XI. *pag.* 165. &c.

cau-

causam, quod ævi sui corruptelas insectati, præcipuè quodam religionis zelo ferrentur.

Religio,

Sic de iis differit in Prædinio p.38. *Gosvinus Halensis, domus Fratrum Præpositus Prædinio stimulus fuit ad veram Religionem hauriendam.*

Eo Anno 1530. *defuncto, cum Radingo Coninck, Joanne Elst, aliisque paucis, inter sexcenta pericula, colligendæ Christi Ecclesiæ incubuit.*

Sepulchrum ejus tectum lapide est insigni, io cujus soperficie scriptum est:

epitaphium,

HIC SITUS EST REGNERUS PRÆDINIUS, IN CHRISTO JESU MORTUUS ANNO SUÆ ÆTATIS QUINQUAGESIMO PRIMO, DOMINI VERO 1559. DIE 8. APRILIS.

scripta,

Scripta ejus multa, ex *Suffrido Petri*, *non referunt gratiam, quam viva vox habuit, eademque a Catholicis sunt notata*, uti & notat in *Bibl. Belg.* Valerius Andr.

Cyprianus Vomelius de eo boc cecinit elogium, ad Doctorem Thomam Ennium:

elogium.

Haud mihi continuo solet admirabilis esse,
Si quem fert oculis publica turba suis:
Sed quem commendat quisquam laudabilis ipse,
Hunc ego confestim devenerатus ero:
Ergo frequens cum tu memores doctissime Thoma,
Regnero eloquii flumen inesse merum,
Atque vel Isocratis Veneres dicendo referre,
Vel Demosthenеos teloque vimque gravis:
Nec modo Romuleis ubertim vocibus uti,
Attica sed parili verba sonare modo:
Nunc illum statuo revera existere talem,
Et Frisiam tantum lætor habere decus:
Gratulor & Frisiæ, cujus condiscere pubi
Et tanto liceat sacra fidemque viro.

MARNA, & *MERNA*,

Marna, vocabulum varium,

Mendosè in Diplomatibus quibusdam, inter cetera Ottonis M. Imp. 970.

MERMO, MERME, MERMA

situs,

dictus, antiquissimè Comitatus seorsum, dudùm *Hunsingiæ* iosignis portio fuit.

Portus Romanis tutus & compertus,

Servat hodiè nomen ad portum *Marnamanem*, ita ab hisce accolis haud dubiè dictum, apud Ptolomæum, non *Manarmanem*, uti habet vulgata scriptio. Is sinus Oceani est, olim longè patentior quam hodiè intra *Ostrogeam* & *Marnam* uberrimo ac edito inagri Groningani solo, cujus cultores *de Marnsters*, majoribus fortasse plenius *de Marnamans* dicti fuere; a qoibus haud dubiè, juxta * Altingium *Monarmanis* nomen tum portui, tum Ostio induit Ptolomæus, loco *Marnamanus*; uti & Marcianum in *Periplo* legisse putat: idque optima ratione; quia ad *Marnamanorum* oram, ubi *Unsingis* effluit, portus io intimo recesso ab Aquilone, id est, omnibus promiscuè ventis Septentrionalibus, ipso etiam Coro † satis tutus, Romanis quondam habitus & compertus. Exonerantur enim in bonc sinum *Unsingis*, & *Lavica* rivus, vulgò *de Lawers*, a quo hodiè *de Lawers-zee* vocatur; duplici jam ostio patens, quorum recentius Oceanus tandem sibi aperuit ad Orientem Insulæ, cui a Monachis alba veste distinctis, *Schiermonicoge* nomen, usitatissimè a nautis *Schölbag* dictum.

* *Alt. Not. Germ. part.* 1. *p.* 92, 91.
† *Tac.* 1. *Annal. c.* 70.

Frequens *Marnæ* mentio est apud Emonem, & Menconem, utrumque Abbatem Werumensem, Monachorum alba veste distinctorum, id est Præmonstratensium Cœnobii.

Hi *Præpositura* in *Merna* primùm meminère, cujus *Præpositus* ex Emone ad Ann. M. CC. LV. *Henricus, Canonicus Coppenburgensis*. — *Præpositura*,

Dein & Præmonstratensium in *Merna* Cœnobii meminerunt. Emo ad dictum annum S. *Joanni Evangelistæ* nuncupatum memorat; *Circa idem tempus* (MCCIV.) inquit, *cœpit Cœnobium Sancti Joannis Evangelistæ in Merna.* Idem *Priorem* Cœnobii S. Joannis, Præsulem, Menco *Abbatem de Merna* vocat.

[a] Sibrandus Leo *Taconem*, majorem ex tribus prioribus S. Frederici, I. Horti-Mariani Abbatis discipulis, Cœnobii, in terra Translavicana *Marna* ab eo appellati, fundatorem facit.

[b] Emmius, *Marnense Virginum Joanniticarum Cœnobium* appellat.

Fortè Sanctimoniales progressu temporis, cum ædes anteà conjunctæ & muris tantum separatæ essent, a Monachis, ut ferè alibi factum, ex cautione separatæ.

Abbatia,

Fredericus Anno MCCLII. ex [c] Emmio Marnæus Abbas

Wabbo, ex eodem, Marnæus Abbas Anno 1429.

vetus Cœnobium appellatum.

Cœnobium Marnæum, & vetus Monasterium, vulgò *Olde-Klooster*, ex [d] Emmio appellatum, distinctum est ab ejusdem vocabuli Benedictinorum ad Dammonam Cœnobio. Sie referens *L.* XII. quot ex Præmonstratensium familia gravi Anni 1287. diluvio interiissent, *in Cœnobio veteri Marnensis agri*, inquit, CCXL. In libro vetusto apud Emmium, & io Charta Ann. 1529. apud Ant. Matthæum recensetur, *Oldeklоster in die Marne, Monial. Ord. Præmonstr.*

Ceterùm ex quinque in Hunesgoniis Præfecturis minoribus, una est ad vadum Lavicæ sita, quæ ex [e] Emmio *Marnensis* dicitur.

LIENS, seu *LEENS*,

Liens, etymon.

Marnensium vicus, ab edito loco denomioatus; *Loens* enim, *Liens* & *Leens* editum solum, ex [f] Altinglo significat. In Piano Diplomate memoratur. Celebris & ibi olim, ut vocant, *Præpositura*, ab ipso Emmio *Leensia* appellata. Ibi nos arx *Verbildersum*. — *Præpositura*. arx.

ROUWERAHUSUM.

Rouwerahusum, hostili manu concrematum.

Parœcia in *Hunsinglis*, cooeremata An. 1247. non fortuitè, sed ab hostili manu, atque ob id sceleris ab Episcopo condemnata in centum marcas Sterlingiorum, nunquam, ut opinio est, instaurata; quia bodiè in loco ad dexteram *Unsingis* inferioris ripam, obi superest *Howæ* & *Howwerzyl*, sacræ ædis nullum vestigium.

SUTHERDICKE,

Sutherdicke,

[g] Noo procul inde dissitus vicus *Marnensium*, sic dictus a Menconis continuatore ad An. 1287. situs ad aggerem intimo recessui *Marnamanis*

[a] *Sibr. Leo in vita Abb. Horti-Marian. p.* 3.
[b] *Emm. rer. Frif. l.* 7. *p.* 124.
[c] *Idem l.* 10. *p.* 155.
[d] *Idem l.* 20. *p.* 310. [e] *Id. l.* 1. *p.* 17.
[f] *Alt. inf. Germ. part.* 2. *p.* 98. [g] *Idem pag.* 167.

portus

fitus, & hodiernum vocabulum.

portus quondam objectum, qui illis australis; adeóque *de Zuderdyck* appellatus; hodiè ab ora portus remotior est, & vulgò *Suurdyck* nominatur.

U L R U M,

Vicus in Marnensibus, ubi arx *Asinga.*

P I E T E R B O U R N,

In Marnensibus ad mare vicus, ubi nobilis arx *Dykslerbuysia.*

L I D E N G E R,

Lidenger, villa prætoria, modò deleta.

Villa ab Emone ad Ann. 1224. appellata, in *Hunsingiis*, ut ex narrationis serie colligere licet, non procul ab *Usquert* sita, quam Latini, quia tractus cujusdam terræ eundem Judicem agnoscentis, quam villicationem dixere, villam prætoriam non inscitè dicerent, cujus hodiè nomen est obliteratum.

W E R F H U S E N,

Werfhusen, vir ibi nobilis, Bebelo.

Hunsingiorum vicus est, speciatim Marnensium, M. P. X. ab urbe in occasum æstivum, cujus mentio apud Menonnis continuatorem ad Ann. 1280. ubi inter nobiles, quibus discordia & bellum fuit de *consulatu*, ponitur *Bebelto de Werfhusen.* Arx ibi *Lulema.*

E N E R U M,

Enerum, turris ibi spectabilis.

Et hic vicus apud Hunsingios, (quorum incolæ ab Emone *Enerenses* & *Erneuses* appellati,) maximæ existimationis, pro quo instar ocelli sæpius bello decertarunt; a *maris vadosi* proximo littore M. P. III. ab urbe Groninga X. disjunctus, turrim habens latè adeò spectabilem, ut nautis Pharus sit.

M E N S I N G E W E E R,

Contractè

M E N K E M E E R,

Vicus in Hunsingiis M. P. VIII. ab urbe Groninga. In Charta Werdensi inter *Waldas*, seu Sylvas ad Groningæ Aquilonaria mentio est *Menke.*

B E F T L O A,

In antiquis Diplomatibus

B A F F E L, aliis *B A F F L O,*

*Baflo, varia nomina, dignitas, dives Pastoratus, * Pastorye. natalis locus Rodolphi Agricolæ.*

Vicus in *Hunsingiis* a *Lo*, loco clatiore denominatus, Groningâ ad arctum M. P. X. disjunctus, quam villam, id est caput plurium, qui sub eodem Judice, Emo vocat.

Ibidem dives & honorata, juxta [a] Emmium * *Pastura Bafflos*; Ulfordus apud *Bafloos* sacrorum Præses. Hujus & administrator pridem Gellius Istanus.

Vicum hunc Rodolphi Agricolæ natales maximè decorarunt [b].

[a] *Emm. rer. Fris. l. 20. p. 310.*

[b] *Suffrid. Script. Fris. Dec. 10. §. 5. Val. Andr. Bibl. Belg.* & alii.

Vitæ ejus Series.

Natale solum hic habuit Bafloam Frisiæ municipium ad tertium à Groninga lapidem. Dialecticæ ac Philosophiæ operam dedit Lovanii in Gymnasio Falconia, tantâ animi contentione & studio, in tenerâ adhuc ætate, ut inter eos, qui Magisterii titulo insigniri solent, primum locum obtinuerit. Factisque ibidem studii Theologici initiis, Galliam, Italiamque visit, quo majorem ingenii cultum caperet. Ferrariæ Græcas didicit litteras, & Latinas ipse docuit. Certabat hic solutâ oratione cum Guarino, cum Strozzis Poëtis versu, de Philosophia cum Theodoro Gaza disserebat, & cæteris summis. Cumque pariter excoleret ingenium doctrinæ varietate & eloquentiæ incumberet, totius in se Italiæ ora oculosque convertit. In Patriam reversus, a S. P. Q. Antverpiano ad Scholæ illius Præfecturam evocatus est; verùm Heidelbergensem Provinciam prætulit, & primus exsulantes e Germania Græcas restituit litteras: quibus ætate provectior etiam Hebraicas adjecit, præceptore usus Judæo quodam, ad fidem converso, quem Wormatiensis Episcopus *Joannes Dalburgius*, solius *Rodolphi* causâ, domi suæ alebat. Heidelbergæ triennio exacto, ante diem, ac præmaturè supremum vitæ diem obiit Anno Domini CIↃCCCC. LXXXV. v. Kal. Novembreis, apud Minores conditus Ordinis illius habitu. In funere illius peroravit *Joannes Reuchlinus* Phorcensis. Fuit certè *Rodolphus* (ut Erasmi usurpem verba Adagio, *Quid cani & balneo*) totius tum Germaniæ, tum Italiæ decus: illius quæ genuit, hujus quæ litteris optimis instituit. Nihil enim, inquit, unquam hoc Cisalpinus orbis produxit omnibus litterariis dotibus absolutius, absit invidia dicto. Nulla erat honesta disciplina, in qua vir ille non poterat cum summis artificibus contendere. Inter Græcos græcissimus, inter Latinos latinissimus. In Carmine Maronem alterum dixisses: in oratione Politianum quendam lepore referebat, majestate superabat. Oratio vel extemporalis adeò pura, adeò germana, ut non Frisium quendam, sed urbis Romanæ vernaculum loqui contenderes. Eloquentiæ tam absolutæ parem adjunxerat eruditionem. Philosophiæ mysteria omnia penetraverat. Nulla pars Musices, quam non exactissimè calleret. Extremo vitæ tempore ad litteras Hebraicas ac Scripturas divinas totum animum appulerat. Atque hæc conantem fatorum invidia virum terris eripuit, nondum annos natum XL." Hactenus Erasmus. Epitaphium *Hermolaus Barbarus*, Venetus apud Cæsarem Legatus, *Rodolpho* posuit:

Mors præmatura.

epitaphium.

Invida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, *Frisii spemque decusque soli.*
Scilicet hoc uno meruit Germania laudes
Quicquid habet Latium, Græcia quidquid habet.

elogia.

Agricolæ hujus Opera se editurum pollicitus fuerat Viglius Zuichemus, ut ejus testatur Epistola Ingolstadio 5. Nov. 1539. ad Oswaldum Egghium: "Sed Alardum Amstelodamensem id "præstitisse, scribit, *qui omnia ejus Opera quæ exstant in unum corpus complexus, adjectis commentariis Coloniæ nuper emisit; undè comperies non pauca esse in tuo exemplari vulgo adhuc incognita.*

Ut pateat quanto in pretio essent Agricolæ Lucubrationes Latinæ, Viglius *Tom. III. pag. 251.* MS. Hectori Hoxvirio, *pro strena misit autographam epistolam Rodolphi Agricolæ, cum multis eum amicus donarit.* Attamen Rodolphi Agricolæ,

ad

ad summam laudem, obstitere quædam regionis ac temporum infelicitas, quibus vix quidqaam bonoris babebatur veteris politioribus, & nationis parum frugalis vita. Erasmus io Ciecroniano.

R A S Q U E R T,

Rasquert, nob. arx.

Vicus Besloæ vicious, ubi nobilis arx *Meyema*.

W E R P H E M U M,

W E R P H E M,

In Piano Diplomate

WAREFUM, hodiè *WARFUM*,

Warfumi, varia nomina.

Hunsingiorum vicus est, Groningâ M.P.XI. necdum duohus a littore Oceani dissitus.

Alfridus in S. Ludgeri vita hunc *Villam* appellavit; sie solitus appellare vicos Prætorios & Parochiales.

Melitens. ædes, arx nobilis.

Præter Parochiam, Melitensium ibi Equitum Cœnobium, ubi & illi suum postea Procuratorem habuere.

Nobilis illic viget arx *Warfambargica*.

M I D L E S T U M,

Midlesti, Ecclesia, Canonicorum ac Decani Collegio decorata.

Hunsingiorum vieus, oppidi penè formâ, solo fatis felici M. P. VIII. in arctum ab urbe Groninga, Sacerdotum Collegio & Decani auctoritate, juxta Altingium, nobilitatus, & a Werumensibus laudatus.

Alfardus ibi Decaous Anno 1224.

H U S D E N G U M,

Antiqoitus

HUSDINGE, hodiè *HUSINGE*,

Husinga, varium nomen, Ecclesiæ Plebanus Emo.

Vicus in proximis Hunsingiæ finibus M. P. IX. ab urbe Gronioga in Aquilonem Septentr. ubi, ut conjicere licet, Ecelesia fuit Magistri Emoois, adhue Plebani, postea Abbatis Werumeosis, uti in cjus vitâ narrat Meneo. Ipsemet Emo ad Ann. 1224. meminit *Husdengi*.

Nobilis ad Husingam arx *Fraamia*.

R O T T U M,

a Alting. p.152. *Rottum*, etymon, Benedictinorum Abbatia,

[a] Hunsiogiæ vicus exiguos, disjunctus Groningâ M. P. X. ad arctum Aqoilonarem, eujus frequens apud Werumenses mentio, quondam Abbatiâ Benedictinorum nobilis.

Nomen ducere videtur a tecto præ cæteris rubente, quasi *Root-beem*.

Abbates primi.

Haico, Anno 1253. Rottumanus Abbas.

Folcardus Anno 1280.

Ibi propè Sororum ascetertum, *Bethlem*.

Propè Rottum, ex Charta Aoni 1529. Monasterium pridem Sororum, *Betbleem* dictum. Ex Charta eadem *Monasterium S.* ANNÆ *Ordinis Cisterciensis*, & io *Bueren*, *Sororum S. Benedicti*.

S T E T I S W E R T H,

Stetiswerth, ubi olim *Clusa*.

Tenuis Hunsingiæ vicus, quondam *Clusa*, id est Cœnobio insignior, ex quo raptum Monachum, qui a prædicatoribus crucis populum averterat, Abbas Rottemensis subterraneâ speeu in perpetuum condidit, quasi blasphemum; narrante Emone ad Ann. 1234. *Stitswerth* hodiè vocatur M. IↃ. passibus a Rottumo ad austrum.

U T H U S A,

Vernaculè

U Y T H U Y S E N,

Uthusa, situs, bella,

Vicus hodiè Huosingiorum ex amplissimis, disjunctus Groningâ in Aquilonem M. P. XIII. quondam *Fivelingiorum* fuit, qui pro eo bellum traxeruot cum Hunsingiis ferè infelieiter, cujus Historiam Emo & Menco, Werumenses Abbates pluribus enarrarunt. Hi iocolas dudùm *Uthesoases* vocarunt.

Ecclesia, Divus Tutel. Rector,

Ecclesia ci olim opima, Divo Jacobo ouocupata.

Ejus Rector Aono 1280. *Wardus*, homo nobilis & religiosus.

Collatores,

Per cjus aliorumque Patronorum concessionem Ecclesia hæc eum possessionibus ac juribus omnibus eessit Floridi Horti Abbati Oudgero; hujus is [b] *confirmationem & investituram* petiit ab Everardo, Monasteriensi Episcopo, cui ea regio suberat, eum eandem Anno 1283. visitando obiret. Sed non sine validâ oppositione res ea tum gesta. D. Ivardus Uthus. Pastor An. 1276.

Prima cleri statio, ejusque extensio.

Prima illic Cleri ab immutato eultu ac regimioe statio, quæ ab *Uthasa* & *Usqaerda* Dammonam ac Delfzeilam usque Amisiæ oram legendo exporrecta, rursumque Dammooâ, loca intermedia, *Lopperstumum*, *Rottum*, *Sandweer*, aliaque repetendo, totum tractum, quem *Hogelandt* vocant, complectitur.

U S Q U E R T,

Usquert, situs, Ecclesia,

Vicus amplissimus est, haud procul a maris littore, Fivelingiis adhoe Anoo 1231. ot ex Emone pateseit, accensitus. Hine ab Hunsingiis, præcipuè Ereoensibus hostibus igne tum temporis absumptus, quibus si non ex tunc, certè dudùm accessit.

Hi cum profaois & sacra devastarunt: *Cum Ecclesia in* Usquert, inquit [c] Emo, *consumptum est igni dominicum Sacrumentam.*

Præpositi Sedes,

Præpositi sede nobilitata erat Usquerdiana Ecclesia, ut ex Emone, & Altingio ipso discimus.

Ecclesiæ Decanus Aono 1224. Dom *Herdericus*.

Episcopi Monast. eò instituta visitatio; Præpositus anathemate percussus,

At Deeanus Ao 1231. præerat D. *Herbrundus*.

[d] Faeinus hoc eo procurante commissum: anathemate tunc percussi saerorum prophanatores a Ludolpho, in ordine Pontificum Monasteriensium, ex Matthæo & Altiogio, XXVI. sententiam cunfirmavit Gregorius Papa IX.

Anno enim (1227.) *Episcopus Ladolphas*, ex Emone, *Frisiam est ingressus* XVII. *Kal. Junii*, causâ seilicet visitandi; per *Frisium* quippe *Omlandiam* hîc Emo intelligit, quæ inprimis ipsi tunc parebat. Reliqua enim, ut & ipsa Groninga, Episcopo Trajectensi subdita. Hinc mox subdit; Anno 1227. *Domini Ludolfi Episcopi Legatus in Frisia suæ Diœcesis.* Ludolphi post Ottonem II. & Wilhelmum successor, *Everardus*, *Monasteriensis Episcopus*, ex Menconis Continuatore *Anno Dom.* CIↃ. CC. LXXXIII. *venit ad partes Frisiæ causa visitandi, & ad corrigendos sabditos suæ Diœcesis*,

b Menconis Contin. pag. 277.

c Emo Chron. p. 134.

d Præpositi hi non semper sacris initiati; quidam aliquandò conjugati, ut his verbis testatum facit Viglius Zuichemus apud Monasterienses aliquando Decanus, & in agro Groning. Præpositus: *Præter Decanatum intra Monasterium, & denovis Præpositura in Frisia, quam etiam mihi forte marito facto retinere, uti non ignoras, liceat.* Viglius in lit. M.S. Hayoni Herm.

cefis, secundum consuetudinem antiquam & approbatam, cumque Usquest *devenisset*, &c.

S. Ludgeri Oratorium.

Oratorium jam Ludgeri ætate (qui Anno 809. obiit primus Monast. Episcopus) eo loco fuisse testatur Alfridus in ejus vitâ, ab eo ore rotundo appellatum *Uyrswyrde*.

MONEWALDA,

Monewalda, ædes primariæ, igni absumptæ.

Fivelingiorum vicus est, in quo ædes viri primarii, qui bellum inter Hunsingios & Fivelingios concitaverat, fuerunt crematæ a victoribus Hunsingis, ut notat Emo Werumensis ad Annum 1222.

SANDWEER, SANDE, &c.

Sandweer, *Sande*,

Vici Fivelingiorum, inprimisque *'T Sant*, arvis nulli secundus, Groningâ dissitus M.P.XII. ab Africo in Aquilonem.

agger Fivelæ objectus.

Ut enim Monachi variis temporibus per Frisiam & Ommelandiam æstibus maris aut fluminum aggeres objecerunt; sic Anno Christi 1257. novus agger Amasi æstuario objici cœpit a *Sunde* ad Fivelam, quem junctis operibus perfecerunt *Sundenses* Werumenses & consortes alii Anno 1266. ut notatum reliquit Menco Werumensis. Ad Sandam nobilis arx *Umpteda*, contractè *Ompta*.

EEMUM,

Eemum,

A Continuatore Menconis ad Ann. 1280. vicus sic vocatus inter *Wirthum* & *Emetham Fivelingiorum*.

Librariorum vitio M. pro N. exaratum, & legendum creditur,

ENUM,

seu *Enum*,

Vicus hodiè exiguus M. P. XI. ab urbe in ortum æstivum, arvi bonitate vix alteri cedens.

WIRTHUM,

& *Wirthum*, Fivelingiorum vici.

Hodiè servans nomen *Werdum*, vicus haud procul a *Fivela* inferiore M. P. X. Groningâ, cujus prima mentio apud Menconis Continuatorem ad Ann. 1280.

EMETHA.

Emetha, *Villa* antiqua,

Hujus apud Werumenses frequens mentio, ceu Villæ in *Fivelingiis*, ita appellatæ ab *Emesa* fluvio, ex quo tunc portus huc obtinuit. Situm satis prodit nomen, quod superest vico valdè modico ad *Fivelæ*, seu Rivi Dammensis Occidentem M P. IX. ab urbe Groninga, IV. a Werumo.

Paroch. Ecclesia, Divus Tutelaris collator, Forum:

Templum ei pridem Parochiale ex Mencone, D. Andreæ sacrum; in quod, ut jam vidimus, potestatem exercuêre Abbates Werumenses, quin & ipse Emo, primus Cœnobii Conditor.

Insigne ei etiam Forum fuit, quamdiu portus commoditate uti licuit, *Fori* appellatione, quam proprio *Emethæ* nomine diu notior. Varia ei insuper jura;

Jus *stapulæ*,

1. Jus *stapulæ*, id est mercium sistendarum privilegium.

signandæ monetæ,

2. *Signandæ monetæ*, quæ *Emethensium* dicta, latè diuque valuit, ne hodiè quidem abolitâ memoriâ aureorum Emdensium, *Emder-gulden*.

Scholæ.

3. *Scholæ litterariæ illustris*, & trivialis, quarum illi præfuit ipse Emo antè quam Abbas crearetur; Hanc verò Menco addidit ceu seminarium 1286. †

Sodalitatum,

4. Denique *Sodalitatum*, *Gilden* vocantur, loco superstite *Gildekamp*, testimonium præbente.

casus.

Sed splendorem hunc everterunt ipsa fata, flumine tantam limi copiam in portum ingerente, ut totus obstructus, & ut loquitur Menco, *sensim desiccatus fuerit, atque porrò fimo sterquilinii, straminibusque repletus*.

fani conflagratio.

Sub quod tempus & conflagravit templum S. Andreæ; sicque paulatim in tenuem vicum abiit, *Westereinda* nomine dici cœptum.

STEDDEREWALDA,

Steem, varia ejus vocabula, *Præpositura*,

Vicus in Fivelingiis, *Præpositurâ* pridem insignis, *Stedehem*, *Stedum*, & contractè *Steem* dictus, a quo adjacens Sylva *Stedewalda* dicitur; cui hodie, excisâ licet sylvâ, nomen adjacet *Stuerword*. Hujus meminit Charta Werdensis.

vir nobilis & probitate insignis,

Anonymus Menconis Continuator, non ad Annum 1290. ut Altingio, sed ad Annum 1284. celebrat *Epponem Bolesmoma de Stedum*, virum virtute & probitate insignem, qui cum aliis *virtute consimilibus Elboni*, & Alberti Decani in *Lopperchem* fraudibus obsisteret, & Abbati Wendinensi faveret.

Nobilis ibi arx *Nittersum*.

WERUM,

Werum, Parœcia,

Vicus est apud Omlandos inter Groningam & Dammonam, cui Fivela amnis ad Occidentem, teste Mencone in *Chronico*.

Emo Patronus,

Parochialis ei Ecclesia, in quam Emo Anno 1210. Patronatum obtinuit.

Oratorium ab eo extructum,

Emo laicus de Romerswerf, seculo renuncians, S. Benedicti habitum nullâ editâ professione susceperat, & in prædio suo, consentiente Monasteriensi Episcopo Ottone, ejus nominis I. Oratorium fundarat.

Huic se junxerat Anno gratiæ 1209. abdicato Pastoritio in *Husdinge* munere Emo alius, quocum ad Ordinem Præmonstratensem, factâ compositione cum *Reinero* Abbate vicini Monasterii, se transtulit. Sed fundator ei tamquam majori cessit, juxta has dicti Monast. Episcopi tabolas *.

"Omnipotentis Dei gratia Monasteriensis ecclesiæ Episcopus tam præsentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis, salutem in vero salutari. Accessit ad nos Magister *Emo*, quoodam in *Husdinge* Plebanus, & sua nobis insinuatione monstravit, quod laicus quidam *Emo* de *Romerswerf* religiose vivere cupiens in possessione sua Capellulam fundavit, ac habitum religionis a B. Benedicti in *Fildwerth* Abbate recepit nulla facta professione, & postea reversus in possessione sua libere est versatus. Postmodum vero idem Magister *Emo* in eodem loco conversus secundum regulam B. Augustini & Ordinem Præmonstratensem ibidem vivere & Deo servire cœpit, cui & fundator

† „Dominus Abbas *Menco*... ut habet ejus Continuator ad Ann. 1282. ad mandatum Domini Præmonstratensis, & *Diffinitorum*, studiorum puerorum transtulit ad Parochialem Ecclesiam *Emetha*.

* *Chron. Emon. p.* 10. *Menc. Chron. p.* 168.

"illius

"illius loci Emo tanquam majori cessit, & in eadem regula quasi majori & liberiori similiter versari consensit. Nos autem factum utrorumque commendantes eidem Magistro *Emoni* in eodem loco secundum ordinem prædictum Deo serviendi, Fratres insuper & Sorores colligendi præsente fundatore consentiente plenam concessimus auctoritatem. Et ne res gesta posteris in dubium venire queat, scripto & sigillo nostro confirmavimus. Acta suot hæc Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. IX. pridie Kalendas Aprilis feria Paschalis ebdomadæ, indictione XII. epacta XXI. Concurrente III".

Anno gratiæ 1211. primò collata est Ecclesia in *Werum* novo claustro paucis adhuc Fratribus ibidem collectis, Pastore ejusdem Ecclesiæ in Religionem B. Benedicti cedente.

Emo alter, Plebanus, cui prior cessit,

Præpositus Emo alter, Præmonstratum cum sociis profectus Gervasio Abbati consilium suum aperiens, has ab eodem Gervasio laudante pium coosilium, ad Rom. Pontificem obtinuit.

"Reverendissimo patri, & piissimo Domino Dei providentia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici humillimus ejus servus Gervasius, Fratrum Præmonstratensium minister humilis cum omni instantia devotam obedientiæ voluntatem: Lator præsentium Canonicus novi claustri, quod est Ordinis nostri, de Frisia oriundus, in qua rari inveniuntur Præmonstratenses, vel alterius ordinis Professores, ad me nuper accessit, credens quod humilitatis meæ preces apud Sanctitatem vestram pro eo debeant gratiam invenire. Licet igitur supplicare nequaquam sufficiam pro me ipso, quod sicut sapientibus & insipientibus ita divitibus sitis & pauperibus debitores, vestræ homiliter supplico pietati, quatenus ipsum io recitationibus suis, in quantum permittit honestas, vestra dignanter exaudiat celsitudo. Allegant autem pro ipso & personæ petentis simplicitas, & religioois in patria memorata raritas, quæ si io partibus diffusius propagaretur, videretur opus esse caritatis & sapere caritatem. Valeat in Domino Sanctitas vestra, quam Dominus Ecclesiæ suæ conservet incolumem".

Redux has litteras confirmatorias in Monasterium attulit.

"*Gervasius* Dei patientia Præmonstratensis dictus Abbas Venerabilibus in Christo Fratribus Ordinis Præmonstratensis Abbatibus universis has litteras inspecturis, Salutem & sinceram in Domino caritatem. Non facile debet convelli, quod cum labore conficitur, nec à filiis immutandum, cui patrum auctoritas suffragatur, quin potius in sua debet semper integritate persistere, quod constat esse & multa diligentia comparatum, & provida patrum sanctione statutum, sed & propria insuper honestate subnixum. Sane dilectus io Christo *Emo* Floridi Orti provisor nuper veniens Præmonstratum multo sategit studio, multa curavit instantia, ut in Ecclesia sua, quæ adhuc nova est, libri ecclesiastici haberentur secundum usum omnino & ordinem, quo ipsa Ecclesia Præmonstratensis utitur, tam in littera, quam in cantu. Ordinarium quoque ad exemplum nostri, & iostitutiones conscripsit, & quas in scriptis non invenit expressas. Quoniam ergo omne totum pulchrius elucescit, si partes à se ipsis non discrepaot, & membra eo rectius disponuntur, quo suo capiti cohærentia conformantur, nos ipsum *Emonem*, qui ad hoc sollicitius laboravit, ut Ecclesia sua suo toti, hoc est, ordini conveniret, & suo capiti, videlicet Ecclesiæ, per identitatem consuetudinum cohæreret, attentius in Domino commendamus, præcipientes districtius in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna excommunicationis, quatenus usus legendi pariter & cantandi, quem ad uniformitatem ordinis conservandam secum tulit a nobis in Ecclesia Floridi Orti, perpetuo modis omnibus habeatur, nec Priori, Abbati, nec alicui nostri Ordinis Professori, aliquatenus liceat omnium eorum, quæ notavit, aut scripsit, jota vel unum, vel unum apicem immutare: Sciturus qui hoc fecerit se ex ea hora sententiam excommunicationis incurrisse, qua aliquid prædictorum omnium immutare præsumpserit, nisi mutationem illam in Præmonstratensi Ecclesia factam esse noverit & receptam. Datum Præmonstrati VI. Id. Junii Anno gratiæ CIƆ. CC. quarto decimo.

"*Postmodum pro consummatione cœpti illias congratulatus est Fratribus, qui eodem afficiebantur desiderio, subscribens in hunc modum.* Credo Fratres observantiam institutionum Præmonstratensis Ecclesiæ vere Apostolicæ esse quasi civitatem super montem sitam. Cujus cives Apostolos & eorum successores patres nostros Dominus commendans dixit: *Qui vos recipit, me recipit*. E contra de perversis dixit: *Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones meorum &c. tolerabilius erit terræ Sodomorum &c.* Sed hoc quidem Apostolis. Nunc autem per successores eorum in lumine vobis quoque professis Ordinem Præmonstratensem audire, & recipere, & servare sub prædicta spe vel pœna prædicantur. Denique ex inspiratione, ut spero, Spiritus Sancti institutiones sacras hujus sanctæ civitatis complexus præcipuè Deo disponente pro viribus, uniformitatem eorum, quæ ad cultum Dei pertinent, deesse dolui. Quæ quidem suo loco in Capitulo missale, textus, commendantur. Porrò aliquamdiu circumferebar vento variæ consuetudinis, donec, dante Deo attraxi spiritum pietatis, & primo ad immolandum hostias jubilationis Deo uniformiter usum cantus de gremio Præmonstratensis Ecclesiæ, non sine labore, sed cum solatio fratris Thitardi transtuli. Sane hunc laborem satis dulcem persuasit mihi caritas Fratrum, quos non minus quam me dilexi, quos eadem Spiritus Sancti inspiratio id ipsum mecum petere & expectare fortiter perdocuit. Persuasit etiam obedientiæ donum, genitrix virtutum. Monuit concordiæ uniformitas. Sed credo Fratres non deerunt, qui dicent curiosum esse pro his quasi minimis acquirendis, sicut Dominus arguit Scribas & Pharisæos, qui decimabant mentam & anethum, & reliquerunt, quæ graviora sunt legis. Sed subjunctum est, hæc oportuit fieri, & illa non omittere. Plane Deo disponente pro viribus domom sibi more converso fieri desidero. Romani nempe, ut legitur, postquam civitas erat munita muris, volebaot eam munire legibus. Religiosus vero prius spiritualibus ditare se studeat quam temporalibus. Puto adhuc esse, qui quasi dedignando dicent me uti posse consuetudine vicinarum Ecclesiarum. Sed legant mecum & intelligant, *Nolite cantare, nisi quod constat esse cantandum*. Quid explicatius his verbis vel simplicius?

"plicius? His jam dimissis, filii dulcissimi, quorum palatum sanum est, vobis inquam laborem meum pro uniformitate ordinis durum satis, sed dulcem, commendo, vos inquam cognoscite, quanta sit hilaritas conscientiæ etiam in hac vita sine hæretica contradictione uniformiter Deo psallere secundum instituta Ecclesiæ Præmonstratensis, quæ mater est omnium Ecclesiarum suæ professionis. Porro pro imperfecto meo, quod a nobis facile deprehenditur, super audacia tanti cœpti veniam peto. Sed ignorare nolo vos duo esse imperfectionis materiam, videlicet animum ad ulteriora pronum, qui nihil credit actum, dum quid superest agendum, & usum pristinum, qui etiam virtutem cognitam cogit negligere. Modum tamen in notandis libris servavit, excepta * clune coruuta, pro qua ipsi uruntur flexa rotunda, & toreulum freqoenter habent, & podatum præpunctatum, & puncto percantato fortiori voce, quasi cum quadam subdistinctione resumunt podatum. Hæc ideo de notis vel figuris dixerim, quia certus usus carum dulcem modum cantandi reddit, qui haberi non potest de exemplaribus confuse & superbe notantium. Semitonium quoque † clune circumflexa cantant. Postremo, Fratres dulcissimi gratias ago Deo in exultatione, qua me non meis meritis sed vestris orationibus cumulavit, quod opus sanctum, opus dignum benedictione, à multis desideratum pro uniformitate ordinis per me & fratrem in Christo transferri in pace concessit".

* cline.

† cline.

Cœnobium condit, habito Abbatis Præmonstratensis ac Rom. Pont. consensu, *Hortus Floridus* & *Witteverum* appellatum,

Monasterio, ut litteræ præferunt, *Floridi Horti* nomen inditum.

Witteweram alio nomine dictum fuit a candidis Cœnohitarum cucullis, ad distinctionem aliorum *Werumerum*. "Anno 1215. inquit Emo, facta est donatio Ecclesiæ in Werum ab universitate Patronorum decimo quinto Kalendas Aprilia, præsente *Menkone* Decano in *Loppersum* & aliis plurimis, constitutis jam Fratribus sub Ordine Præmonstratensi". Ad hujus Capitulum generale hoc eodem anno profectus Emo, has litteras reportavit:

"Ego Gervasius, Dei patientia dictus Abbas Præmonstratensis omnibus in perpetuum. Notum esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod cum Ecclesia Floridi Horti in Frisia per Dei gratiam dilatari cœpisset, ita quod surgens de paupere fundamento jam haberet incrementum, quoniam vir religiosus Emo ejusdem loci Præpositus, qui fuit unus de duobus primis inhabitatoribus & fundatoribus dicti loci, idem Præpositus tandem veniens ad generale Capitulum Præmonstrati se obtulit, & locum suum Ecclesiæ & Ordini Præmonstratensi, quem elegit, & professus fuerat a primis Ecclesiæ sibi commissæ fundamentis, ipsamque Præmonstratensem Ecclesiam immediate matrem elegit, ut Ecclesia Floridi Horti tanquam specialis Filia Præmonstrati per Præmonstratensem Abbatem tanquam per Patrem regatur, secundum quod Ordinis exigunt instituta. Nos autem devotionem ipsius & suorum in Domino commendantes, sicut erat merito commendanda, recipimus eum in filium, & Ecclesiam suam in filiam spiritualem. Ne igitur futuris temporibus super hoc possit aliquis scrupulus suboriri, præsentes litteras in testimonium rei gestæ conceptas sigilli nostri appensione duximus roborandas. Actum Anno gratiæ CIↃ. CC. XVII."

Cœnobium ibi Emo condidit ad exemplum ejus, quod Præmonstrati in Galliis est, addito mox fano, quo nullum totâ regione magnificentius. — cum fano magnificentissimo,

* A Guilielmo, Monasteriensi Episcopo Ottonis Lippiensis successore & Ludolfi ex fratre nepote, dedicatum est fanum, anno a quo claustrum construi cœperat XXI. ab initio conditi Cœnobii isto loco 46. — a Guilielmo Monast. Episcopo dedicatum.

Ejus primùm Præpositus, & ex Præposito Abbas creatus est Emo, ut disertè ait ipsemet *pag.* 119. „Eodem [a] die *Emo*, Præpositus Floridi „Horti per manus impositionem præfati vene„rabilis Antistitis [b] ex miseratione divina ad„stantibus Fratribus suis nomen & officium Ab„batis suscepit". — [a] 9. *Cal. Mart. An.* 1225. [b] *Monasteriensis, Theodorici, ex Emmio.*

Emo hic Chronicon scripsit ab Anno CIↃ. CC. III. usque ad Annum CIↃ. CC. XXXVII. in quo Cœnobii sui initia, progressum, impugnationes & alia descripsit: editum illud ab Ant. Matthæo IV. Antecessore in Acad. Lugduno-Batava *Analect.* Tomo III.

Gravis ei mox concertatio cum Herdrico, Schiltwoldici Cœnobii ex hoc Verumensi prognati Præposito, qui Monasteriensem Episcopum in partes traxerat. Propter cjus avaritiam, secularem fastum, inobedientiam & contumaciam lata in cum fuerat excommunicatin. — Gravis Emoni ob id cum Herdrico contentio,

Quæ in hac concertatione gesta & ordinata sunt in dicto Emonis Chronico reperiuntur a *pag.* 104. ad *pag. usque* 112. ubi compositio inita, ejusque forma hac pacto exhibetur:

"In nomine Domini Amen. Ego Theodoricus, Dei gratia Monasteriensis Episcopus omnibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Salutem in Domino. Notum esse volumus universis, quod discordia, quæ inter nos ex parte una, & Præpositum E. Floridi Orti & suum Conventum ex altera parte vertebatur, sopita est in hunc modum: Præpositus E. obedientiam, quam aliquis alius Abbas vel Præpositus Præmonstratensis Ordinis, salvo jure privilegiorum & Ordinis suo Episcopo facit, vel fecit, domino suo Episcopo Monasteriensi faciet & exhibebit, & omnes causæ sive crimina super quibuscunque articulis, quæ contra eum vel Conventum suum motæ fuerunt, sopitæ sunt & extinctæ. Omnes quoque sui fautores, Clerici sive laici, qui propter causas contra ipsum motas in aliquod devenerunt gravamen, liberi erunt penitus ab illo & exempti. Instrumenta quæcunque ex utraque parte, tam nostra, quam Emonis Præpositi & sui Conventus a quocunque optenta fuerint, nullius erunt penitus momenti, & ipse Præpositus obediens erit nobis modo supradicto, & nos ipsum, quantum potuerimus, promovebimus. Discordia vero, quæ inter Emonem Præpositum & suum Conventum ex una parte, & inter Herdricum de Skeldwalda & suum Conventum ex altera vertebatur super quibuscunque causis, sopita est in hunc modum. Uterque supradictorum Præpositorum, dextra sibi ad invicem data, veram amicitiam inter se promiserunt se fideliter servaturos, adjicientes, quod neuter ipsorum consilio vel facto alium sive in generali Capitulo, sive alio quocunque loco, gravabit, nisi siquis eorum requisitus — tandem composita.

* *Emmius rer. Fris. lib.* XI. *p.* 164.

"suc-

" fuerit in animam suam, liberum ei erit dicere veritatem super re, de qua fuerit requisitus. Instrumenta quoque ex utraque parte, a quocunque etiam optenta fuerint, sive a domino Papa, sive a delegato, sive ab Ecclesia Coloniensi, sive ab Episcopo Monasteriensi, sive a Capitulo generali in manus Domini Gerconis de Fermesum, & Alfardi de Midlestum resignabunt, nullo unquam tempore valitura. Fautores quidem utriusque partis ab omni gravamine, quod propter eos incurrerant, liberi erunt & soluti simul cum illis, qui propter denunciationem cujuscunque excommunicationis sese a Synodo subtraxerunt. Acta sunt hæc apud Loppeshem Anno Dominicæ Incarnationis CIↃ.CC. XXIV. XIII. Kal. Octobr. præsentibus testibus G. de Fermesum Decano, P. & A. Decanis de Loppeshem, & aliis quam plurimis. Ut autem hæc compositio firma maneat & inconvulsa, præsens pagina nostro sigillo, & E. Præpositi Floridi Orti, & H. Præpositi de Skeldwalda sigillis est roborata. Data per manus Magistri A. Notarii Episcopi Monasteriensis ".

Abbatum, series, *Menc. pag.* 188.

Anno Domini 1237. in Domino mortuus est Abbas Werumensis Cœnobii primus Magister Emo. Ei successit Dnus Paulus, ejusdem Cœnobii *Supprior. Paulus*, inquit Menco ad Ann. 1242. *secundus Abbas Floridi Orti anno ab obitu Domini Emonis, & suæ successionis* XI. *acutissimâ febre correptus de claustro sororum ad Abbatiam est deductus.*

pag. 191.

Hunc subsecutus Menco, qui Emonis Chronicon obi is desiit, continuavit ad Annum 1273. & Emonis elogium facit primis historiæ paginis. Annus is putatur, quo & Menco obiit.

[a] Menconi, si numeri corrupti non sint, successit Audgerus Abbas. Folcardus Audgeri, sive Aodgarii successor. Continuator Menconis meminit Eilwardi Abbatis Anno 1276.

& potestas ampla,

[b] Hi potestatem suam in plurimas circum Ecclesias, in ipsam etiam Emeihensem, protulere. Monasterium autem ad locum istud fuit duplex muris tantùm distinctum, alterum viris destinatum, quod *Floridus Hortus* dictum; Sanctimonialibus alterum, quod & claustrum novum, & *Campus Rosarum* dicebatur, ab ipso Emone quoque conditum. Sic enim Menco de Emone ad Ann. 1237. *Coram positis Fratribus & Sororibus in* novo claustro, *cui ipse tamquam rigator nomen* Campus Rosarum *imposuit, de laboribus & ærumnis ereptus, dormivit cum patribus suis.*

fani incendium, Cœnobii destructio, & census Groninganæ Sedi ac Collegio assignatus.

Ceterùm turris concidit terræ motu Anno 1262. atque fanum ipsum incendio periit.

Cœnobium demùm cum aliis per Iconomachiam dirutum fuit, cum census ejus anteà per Pianum Diploma assignatus fuisset Collegio Canonicorum, unà cum Sede in urbe Groninga Pontificis hujus jussu erecti.

Ultimus Cœnobii Abbas, assumptus ad erectum Groningæ Collegium, *Hermannus Cornelii.*

N O T H E N S U M,

Nothensum, Plebanus, & laicus honestus.

Emo, Werumensis Abbas, vici ejus nominis meminit ad Ann. 1208. cujus *Plebanus*, ut apparet, fuit *Eggardus*, unus ex delegatis eo anno VI. Kal. Martii a Monasteriensi Episcopo Ottone ad discordiam inter Abbatem *Reyndonem*, & Emonem componendam.

Menco ad Annum 1267. meminit Riperti de *Nothensum*, laici honesti.

a Vide A.Matth.Dedicationem T.III.Anal.præmissam.
b Continuat. Menc. pag. 277.

Vicus [b] Altingio Fivelingiæ fuisse videtur in vicinia *Werumi*, aut *Skiramera*, cujus vestigia non supersunt, nisi alio nomine hactenus incomperto.

S K E L D W A L D A,

Hodiè

SCHILTWOLDE, a SCHILT,

Stagno vicino appellata, a Continuatore Menconis *Sckeld*, id est aqua vel mare dicta, vicus est, in Sylvis australibus *Fivelingiæ*, id est *de Woldstreek*, Groningâ M. P. IX. ad ortum dissitus; olim *Præpositura*, quam vocant, insignis, cujus Præpositus Rhodbernus; *Vir*, inquit [c] Emmius, *nequissimi ingenii, qui ministrum se iniquitatis alienæ, cupidinis sc. Episcopi Monasteriensis præbebat.*

Skeldwalda, seu *Schiltwolde,* etymon, situs, Ecclesia Præposituрâ illustris, Præpositus Rhodbernus, factiosus,

Emoni Werumensi plurimùm is creavit molestiæ ob condendi illic Cœnobii consilium.

Factio in Clero & populo Henrici scelere, inquit idem, *in gravem & periculosum tumultum prorupit, in quo fanum & cætera domus Schildwoldicæ ab indignanto populo incensa conflagrarunt ante exitum Anni* 1224.

Emo ipse Parochiam, in qua & Sororum sui Instituti Cœnobium condidit, *Skeldensem* dixit, & Parochianos, *Silvanos Skeldenses.*

Ejus Cœnobii initia sic refert Emo ad Ann. 1204. *Circa idem tempus cœpit.... & Cœnobium Sororum in Parochia* Skeldensi *a quodam Henrico Canonico Coppenburgensi, Præposito in Marna. Verùm claustrum in gratiam S. Mariæ convaluit cooperante matrona conversa, longævâ, amitâ Fratris Herdrici, postmodum Præpositi ibidem.*

Virginum Præmonstratensium Cœnobium,

H E L L U M,

Hellum, prisci Domini,

Fivelingiorum vicus in Sylvis australibus ab urbe Groninga in ortum dissitus P. M. X. nomen hodiéque custodiens, sub seculi XIII. finem in Menaldæorum potestate ex *Menconis* Continuatore Anonymo, qui & refert ad Ann. 1295. quod *Elbo* medietatem Castri & hæreditatis emerit ab hæredibus *Rodmari*, & illam dederit ad structuram Ecclesiæ in *Hellum.*

Ecclesiæ conditores:

S L O C H T R A,

Slochtra, situs, Dynastæ,

Vicus Parochialis in Sylvis australibus, a *Menconis* Continuatore transpositâ & geminatâ aspiratione sæpius & constanter *Slothra* appellatus, Groningâ M. P. IX. disjunctus, ubi *Haiginniis*, ex eodem Scriptore, præcipua sub finem seculi XIII. fuit auctoritas. Ibi nobilis arx *Fraeylenburgica.*

arx.

S C H A R M E R,

Scharmer,

Apud Werumenses Abbates, & pluribus veterum monumentis

S K I R A M E R E,

antiquum vocabulum, situs vetus.

Hodiè vicus in Fivelingiis proximè Trentnwaldiorum finibus ad V. Groninga lapidem.

[d] Antiqua illi Ecclesia Anno 1231. XII. Kal. Junii Dominica SS. Trinitatis, juxta Emonem

b Alting. Not. Germ. part. 2. *p.* 162.
c Emm. rer. Fris. lib. 9. *p.* 133.
d Emo pag. 132.

& nova Ecclesia,

a potentioribus patronis Cœnobio Werumensi concessa: sed aliis absentibus, ad quorundam, inprimisque Decanorum instantium v. Idus Julii irrita reddita; at iv. Kal. Aug. innovata, præsentibus jam Decanis.

Collatores,

[a] Anno Domini 1296. nova Ecclesia, ex *Menconis* Continuatore, in *Skeramera* fundata est in arenâ, alterâ lapideâ a proavis in palode exstructâ, multò præstantior. Fano Parochiali, additum fuit Crucigerorum Cœnobium.

Cœnobium Crucigerorum.

Sibrandus Leo † refert Cœnobium Præmonstratensium, auctoritate Præpositi in *Schildwolda* Anno Dom. ɔ. cccc. translatum esse Crucigeris in Scharmer, aliquandò *domus lucis* dictum.

† In vit. Abb. Lidlum.

B R O K E,

Broke, Orientalis, & Occidentalis,

[b] Vicus Sylvanorum, imò totius *Veteris Præfecturæ* primarius, Satrapæ sedes, in duas prægrandes Parochias divisus; ita Menconi, Abbati Werumensi appellatur, hodiè *Zuyt & Nortbroeck*, uterque pari ferè spatio a primaria urbe, M. P. XIII. sc. dissitus.

L O P P E R S S U M U M,

L O P P E R S H E M,

Nobis hodiè

L O P P E R S U M,

Loppersum, prisca nomina, fanum, Præpositura, Decani Loppershemii,

Præinsignis Fivelingiorum vicus, Groningâ dissitus M. P. X. ubi arx *Ten Ham.*

Præpositurâ is pridem & celebri fano nobilis, fani incendium passus Anno 1217. Apud Werumeoses, ejus Decani ac Præpositi utramque paginam implent.

MENKO, Decanus in Loppershem Anno 1215.

Anno 1252. REPERTUS, Decanus quondam in Loppershem, vir rapax, cum vitæ tandem nequiter actæ cum piguisset, ab Antistite Werumano in Monachum attonsus, restitutis quæ ante rapuerat, in cucullo decessit, ex [c] Emmio.

Anno 1280. ALBERTUS, Decanus in Loppershem.

Anno 1290. ELBO, Decaous io Loppershem.

Loppersis natus,

Valer. Andr. Bibl. Belg. Viri erudit.

GERARDUS, hioc dictus LOPPERSIUS, qoi primùm Groningæ, post Trajecti ad Mosam Scholæ præfuit, ubi & diem extremum obiit circa An. ɔ. ɔ. LXXXII. Auxit post Hieroo. Varlenium *Epicteti Enchiridion*, e Stobæi Eclogis: & subjunxit eidem *imaginem vitæ*, Latinis versibus è Græco expressam Lovanii 1550. 8. apud Gravium. Scripsit & *propugnationem sententiæ Card. Baronii contra Marsilium Neapolitanum*, Theologum in 4.

Idem.

JOANNES LOPPERSIUS, Frisius, Romæ opusculum quoddam edidit io negotio Schismatis Veneti pro Cæs. Card. Baronio, tractans locum illum Scripturæ, *Occide & manduca.* Vide Thuanum *Hist.* sui temporis *lib.* CXXXVII. ad An. 1606.

a *Anonymus pag.* 196.
b *Alt. Not. Germ. inf. part.* 2. *p.* 30.
c *Emm. rer. Fris. lib.* 10. *p.* 152.

S P I C,

Vicus Fivelingiorum ad Amasi ostium, cui Ptolomæus cognomen *Wider* addidit; cujus littori diluvio S. Lucæ Anno 1246. navem *Leovardiensium* prægrandem impactam, a se coëmptam asserit Menco. Superest hodiè eodem nomine, sed latiore pronunciatu *Spyck.*

Spick, hodiè Spyck Fiveling. vicus.

B E R U M U M,

Vulgò *Berum*, vicus Parochialis in Fivelingiis insignis, ferè in ora Amasi fluminis, nullam nominis mutationem passus, cui Herbertus, Episcopus Ultrajectinus, & Fratres ejus Groningæ & Covordiæ præfecti, ortum debere creduntur *.

Berumum, situs, nobilium natales.

Menco Werumensis ad Ann. 1247. narrat ejus Ecclesiam unà cum *Holwirthensi* absolutam interdicto quod incurrerant ob pugnam cruentam, Ruperto & Albertidis hinc & inde incentoribus commissam.

Ecclesia, anathemate perculsa & absoluta.

Arx ibi *Luinga.*

Vicinum Berumo

F E L D W I R T H,

S. Benedicti Cœnobii in *Fivelingiis* pervetustum, Dammonæ vicinum, Grooingâ distans M. P. XIV. in ortum æstivum.

Felwirth, S. Benedicti olim utriusque sexus Cœnobium,

„*Hatebrandus*, ioquit [a] Miræus, seu *Hathebrandus Feldwertense* Monasterium Ordinis „S. Benedicti pro utroque sexu Anno 1183. inchoavit [b] *Appingendami* apud Frisios in Diœcesi Ultrajectensi, nunc Groningensi".

Antiquum Kloster, vernacule *Olde-klooster* postmodum appellatum fuit, aliud a Præmonstratensium in Marnensibus Cœoobio.

vernaculè Olde-klooster appellatum, Abbatis dudum titulo illustre,

Illius Præsul jam eum Abbatis dignitate & titulo fuit seculo XII.

Frequens ejus mentio apud Werumenses Scriptores,

Primus Cœnobii Rector Hatebrandus obiit Anno 1198. ibidem in claustralis ædis medio conditus, cujus ossa ex tumba Anoo 1617. extracta ac in tuto loco aliquamdiu recondita, inde Anno 1620. Antverpiam ad Cœnobium S. Salvatoris, quod Cisterciensis Ordinis est, fuot allata, venerationi fidelium exposita, speciatimque venerantur ad 30. Julii, qui ejusdem Hatebrandi natalis est, concessis a Joanne Maldero, tunc Antverp. Episcopo XL. dierum Indulgentiis, iis qui easdem venerabundi eo loco accesseriot, juxta hoc dicti Episcopi Diploma a Miræo ibidem relatum:

cujus I. Rector Hatebrandus, inter Cælites recensetur,

„Joannes Malderus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antverpiensis, omnibus „has visuris salutem io Domino sempiternam. „Cùm ex authentico instrumento, plurium fide digno testimonio roboratn, nobis constet „reliquias pænè integri corporis S. Hathebrandi, primi Abbatis Monasterii dicti *Oldencloo-ster*, Ordinis S. Benedicti, prope Appinghendam, Diœcesis Groningensis, modò ab Hæret. occupati, Anno Domini 1617. ex tumba, sita in medio Ecclesiæ dicti Monasterii, „NN. fuisse extractas, ac post obitom N. ab „N. in custodiam fuisse traditas probo & hone-

* In Frisia Orient. *Berum* est, arx nobilis ac vetusta, ex qua eos originem ducere illustres Scriptores contendunt; certè ibi eamm splendent effigies.
a *Mir. in Fast. Belg. & Burg. pag* 450. 451.
b Appingendamum, hodiè Dammona oppidulum, in cujus vicinia *Feldwerth* conditum Cœnobium.

sto

„ sto viro N. qui coram nobis, præsentibus D. „ Cornelio de Witte, S. T. L. Archidiacono „ nostro, R. P. Henrico vander Heyden, Prio- „ re Monasterii S. Salvatoris, hujus civitatis „ Antverpiensis, D. Laurentio Beyerlinck, „ S. T. L. Archipresbytero Ecclesiæ nostræ Ca- „ thedralis, & D Francisco vanden Zype, I. V. „ L. Canonico ejusdem Ecclesiæ & Officiali no- „ stro, sub solenni juramento declaravit se di- „ ctas reliquias à præfato N. accepisse, atque „ attulisse ad hanc civitatem Antverpiensem, ut „ in prædicto Monasterio S. Salvatoris adserven- „ tur, & congruenti in honore ac veneratione „ habeantur. Nos pro munere nostro libenter „ iis intenti, per quæ fideles ad debitum San- „ ctorum cum Christo regnantium cultum, & „ earundem reliquiarum venerationem inciten- „ tur, approbamus dictas reliquias, easque de- „ claramus esse prædicti S. Hathebrandi genui- „ nas: ideoque concedimus, ut eæ tamquam „ sufficienter à nobis recognitæ & probatæ, in „ templo antedicti Monasterii S. Salvatoris, eo- „ dem modo, ut olim in Ecclesia, unde trans- „ latæ sunt, populo Christiano venerandæ ex- „ ponantur, atque omnibus Christi fidelibus, „ die 30. Julii, qui ejusdem S. Hathebrandi na- „ talis est, idem templum singulis annis devotè „ visitantibus, ibidemque pro felici statu Eccle- „ siæ, Principum Christianorum concordia, & „ hæresum exstirpatione pias ad Deum preces „ fundentibus quadraginta dies de vera Indulgen- „ tia, in forma Ecclesiæ consueta in Domino „ largimur per præsentes. Datum Antverpiæ „ die 17. mensis Januarii, Anno Domini 1620.“

Dominici coloni hodiè occupant locum, idem servantem nomen.

Idiorum Cœnobiorum in agro Groningano auctor: a Colonis hodie idem Cœnob. excolitur.

Cum ossibus Sacris unà allatus Codex Manuscriptus, in quo lectiones habentur de vita hujus Hathebrandi, a Monachis Feld-wertensibus in templo, ut apparet, recitari solitæ. Inter alia de eo narrantur ista; „ Tria temporibus vitæ „ suæ construxit in Frisia pius Pater Monaste- „ ria; *Feldwerth* primum, † *Merchusum* secundum, „ *Germerewald* tertium“.

GERMERWALDA,

Alt. pag. 69. Germerwalda, Bened. Cœnobium, Stitingiorum familia,

Fivelingiæ vicus est vim nominis servans, ad viam regiam intra IV. ab urbe lapidem Amisiam petentibus, grave damnum, propter situm humiliorem, passus diluvio Simonis & Judæ Anni 1287. ubi & Stitingiorum, ex Continuatore Menconis, claruit familia.

Eppo vir nobilitate & probitate insignis,

Anonymus Menconis Continuator ad Ann. 1284. celebrat *Epponem Stitbenga* de Germerwalda, ut probitate insignem, qui *Elboni* laico & Alberto Decano restiterit.

ROMERSWERF,

Romerswerf, Oratorium pridem in Sanctimonialium Præmonstratensium asceterium, nomine Campi Rosarum versum,

Feldwerthensibus Monachis vicinus locus *Fivelam* versus, in quo Emo laicus nobilis, suscepto primùm S. Benedicti habitu, suo in feudo Oratorium dedicavit Anno 1204. quod deinde, associato sibi Emone *Husdingæ Plebano*, postea Werumensi Abbate I. amitino suo in claustrum novum Sanctimonialium convertit, nomine *Campi Rosarum*, cujus rigator præcipuus ipse, Abbas Werumensis, ibidem apud Sanctimoniales sorores suas defunctus Anno 1237. narrante Menone in vitâ Emonis. *Romerswervæ* & *Campi Rosarum* vocabula recesserunt, & superest hodiè novi claustri, *Nye-klooster* nomen.

† De Merchusano Cœnobio supra fuit mentio.

hodiè Nyeklooster vernacule appellatum.

Plebanus de Romeswerve, ex Emone ad Ann. 1208. *Evo.* Anno 1261. „ ex Mencone con- „ summatum fuit fundamentum Ecclesiæ in *Cam-* „ *po Rosarum*, & ipsa. Ecclesia infra triennium „ in muris ædificata“.

JUCAWERT, INCAWERT,

Hodiè

JUCKWERT,

Alt. pag. 105. Incawert, & Juckwert, Fivel. vicus, ejus Rector antiquus.

Viculus est in *Fivelingiis*, Fivelæ ad arctum, Appingadamo pæne contiguus. Emo Werumensis ad Ann. 1208. vocat ejus Rectorem, non Oswaldum, ut habet Altingius, sed *Olbrandum de Incawerth.*

TIAMERSWERVE,

Seu

THIAMERSVERNA,

Thiamerswerve, seu Tiamsweer, Plebanus, perillustris.

Vicus est in Fivelingiis ad rivum Dammensem, quem illustri *Plebano* honestat Emo Werumensis ad Ann. 1209. „ Vir illustris, piæ opi- „ nionis, inquit, *Popeko* in *Tiamersverna*“. Hodiè vico *Tiamsweer* nomen, haud procul *Appingadamo.*

UPWIRTHE,

Hodiè

OPWIERDE,

Upwirthe, Opwierde, situs, Plebani Ecclesia.

Vicus in Fivelingiis non longè a Fivelæ ripa dextra M. P. circiter ab Appingadamo, ubi olim *Plebani* Ecclesia. Monasteriensis Episcopus de consilio Decanorum & Abbatum An. 1227. Litteras edidit de occisione Sacerdotis H. apud Emonem ad Ann. 1228.

CREWERT,

Apud Continuatorem Menconis

FREWERTH,

Frewerth, seu Crewert, fanum, Diva Tutel. Collator.

Fivelingiæ Villa hactenus cum *Arnemerth*, Halwirthensis Parochiæ. Sub finem seculi XIII. verò constructo fano Ecclesiæ Paroch. jure donata. Vix dubitat Altingius, quin Menconis Continuator per hasce villas intelligat *Crewert* & *Catims*, quarum priori additum exiguum fanum, seu *Capella*, D. Mariæ Virgini nuncupata, Floridi Horti Abbatibus concessa, deinceps utrique communis. Mille passibus distat a veteri Parochia,

HOLWYRDA,

Holwyrda, varium nomen, situs, turris præcelsa.

Cujus mentionem facit Menço ad Annum 1248. Vicus is cum excelsa torri totâ lateritiâ ad summum apicem in ora ferè Amasiæ intra III. lapidem ab Appingadamo in arctum. * Alfricus *Holewyrd* vocare videtur. Continuator Menconis *Haltwirth*, id est sacrum excelsum, uti & *Heiliglo* & *Heiligelee*. Hodiè *Holwierde*, ubi & nobilis arx cognominis.

* *Alfric. vitæ S. Ludg. lib. II. c. I.*

FAR-

FARSUMUM,

Antiquitus

FERMESHEM,

Contractè

FARMSUM,

Farsumum, Parochia dives,

Vicus est in Fivelingiis, in Amisiæ ora, cui hodiè *Delfzila* ad sinistram penè contigua.

nobilis arx,

Nobilis arx *Ripperda* ei vicina, cujus stirpi hæreditario jure vicus dudùm subjectus. Opimo præ multis Sacerdotio gavisa Parochia, celebratur ab Antistitibus Werumensibus.

Præpositura, Decani;

GEYCO, Decanus in Fermeshem, vir per omnia, ex [a] Emone, secularibus artibus idoneus, & benè religiosus & obsequiosus, obiit Ao. 1223.

Successit ei [b], SICCO, quartus a proavo Sigrepn.

HESSELUS, Decanus in Fermeshem Ann. 1284.

imprimis Hesselus, qui officium D. Virginis immac. Parisiis huc allatum, per Decanatum suum recitari jussit.

[c] Cum Hesselus hic, studiorum & alterius oculi curandi causâ; famulo & binis comitibus associatus Parisios e patrio solo profectus esset, contentio circa conceptionem D. Virginis M. quæ temporibus D. Bernardi Abbatis jam in Galliis enata erat, & de qua gravissimas litteras dederat ad [d] Canonicos Lugdunenses, in Schola & Ecclesia Parisiensi efferbuit; ubi recitabatur *officium* D. Mariæ, quod redux secum in patriam retulit Hesselus, atque per Decanatûs sui terminos, Episcopo loci, ut verosimile est consentiente, annuatim fecit recitari, juxta hanc Anonymi, Menconis Continuatoris, relationem:

„Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. *Hesselas* Decanus de *Fermessum* exiit solum paternum, & venit Parisios pro remedio & adjutorio alterius oculi sui, & etiam pro studio cum famulo & duobus sociis. Hic cum esset Parisiis audivit, quod duo Magistri ad invicem disputaverunt de *Conceptione Virginis Mariæ*, utrum esset digna celebratione vel non. Cum non possent convenire in unum, quid esset faciendum, quia alius dicebat, & rationibus firmis affirmabat, quod esset celebranda, alius in contrarium, quod non esset, docebat, factum est in die *Conceptionis*, quod Magister, qui non volebat honorare *Conceptionem* Virginis Mariæ, & cœpit suis scholaribus legere, ut suam disputationem defenderent, obmutuit in præsentia omnium, qui aderant. Cumque modum loquendi non haberet, rediit ad cor & contritionem, & pœnituit de sua disputatione perversa, quam fecerat contra conceptionem Virginis gloriosæ, promittens, si mater misericordiæ usum loquendi ei donaret, quod omnibus diebus vitæ suæ festum in *Conceptione* Virginis Mariæ faceret, & omnibus, quibus posset, prædicaret esse festum *Conceptionis* solemniter celebrandum. Quid multis moror? Mater omnis gratiæ, quia sinum misericordiæ omnibus invocantibus eam de toto corde benigne aperit, non vindictam longiorem pro contemptu fecit, sed in momento, sicut obmutuit, ita usum loquelæ recepit, & palam quid sibi acciderat prædicavit. De quo signo festum *Conceptionis* tunc in majori reverentia cœpit haberi, donec hic Decanus cum talia & consimilia Parisiis audivisset, & etiam ibidem totum *Officium de Conceptione* invenisset, in reditu suo secum attulit, prout ibi invenit, & in Decanatu suo per licentiam Officialis Domini Episcopi per villas fecit primo annuatim celebrari“.

Contentionis de ea ortæ relatio.

Ut de re tota Lector judicare possit, eam compendio referam ex Edmundi Richerii, Doctoris ac Socii Sorbonici, *Historia Conciliorum generalium lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 120. *& seq.*

„Undecimo seculo post Christum natum institutum fuit officium quotidianum B. Mariæ in horas Canonicas distinctum more officii divini quod Deo dependi consuevit, hocque primum à Monachis Benedictinis introductum, deinde ab aliis usitatum. Tandemque seculo S. Bernardi Canonicos Lugdunenses omnium primos in officio divino mentionem fecisse B. Virginem absque labe originali conceptam, atque in illos S. Bernardum Epistola CLXXIV. acerrimè scripsisse. Postea autem, cum sequenti seculo Scholastica Theologia, quæ facultatem dat de omnibus rebus in utramque partem disputandi, radices egisset Parisiis, Franciscanos & Dominicanos, pro innata inter utrumque Ordinem æmulatione, de hac re acrius disputare cœpisse; adeo quidem ut S. Bonaventura integrum Psalterium Davidis in B. Virginis laudes immutarit & decantarit: contra autem Dominicani hoc improbarint & B. Virginem more aliorum hominum in peccato originali conceptam libris suis, concionibus, & lectionibus quotidianis magno cum stomacho asseruerint. Tandem verò Facultatem Parisiensem, in qua velut in Theatro hæ concertationes publicè edebantur, perpensis utrinque rationum momentis, primum pio quodam & laudabili proposito, propter honorem & reverentiam Christo debitam, in partes Franciscanorum abiisse, & asseruisse B. Virginem sine labe originali conceptam: neque quemquam passum in Academia Parisiensi partem quam Dominicani propugnabant tueri, ut ex Actis Scholæ nostræ liquet, quorum Breviarium Magister Jacobus Faber à me supra laudatus excerpsit. . . . .

„Porro Facultatis Parisiensis tabulæ testantur Dominicanos causam prædicti Fratris de Montesono sæpè renovasse, totiesque damnatos à Facultate quoties id tentarunt; hocque usque ad tempora Basileensis Synodi continuavit: & causam Decreti faciendi Patribus Basileensibus præbuisse arbitror. Sed qui Eugenio patrocinabantur, eò etiam confidentius constitutionem Basileensem de immaculata conceptione oppugnabant, sicut ex Actis Scholæ nostræ dignoscimus. Quocirca ut majores nostri huic malo mederentur, Anno M. CCCC. XCVI. sequens Decretum evulgarunt.

Basiliensis Synodi & Scholæ Paris. in hoc sanctio.

Cum multas majores nostri fortissimi ac strenuissimi Catholicæ fidei milites nascentes variis temporibus hæreses nullis unquam laboribus, nullis periculis deterriti sacris suis Disputationibus oppresserint: in illos tamen errores qui immaculatæ & gloriosissimæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ laudem & dignitatem violare visi sunt, peculiari quodam sancto perfectoque odio vehementius insurgendum, acriusque sibi pugnandum semper judicarant. Quandoquidem, eam contumeliam ad Dominum nostrum Jesum

a *Emon. Chron. p.* 139. b *Idem ibid.*

c *Anonymi Continuator pag.* 304.

d *Litteras has a recentioribus quibusdam arrosas, Bernardo vendicant, omnium Cod. MS. fides & veterum consensus. Nat. Alex. Hist. Eccl. tom.* 6.

Jesum Christum in utrumque parentem piissimam maxime pe tinere arbitrabantur. Quod enim Ecclesiasticus III. *capite de Patre scriwit, de Matre quoque verissimum est, ac de utroque parente interpretandam: Ne glorieris, inquit, in contumelia Patris tui, non enim est tibi gloria sed confusio: gloria enim hominis ex honore Patris sui, & dedecus Filii Pater sine honore. Cum itaque proximo seculo quæstio de puritate conceptionis felicissimæ Dei & Domini nostri Jesu Christi genitricis Mariæ, solito frequentius agitari cœpisset, Spiritu Sancto scilicet ejus rei veritatem aliquando propalari volente, diligentius utrinsque partis libratis rationibus, primum pro tempore suum prudentissime suspenderunt judicium. Demum in eum partem inclinatiores quæ Virginis gloriæ & puritati adstipulari videbatur: ita eorum vanissimam temeritatem disputando confutaverunt, qui citra efficacem probationem Virginem in originali peccato fuisse conceptam obstinate contendebant: ut contrarium quæstionis partem, quæ Virginem dum conciperetur speciali Dei numine ab originali macula fuisse immunem affirmat, & pietati, fidei & rectæ rationi, & Scripturis divinis valde quadrantem decernerent. Quæ Sententia paucos post annos in Sacro Basileensi plenario Concilio, post longum ejus quæstionis disputationem gravissimumque deliberationem Spiritu Sancto inspirante placuit: ut eam tandem doctrinam quæ beatissimam Dei genitricem Mariam cum conciperetur ab omni prorsus peccati originalis labe speciali singularique Dei gratia fuisse liberum asseruerit & docuerit, tanquam piam, Ecclesiastico cultui, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & Scripturæ Sacræ consonam, ab omnibus Catholicis approbandam, amplectendam, & tenendam definierit: contrariamque assertionem deinceps doceri defendique sub interminatione divini judicii vetuerit. Quod sanctum Synodi Decretum, cùm omnibus Ecclesiarum, tam etiam totius populi Christiani judicio, consensu ac Religione comprobatum confirmatumque videamus, non possumus quorumdam vanam superbiam, temerariam insanamque obstinationem non admirari, non indigne molesteque ferre, qui hoc nostro adhuc tempore, ejusmodi piam & Religiosam doctrinam Universalis Synodi & Ecclesiæ, quæ juxta Christi promissionem errare non potest, judicio auctoritateque probatam, aut oppugnare aut in dubitationem revocare non verentur: implacabile impiissimumque bellum adversus piissimæ Dei genitricis eximiam dignitatem gerentes. Quorum furori, ut alacrius fortiusque occurramus atque resistamus, pro nostra professione, ordine, & gradu Majorum nostrorum vestigia sequentes, Universi tertio congregati, post multam, gravem & maturam deliberationem in ejus piissimæ doctrinæ (quæ benedictissimam Dei Matrem ab originali peccato Dei singulari dono fuisse præservatam affirmat, quamque jampridem veram credidimus & credimus) defensionem ac propugnationem speciali Sacramento conjuravimus, nosque devovimus. Statuentes ut nemo deinceps sacro huic nostro Collegio adscribatur, nisi se hujus Religiosæ doctrinæ assertorem, strenuumque propugnatorem semper pro viribus futurum simili juramento profiteatur: quod si quis ex nostris, quod absit, ad hostes Virginis transfuga contrariæ assertionis, quam falsam, impiam, erroneam judicamus, spreta non nostra tantum sed Synodi & Ecclesiæ, quæ proculdubio summa est, auctoritate, patrocinium quacumque ratione suscipere ausus fuerit, hunc honoribus nostris omnibus privatum atque exauctoratum à nobis & consortio nostro velut Ethnicum & Publicanum procul abjiciendum decernimus.*

Vos ergo appellamus & convenimus reverendissimi Pontifices Ecclesiarum Christi, Pastores, & duces,

nobiscum Virginem sanctissimam Dei Matrem, & omni laude dignissimam ab originali peccato Dei singulari dono fuisse præservatam credite, prædicate, prædicantesque vestra benedictione, opibusque juvate. Et per Jesu Christi misericordiæ viscera ejusque Matris intemeratæ Virginis charitatem obtestamur, ita pro vestro officio & divina auctoritate nostris, imo potius divæ Mariæ hostibus fortiter resistite, vestris eos finibus abigite & multatos expellite: ut religiosa populi Christianissimi in gloriosissimam Dei genitricem unam humani generis spem, Patronam & Matrem devotio, pietas, & charitas indies magis ac magis foveatur, augeatur, accendatur, rem procul dubio pientissimo ejus Filio Domino nostro & Redemptori Jesu Christo facturi gratissimam atque jocundissimam, & huic quoque cujus curam geritis populo fructuosissimam. Datum Parisiis apud S. Maturinum pro Prima congregatione III. *die mensis Martii, Anno Domini* M. CCCC. XCVI. *Secunda congregatione die* VI. *ejusdem mensis Martii, & pro Tertia congregatione apud Augustinenses, in loco capitulari die Jovis* IX. *ejusdem mensis Martii post missam de conceptione per juramentum celebratam, publicatumque die* XXIII. *mensis Augusti, Anno* M. CCCC. XCVII. *apud sanctum Maturinum in congregatione per juramentum super hoc specialiter facta ac disputatione Sorbonica ejusdem mensis die* XXVI. *Assistentibus Domino Rectore Universitatis Parisiensis: reverendissimo in Christo Patre Archiepiscopo, Bituricensi Episcopo Septen.. cum pluribus Abbatibus, Consiliariis Regis & quampluribus Doctoribus tam in Decretis quam in Medicina cum Domino Decano & Magistris ejusdem Facultatis supra hoc deputatis.*

„ Hic est notandum, inquit Richerius, a die „ publicationis hujus Decreti Scholæ Parisiensis „ in more positum, ut omnes Doctores & Baccalaurei Facultatis Theol. Paris. se hoc obstringerent Sacramento coram totâ Facultate, Decano sic interrogante & stipulante: *Jurabitis „ quod tenebitis determinationem Facultatis de conceptione immaculatæ Virginis Mariæ, videlicet, „ quod in sua* † *Conception præservata fuit ab originali labe:* Respondetque Doctor aut Baccalaureus, Juro. Quæ Sacramenti formula ex „ præscripto Constitutionis Patrum Basileensium „ edita est, &c. "

† Super festis Conceptionis & Nativ. Divæ Virginis, vide Monum. Hist. Eccl. D. Tilmontii *T. 1. not. 4. pag.* 273.

D E L F Z I L A,

Farmsumo proxima, unaque cum eo in ora Amisiæ posita ad Fivelæ exitus, amplis nunc munitionibus & firmis velut urbs cincta, portu quoque celebris, in Fivelingiis. *Delfzila, situs, portus, munimenta.*

O S T E R D U M,

Fivelingiorum vicus in Amisiæ ora supremus, cui amnis jam maximam partem, *Selflet* dictam, abstulit Anno 1290. teste Anonymo Menconis Continuatore. *Osterdum, situs, & occasus.*

R I P A,

Vicus Parochialis Fivelingiorum, nomen nactus, ut videtur, a situ in *Ripa* quondam Amisiæ sinus, seu Portus Emethensis, quod & hodiè retinet; haud longè ultra M. P. ab Emetha in Eurum Aquilonarem. *Ripa, etymon, situs,*

Rector ei, ex Emone ad Ann. 1217. *Herbrandus, de Ripâ* dictus, nefariè occisus eo anno XII. Kal. Junii. *Et factum est interdictum divino-* *Rector,*

H

vinorum, inquit ibidem Emo, *per Fivelgoniam propter occisorem Herbrandi* avit. *Kal. Junii.*

Ex Mencone ad Ann. 1252. „ Mortuus est „ *Menco Abbas de Rip* Jurisperitus, & honestæ „ scientiæ, morte sobitanea“. *Menco Ripensis sacerdos*, inquit [a] Emmius, *inter litteratos ejus temporis non postremus.*

OOSTERWIERUM,

&

WYTWERDIA,

Oosterwierum, Cœnobium Monialium S. Joannis. *Wytwerdia*, Monialium earundem Cœnobium.

Loca Amaso vicina: in utroque Monialium S. *Joannis* olim ex Charta Anni 1529 viguit Cœnobium. Wytverdianæ Ecclesiæ erat *Plebanus*.

Wytwerdiæ *Plebano* portentum hoc ex Vorperi Thab. *Chronico* accidisse putatur.

Injuria *Plebano* per impium illata, a Decano, vendicata, a Deo punita,

[b] „ Anno Domini 1217. dum Crua per Frisiam prædicaretur, ac etiam per totam Germaniam contra infideles, fuit in Frisia quidam „Friso arte pugil, qui quoties tabernâ ebrius „rediit, toties uxorem verberibus & plagis tribulavit: Tempore quodam timore mariti infirmitatem simulans mulier prædicta, ne simulatio eadem posset notari, corpus Domini sibi dari postulavit. Venienti autem sacerdoti „cum venerabili Sacramento pugil prædictus „cum scypho cervisiæ occurrens bibere monuit. „Et cum sacerdos renueret, dicens: *Corpus Domini porto, modò non bibam*, iratus Friso cum „scypho pyxidem percussit, & omnes hostias de „illa excussit, ita ut per pavimentum dispergerentur. Matronæ vero, quæ consolationis „gratia ad infirmam venerant, super singulas „hostias tanquam stellas radiantes viderunt, „quas sacerdos gemens ac dolens recollegit & „abiit. Friso autem à Decano Provinciæ citatus est & excommunicatus, sed non curavit. „Qui tandem ad hoc compulsus est, ut cruce „signatus cum jam dicto sacerdote etiam cruce „signato Romam tenderet. Cui Dominus Honorius Papa tertius culpam confitenti pro pœnitentia injunxit, ut mare transirent, ibique „tribus annis in armis Christo servirent. Quid „plura? Mare ambo transierunt, & ante civitatem Damiatam defuncti sunt ambo. Quibus „defunctis Anno Domini 1218. mare in partibus Frisiæ terminos egrediens multarum Provinciarum terminos occupavit, pagos delevit, „Ecclesias lapideas dejecit, tantam extinguens „hominum multitudinem, ut summa centum „millium numerum excederet. Atque ita exaltati sunt fluctus ejus, ut turrium altitudines „operiri viderentur, procella procellam impellens, ita ut generale diluvium minaretur, in „tantum, ut vicinas Provincias fluctus furentes „involverent. Quare Dominus Theobaldus Episcopus Monasteriensis, ad cujus Diœcesim „magna pars Frisiæ pertinet, missis litteris suis „solennem pro peccatis Provincialibus Pœnitentiam injunxit: sed quia pœnitentia populi „insufficiens fuerat tertio anno post prædictum „diluvium iterum inundantibus aquis circa quadraginta millia hominum exstincta sunt. Unde „factus est tantus timor in Frisia, ut singuli „singulis momentis mortem exspectarent, atque „arescerent præ exspectatione. In qua populus „tanta affectus est miseria, ut multi Frisonum „Provincias peterent alienas. Ex impletum est „illud Salvatoris: *Erit in terris pressura gentium „præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore.* Tunc Matrona quædam prædives ex prædicti pugilis domo ædificavit Ecclesiam. Hæc ex dialogo Cæsarii „transsumpta sunt, cujus Abbas eodem anno, „quo hæc contigerant, visitavit per Frisiam „Monasteria Ordinis Cisterciensis. Quo autem „loco hoc nephas perpetratum sit, aut Ecclesia „ædificata, scire non potui. Quidam dicunt in „*Wyelsryp* prope Francker illud contigisse, illamque Ecclesiam eo in loco esse constructam. „Sed ego (salvo meliori judicio) credo illud „contigisse, Ecclesiamque illam constructam „esse ad Orientem Lavicæ Fluminis in terra „Groningensi. Ad marginem habebatur, *Contigit „in loco qui dicitur Wisvert, & est nunc Monasterium S. Joannis*“.

Luc. 21. vers. 25. 26.

& a religiosâ matrona per erectam eo loci Ecclesiam relarcita.

a *Emm. rer. Fris. lib. 10. pag. 152.*
b *Ex Chronico Thaborita cap. 26. & Act. Abbat. Adoard.*

Gellius Istanus ibi Commendator.

[a] GELLIUS ISTANUS, variis locis Pastor, Joannitarum in Hospitali propè Snecam Commendator, dein ex Pastore & *Commissario* in *Baslo*, Commendator in *Witwert*.

Animarum Curatores & Pastores Cath. hodierni.

Tractum porrò hunc longè latéque extensum, curavêre,

JACOBUS EGBERTUS GEERSEMA, Groninganus, Theologus Col. ex *Sensmeer* in Frisiæ agro eò destinatus, post 18. annorum sedulam administrationem illic defunctus Anno 1689.

ANTONIUS COCKAERT, Vilvordio-Brabantus, Theologus Lov. inde post annos non plus duos, Anno sc. 1691. in viciniam Frisiæ sub S. Nicolai Parochia *de Heyde* evocatus, modò Pastor est Calenbergensis.

CHRISTOPHORUS VAN DER HEYDE, Arnhemiensis, studii Col. anteà Daventriæ Pastor secund. Anno 1694. mense Nov. ineunte in Cliviam digressus.

GERARDUS BEER, Tubantinus, studii Monast. & Lov. post quinque annos gregi illi sedulò impensos, evocatus in curam agri Tubantini *Huxbergensem*; cui mox Successor datus

CHRISTOPHORUS BERNARDUS BERLAGE, Lingensis, studii Monast. & Lov. anteà Rispenii Groningæ adjutor, dudùm gregi isti invigilans.

Statio apud Ommelandos altera, per solum humile ac depressum, (vulgò *het Laege Land*) quæ ob priorum temporum angustias ac discrimina stabilem Sedem non habuit, dudùm ingenti zelo ac sollicitudine administrata fuit per

JOANNEM OOSTERWEER, Groninganum, Coloniensem Theologum, S. T. B. F. Egberti Oosterwerii, Pastoris Groningani fratrem germanum; vita & laboribus defunctum Groningæ Anno 1679. 2. vel 12. Novembris.

Huic exinde deservìit annis ferè 33. P. Joannes Homan, Groninganus, ex Ordine S. Francisci.

FENE,

Fene, Parochia, vel Capella,

Parochia, ex [b] Altingii conjectura, vel saltem *Capella* in Fiveliugiorum palustribus, quæ circum fossores degebant, qui Cœnobiis vicinis alimenta foco ministrabant. His verò planè effossis, locus desertus; adeóque & ipsum fanulum,

a *Suffridus Descript. Fris. Dec. 15. §. 10.*
b *Alting. Notit. pag. 54.*

lum,

ob Folcardi Diaconi necem interdicto suppolita, hodie *Gaarveen* appellata,

lum, quod curæ Diaconi quondam commiserant Abbates. Hujusmodi Diaconus de *Fene*, nomine *Folcwardus*, ex relatione Emonis Anno 1227. fuit occisus, ob quam aliorumque sacerdotum cædem Fivelingiis communione Sacrorum interdictum fuit.

Supereſt & hodiè loco deserto nomen *Gaarveen*, ad fines boreales *Sappemeere*.

ad quem locum altera Cleri Cath. ſtatio.

Tertia Cleri ſtatio, ut jam diximus, haud ita pridem magno fidelium commodo, Anno ſc. 1705. in *Sappemeere* erecta.

Hæc Catholicos initio pauculos, & ferè egenos complexa, latiſſimo terræ ſpatio ſerpit per Præfecturam veterem, Reideriam, Weſterwoldiam ad Buertangæum, Caſtellum militare, id eſt ultimos regionis fines.

Celebriora illic loca,

WINSCHOTA,

Winſchota, ingens municipium.

Oppiduli inſtar municipium.

MIDWALDA,

Midwalda,

Quam Continuator Menconis ad Ann. 1289. *Middewaldam* vocat, Præfecturæ veteris Parochia ampliſſimi tractus, cui Fanum ingentis ſublimitatis, in crucis formam ſtructum, quatuor turribus ad ſummitatem lapideis latè conſpicuum; monumentum antiquitatis illorum temporum inprimis ſtupendum. Turres IV. Sacella totidem ſub ſua ditione complexa, ex uſu illorum temporum teſtantur. Terræ hujus maxima & melior in ſinum converſa. Fanum ipſum diu fluctibus ab omni parte polſatum, hodiè in uberrima gleba ſupereſt, turrium una nuper collapſa.

fanum ejus IV. turribus pridem conſpicuum, unâ hodiè collapſa.

EEKERSTEE,

Eekſta.

Latinè *Eeckſta*, hodiè de *Eeckſte*, vicus vet. Præfecturæ; alteri cui

SCHEEMDA,

Scheemda, Præf. vet. vici.

Nomen, contiguus; quocum non contemnendi oppidi ſpeciem exhibet.

ASTERWALDA,

Aſterwalda, hodie *Ooſtwold*.

Veteris Præfecturæ majoris vicus eſt, Dullarto multùm immunitus, quem *Silvanorum* eſſe ait Menco Werumenſis ſub finem operis. Hodiè *Ooſtwold* vocatur, uti & alii vici duo, in Sylvis auſtralibus unus, in Fredewolda alter.

ASTERLOO,

Aſterloo, Monaſterium, Præfectus non infimæ auctoritatis.

Continuator Menconis Werumenſis aſſerit in Sylvis auſtralibus Fivelingiæ, vel in Silvanis Præfecturæ veteris hoc nomine Monaſterium fuiſſe, cui Præpoſitus erat non infimæ auctoritatis apud *Fivelingios*.

Weſterlee.

Supereſt Præfecturæ veteris vicus, nomine *Weſterlee*, M.P. XVI. diſſitus Groningâ in ortum hibernum; certo indicio, exſtitiſſe & alterum ab oppoſita plaga *Ooſterlee*, id eſt *Aſterloo* dictum.

BERETHE,

Berethe, ſeu *Beertha*,

Hodiè *Beertha*, vicus Præfecturæ vet. totâ regione inter Amaſum & Lavicam ampliſſimus, ab urbe Groninga in ortum diſſitus M.P. XVIII.

vicus ampliſſimus; ubi Monialium Præmonſtr. Cœnobium alio tranſlatum.

Hic quondam fuit familia Sanctimonialium Præmonſtratenſium translata Anno 1214. ad Cœnobium in *Porta S. Mariæ* ab eodem Patrono, olim Abbate in Doccum conditum, teſte Emone Werumenſi *Chron. pag.* 5.

HEILIGERLEE,

Heiligerlee, etymon, ſitus, virginum Præmonſtratenſium Cœnobium,

Locum Sacrum edito loco ſignificat, ut & *Heilegilo* in Kinnemariis. Locus eſt veteris Præfecturæ inter Winſchotam & *Werſterle* medius, hodiè *Hillegerlee*, ubi in ſolo ſterili & infæcundo Virginum Sanctimonialium S. Norberti Cœnobium fuit cum fano, ab Herderico Præpoſito conditum, *Scheldwalda* huc transductarum, ætate Emonis Werumenſis. Abeſt ab urbe Groninga M. P. XVII. in ortum auſtralem. Hiſpanâ clade ſuperiori ſeculo fuit nobilitatum, ſupereſt, quod in his terris rarum, ædificii pars ſublimior. Hodiè inſignis coloni eſt domicilium.

in domicilium verſum.

MENTERNA,

Menterna, ſitus,

Vetus vocabulum, cujus apud Emonem Werumenſem, & ejus Continuatores memoria, cujuſque nomen etiam hodiè in *Veteri Præfectura Minore*, ad Dullarti oram occiduam ſupereſt. Menternæ in ſtatione fuit Anno 1224. narrante Emone, Oliverius.

Super hac Anno 1286. digladiatum fuit, juxta Menconis Continuatorem inter familias Groninganas, *Folkringe* & *Gardinge*, ab Auctore hoc *Folkringones* & *Gadringones* appellatas.

Ciſterc. Cœnobium;

Cœnobium ibi pridem viguit Monachorum Ciſtercienſium, ad S *Benedictum in Menterna*, ex Cod. Abb. Adoard. MS. aliàs *Termunte*, ſive *Trium Montium*, ut & illic legimus, appellatum; a cucullis cineritiis, ex libro vetuſto apud Emmium & in Charta Anni 1529 *Griſemonken* dictum, quod nomen etiam hodiè ibidem ſupereſt.

ejus initia,

Cœnobii ejus initia in dicto Codice referuntur ad Annum 1258. Epponis Abbatis Adoardini, ordine VI. qui & ejus ibi conditor, ſecundum, ubi & filia Adoardini Cœnobii ſecunda nominatur. Sic enim ibi legimus: "Eppo hic fun"davit & Abbatiam, filiam noſtram ſecundam "anno ſuo ſecundo, ad S. *Benedictum in Men" terna*, aliàs *Termunte*."

ac primus Abbas.

Primus Abbas, cum Fratribus XII. ipſo die Tranſlationis Benedicti, ex eodem Codice MS. eò immiſſus, *Eltatus*.

Cœptum fuit Cœnobium hoc in

MENTER-WALDA, ſeu *SYLVA*,

Menterwalda.

Uno ex præcipuis *Menternenſium* vicis, cujus frequens mentio apud Werumenſes Abbates & alibi, Dullarto hauſtis: locus *Campus Sylvæ* appellabatur; ubi & *Capella* quædam.

ubi illud primùm viguit.

Sub tribus ibi Abbatibus viguit, in cjus loci *Capella* humo conditus.

BOYNGUS, Abbas Monaſterii iſtius ordine XVII. non ſolùm Cœnobium hoc circa temporalia & diſciplinam reſtauravit, ſed & Friſiam penè totam; eò quòd eſſet totius Provinciæ, ut vocant, *Viſitator* & *Commiſſarius*.

Utriuſque occaſus.

Cum ſuperioribus annis conflagratum, & eo ſtatu relictum & quodammodo deſtitutum eſſet, ut in eo ſolus Abbas cum uno tantùm alterove

religioso remanserint, ex prudenti Præsulum consilio, a Romano Pontifice probato, ut ex prædicto Translactionis instrumento jam nunc vidimus, census ac bona ejus Adoardino Cœnobio applicata, dictique religiosi intra idem Cœnobium recepti sunt. Illud subinde ab iis qui novella dogmata sectabantur, quos *Geusios* vocabant, occupatum fuit.

Gesta Cœnob. Adoard.

D^nus ARNOLDUS KENNINCK, sub hoc tempus Cœnobii hujus Abbas fuit, Adoardino Abbati, *Arnoldo Lambio*, ad dissolutionem vitam prolapso, socius & adjutor adjunctos.

Fuit autem Cœnobium hoc, ut & alia tum temporis, Monachis & Sanctimonialibus, muro dumtaxat separatis, commune. Certè in vicinia Sanctimonialium Cistercienfium Cœnobium, *Grise-Frouwen* dictum, legitur viguisse; *Trymont*, (hodiè *Termunte*) quasi a tribus montibus denominatum, alud a Trymoniano Præmonstratensium Monialium, de quo supra, in Fredowoldis asceterio.

EYLARDUS Abbas Adoardinus ordine XIV. ejus Cœnobii ad angustias redacti, curam semper in se recepit.

Cum Sanctimoniales paucæ numero & fortunæ tenuiores essent, Godefridus Arnhemensis, Adoardinus Abbas ordine XXXI. sub medium seculi XVI. implorato & obteoto jam Romani Pontificis Diplomate, accedente quoque Philippi Regis consensu nisus est easdem *Affenam* in Collegium Sanctimonialium ejusdem instituti transferre; sed cum votis & conatui ejus utrimque obsisterent, voti tum compos fieri non potuit; paucæ tamen eò translatæ.

REIDENSIS TERRA,

Vernaculè *Reyderlandt*, olim regio omnium inter Lavicam & Amasum, amplissima, terminos habens ab Occidente *Veterem Præfecturam* & Trentæ paludes: ab Oriente Amasum, paludesque vastissimas, *Boertange* dictas, a Pawingano angulo ad austrina insulæ, nunc Nessanæ, & hinc ad Osterreidam continuo tractu se extendebat. Osterreida, quæ suprema superfuit, ab Occidentali Reidâ, ultima nunc in Præfecturæ veteris ora, per Cataractas septem intermedias amnis ostio impositas separabatur. Per *Dullartum* regio hæc valde immunita.

Furens Oceanus hoc nominis fecit sinui, quem sibi pandere cœpit Anno 1277. in terris Reidensium & Vet. Præfecturæ, toties reciprocatâ rabie, donec abstulerit fora, vicos, Cœnobia XXIII. omnium quæ totâ Frisiâ reperiebantur præstantissima & opulentissima. In medio vicorum horum,

REIDERWOLDA,

Reiderwolda,

Ad Occidentem Eæ vicus pridem maximus, & omnium opulentissimus insignis fori instar, opulentia, ædificiis nobilium & amplitudine illustris: cui duo templa, in quorum altero Canonicorum Collegium.

Palmar,

Non procul inde (*Palmar*) ubi Præmonstratensium Cœnobium.

OOSTERREIDA,

Oosterreida, vici cum fanis & Cœnobiis a Dullarto absorpti,

Ubi Monialium Virginum pridem Monasterium, ex Charta Anni 1529. *Analect. Tom. VI. Matth. Ordinis Prædicatorum.*

Virgines ex Cœnobio Reidano, juxta Emmium trans Amasum translatæ, Cœnobii Dickhusani initia dedere. Sic enim refert *rer. Fris. lib.* XV. *p.* 214. "Anno CCCLXXVIII. Folcmarus "& Occo, quorum amplæ erant per Amasanam possessiones, inter amicos & inimicos medii, juvante Harone Valderano, & Luverdo "Westerhusano, collatis operis, Cœnobium "Dickhusanum in agro Visquerdano instituerunt, dicatum memoriæ ac honori Margaretæ, Virginibus e Reidano Collegio, quod trans "Amasum est, illuc traductis." Tabulas Virginibus his signatas dederunt, quibus Collegium sua in tutela se suscepturos profitebantur, quas ratas esse jussit Episcopus Monasteriensis, Florentius; Præsesque ei prima data Hintana virgo, soror Focluæ quæ in matrimonio erat Occonis. Idem Occo illo anno in tutelam suam, ex eodem Emmio, emisso ad aram jorejurando, recepit *Ilense*, & *Meerhusianum* Cistercienfium ex Adoardino genitorum in agro Auricano Cœnobia, de quibus supra mentio in gestis Alberti, Adoardini Abbatis XI. & in nostris ibi annotationibus.

Osnabrugicæ & Monasteriensis Diœceseos loca hæc fuere, ex antiquis tabulis in Sacrorum jure observari solitis.

Porro prædictam stationem primus curavit,

ANTONIUS BERNARDUS LANSING, Amstelodamensis, studii Lov. & Col. Sed eo inde post annum ac medium evocato *Swagam* propè Hornam, & modò agente Pastore in Schagano municipio, gregem hunc indesesso zelo, Apostolico studio ac mirâ patientiâ hodiédum colligit pascitque, Deo zelum viri benedicente indies, *animarum ad tractum istum Curatores Catholici.*

BARTHOLOMÆUS GERARDUS PESE, Tubantinus, Theologus Monasteriensis. Cætera regio, quæ ad Occidentem est, a duobus e familia S. Ignatii Sacerdotibus excolitur; quorum unus P. Joannes Bapt. Thyssens, Patris Francisci Pauli, & P. Christiani de Plaeker, qui apud Ommelandos 40. annis continuis laboravit, successor.

Alter, P. Henricus Herrewyn, Patris Joannis Lange Dullii, illic Anno 1704. in laboribus defuncti, successor,

Porrò MARTINUS SCHOOCKIUS, Ultrajectinus, *libro de bonis, vulgò Ecclesiasticis dictis, item de Canonicis, atque speciatim de Canonicis Ultrajectinis*, Groningæ typis edito Anno 1652. introductæ in urbem Groningam, & in agrum Groninganum *Reformationis*, atque ministrorum ejus ritus seriem refert *Sect. tertia pag.* 511. 512. 513. 514. 515.

Auspicium sumit a *magno illo Wesselo Gansvoort, qui lux mundi dictus fuit*, quem *præcursorem Lutheri jure meritoque vocari posse* asserit.

Quo jure, nos suprà ostendimus. Tum sic pergit: "Anno 1523. in feriis, (uti tum computabant) Gregorii Pontificis, a Dominicanis "sive Prædicatoribus Monachis suffulciendo quasi Papatui instituta fuit disputatio; Præsidis "partes obeunte * Doctore & Magistro nostro "Laurentio Groningano, respondentium verò "Ludolpho Pastore, atque Suppriore Pitinck: "quibus opponendo fortiter & nervosè restiterunt, Hermannus Aberingius, utriusque Juris Doctor, Magister Gerardus Pistoris, ac præ "aliis omnibus Magister Nicolaus Lesdorpius "Gymnasiarcha, quibus occultè favebant (uti "liquet ex præfatione dictæ disputationis editæ *Introducta, quam vocant.*

* Fuit Laurentius in Coloniæ, ut supra diximus, Doctor, & Pastor Groningæ Primarius.

Basi-

"Basileæ Anno 1523.) Primarii urbis Pastores, Wilhelmus Fredericus, Artium Liberalium Magister ac Medicinæ Doctor, Everardos Jargis, legum Doctor; quorum ille auctoritate in Clero præcipuus, titulo *Personæ Personatus gaudebat*".

Groningam, & in agrum Groninganum Reformatio.

Exactius judicium de tota hac disputatione ferre possemus, si ea ad manum nobis esset. Wilh. Frederici, & Everardi Jargæi inter Groninganæ Ecclesiæ Pastores meminimus.

"Ulterius progressa, inquit, fuit reformatio, urgente præ aliis eam Gosvino Halensi, Præposito in domo Fratrum Hieronymianorum (de quo & supra meminimus): post quem Anno 1530. defunctum, Regnerus Prædinius. . . . Rector Scholæ ad S. Martini omnibus modis negotium reformationis promovere studuit..... Adjutor ex Sacrificulis ei fuit Radignus Coning, & præ aliis Joannes Eelst, qui ut ceremoniis ab hominibus excogitatis infestissimos exstitit, ita aliquandò solum vertere debuit".

Longè aliud de Henrico Coningo, & Joanni Eelstio judicium tulit, ut jam nunc vidimus, eis coævus, & ipse Frisius, Suffridus Petri in *Append. ad Wilb. Hedam*.

Schookius ipse de eo fateri cogitur, quod *non perseveraverit in agnita*, ut ipsi vocare lubet, *veritate*; manifesto indicio, quod in Romano-Catholica religione, ob cujus promovendæ zelum a Suffrido laudatus est, perseveraverit & mortuus fuerit.

Ei interim tribuit Schoockius, quod *Helpenæ*, qui vicus Groningæ suburbanus est, *Haarreno* vicinus, *reformatum*, ut vocat, *ministrum introduxerit*, *duobus ex Consulibus consentientibus*; ubi & * (*non ignorante Principissa Parmensi*) *collecta fuit Ecclesia*, *quam in propatulo doctrina*, ut vocat, *Evangelica Anno* 1566. *pascere instituerunt Menso Altingius*, *Wicherus Milesius Hintanus*, *Feico*, *aliàs Feito Ruardi*, *Oldersumanus*.

"Eodem anno, inquit, statuæ & effigies, quas *Idola* vocat, per publicos operarios ejecta sunt Franciscanorum templo. At Anno proximo 1567. interdictum fuit Reformatis, quos vocat, religionis quam profitebantur exercitium, Comesque Arenbergicus singulari arte in urbem introduxit præsidiarium militem . . . . Anno 1568. sutor quidam, nomine Jacobus capite plexus fuit, quod diceretur injuria affecisse Sanctorum imagines: pariter eodem anno introductus fuit Joannes Knyf, Ultrajecti patritia gente natus, anteà Franciscanus Monachus, mortuus, neque Anno 1572. neque Anno 1576. sed Anno 1579. quo ei a Pontifice Romano surrogatus fuit Joannes Breuesen, &c. a quo tempore durius actum fuit cum veritatis, (quos vocat) Professoribus: siquidem Anno 1579. Commissarius *Quare* quosdam ex operariis, qui Idola (quæ vocat) demoliti fuerant, capite plecti curavit, ac bona profugorum, ut rebellium, fisco adjudicavit. Oppressi veritatis (quos vocat) antistites respirare iterum cœperunt Anno 1579. quo Comes Rennebergicus promulgavit edictum de religionis pace, reformatisque (quos vocat) cessit templum S. Walburgis, & Franciscanorum, ministrorum partes præ aliis exequentibus Joanne Milio ministro Dammonensi, & Feicone Ruardi, cujus jam antea facta fuit mentio. . . At idem hic Comes . . . anno sequenti, qui erat Annus 1580. disturbavit non minus Ecclesiam, quam fugavit omnes, in quibus melior sensus supererat. Qui in exilio magno cum detrimento rei privatæ oberrare coacti fuerunt usque ad Annum 1594. quo die 13. Julii post difficilem obsidionem, urbs cum agro Omlandico reliquis Fœderatis Provinciis accessit, submotisque Idololatriæ, ut ipse vocat, instrumentis, prima concio habita fuit die 17. Julii a Mensone Altingio, ministro Embdano, quem ex ordine insecuti fuerunt, Sibrandus Lubberti, & Martinus Lydius, Theologiæ Professores in Academia Franequerana, ... quibus & alii eodem anno accesserunt; inprimisque Antonius Thomæ, quondam Sacrificulus". Hactenus Mart. Schoockius, cujus verbis finem Sacris Groningæ & agri Groningani imponimus.

* Fortè id impedire non potuerint.

T R E N T A.

Trenta,

JUrisdictioni Groningani Episcopi & Trenta ex novâ Sedium erectione, ut jam diximus, subjecta.

etymon,

Hæc *Transisalanæ* Diœceseos pridem pars tertia, a Trajecto quam prima & secunda remotior, vernaculè *Drente* a *Drie*, Veteribus proprius a Latino *Tria*, *Trenta* & *Trentonia* fuit dicta.

Ultrajectini Episcopi ex Henrici II. & III. donatione peculium,

Ex famosa Henrici II. Anno 1224. & Henrici III. Imperatorum, Anno 1240. donatione facta Ecclesiæ Trajectensi, quam & Henricus IV. auxit, juxta Diplomata ab Heda *Hist. Ultraj. p.* 112. 113. 120. 124. allata, Ultrajectini Episcopi ditioni accessit quidquid *Thrente* nomine fuit comprehensum, quam post multa bella demùm obtinuit stabilem.

Hi jus legesque Trentinis præscripsere; jus eis a Frederico Blanchemio præscriptum, his legibus, ex Chartulario Maj. Ecclesiæ Traj. desumptum, continetur, a Trentinis ipsis, usque dum Ant. Matthæus illud nuper dederat ignoratum.

Leges eis præscriptæ,

A. Matth. in notis ad Anon. p. 62--71.

"In den naem ons Heeren Jesu Christi Amen. Wy *Frederic van Blanckenheim* bi der genaden Goeds Bisscop t'Utrecht doe cont ende kenlic allen luden mit desen openen brieve, dat wy in voertiden onsen ondersaten in onsen lande van Drenthe enen openen besegelden brieff gegeven hebben, besegelt mit onsen seghel, ende mit seghelen der vyf Godshusen onser ecclesien t'Utrecht, ende mit seghelen onser drie Steden op dese syde der Yselen als Deventer, Campen, ende Zwolle, des die selve brief inhout mit anderen punten die daer in verclaert zyn, dat wy onse ondersaten in onsen Lande van Drenthe houden selleo in horen ouden Lantrechte ende wilcoreo, gelijc die voersz brief daer of inhout. Ende want ons

"noch onsen Amptman voer deser tyt niet claerliken kundich en heest geweest, hoe ende in wat maren dar dar oude Lantrecht van Drenthe geweest heeft, ende wy daer oec gheen clare besegelde brieve of gesien en hebben, des tusschen ons, onsen Amptman, ende onsen ondersaten in onsen lande van Drenthe voersz veel twilles ende schelinge daerom geweest heeft, ende om te verhoeden tot ewighen daghen meerren last ende twidracht, die tusschen ons ende onsen lande van Drenthe daer af comen mocht, ende oec niet behoorlic en is, dat enich Lantrecht op hoechnisse van luden staen sal, want alle menschen natuerlike doot seuldich sijn, ende mit versterften den lude noch meerre schelinge daer in comen mocht, daerom hebben wy ons laten onderwisen mit open besegelden brieven, ende hebben inder waerheyt mit witachtige kunden ondervonden, dat dit dat oude Lanrrecht van Drenthe is ende altoos geweest heeft, ende hebbent oec in den ouden Lanrrecht gevonden, des onse ondersaten van onsen lande van Drenthe alle weghe gebruuct hebben, ende dat sel tot ewigher daghen hoer Lantrecht blijven, gelijc dattet hier na beschreven ende verclaert staet, behoudeliken den voersz brief, dien wy onse Ecclesie ende onse Stede voersz besegelt hebben in onser volkomenre macht te bliven van allen punten, die daer in bescreven staen, ende ele punt bysonder. *In den eersten* so is een out Lantrecht ende gewoonte in den lande van Drenthe, waert sake dat dat ghemene lant mit malcanderen toesprekene hadde van saken, die den lande aenruerende waren, so mach dat ghemene lant wilcoreo, bi malcanderen toe comen bi eenre penen, die si daer op setten, ende een haghelsprake toe houdeo, ende des gelikes mach elle dinespul, ele kerspel, ende ele buerschap bi hem selven te samende toecomen om hoer marcke te betichten, als esch ende saet, hoy ende hout toe beridene ende anders toe doene, des hem noet is in den lande, ende in haer merke, uytgeseyt ander verbonde mit recht tegen der Heerlicheyt ginghen sonder arghelist.

"Item so is een out Lantrecht in den Lande voersz datmen houden sal drie lutting ende niet meer op drie termine, dat eerste des anderen Manendaghes na Paschen tot Banlo, dat ander toe Roelden des Dinxdages na Pinxsteren, dat derde lutting tot siote Magnus daghe tot Aulo.

"Item so is Lantrecht dat die Amptman die vertugheden brucken, die hem die buer vertugher hebben, uytpanden mach, ende daer op en zelmen gheen pandeweringe doen, mer waer dat sake dat sy die Amptman hogher panden wilde dan sy vertughet waren, of dan sy gebruket hadden, daer mochten sij dan pandeweringhe op doen, of die wijsheyt van den lande wijsden, dat sy meer gebroken hadden, oft hoger vertughet waren, dan see bekant hadden, daer souden sy dan hoer broken of ghelden van den pandeweringhe.

"Item so is Lanrrecht, worde enich man np te voorsz lutting of op den weghe uyt ende toe huus door gesleghen die den dootslach dede, dit bruecte hondert oude marck. Ende worde enich man dan daer ghelemmet, als dat hy een hant verloer, een voet of een oghe, die hantdadighe daer van die hadde gebroken vystich oude marc. Item quame ymant daer die den anderen beroofden een fingher, of eenre tee, of eens anderen cleinen leets, die brake van elken lede vyftien oude marck. Item worde daer ymant ghewondet sonder leempte, die hantdadighe brake vyftien oude marc. Item worde dan daer ymant gevangen in toren moede, die handadighe brake vyftien nye Groeninger marc, alsse geneachtich is in der Stat van Groninghen ende in den lande van Drenthe. Voert meer waert sake, dat ymant bleve of bliven woude in der merke, daermen dat lutting helde, of onder weghen langher dan eneo dach na der tyt, dat dat luttingh gedaen ende opgegheven waer, worde hi dan in der rise doot geslagen, die den dootslagh dede, die sel breken simpel brake, gelyc of dat anders gesciet waer buten luttinge.

"Item waer ymant die den huusrade braecke ende sloech enen man doot in den huse of in des huses betuende vaelde, die brake hondert oude marc, ende die daer enen man lemmede die brake vyftien oude marc, ende die daer enen man wondede sonder leempte, so brake hi vyftien oude marc, ende waer ymant die daer mede liepe in dat huys of in den vaelr mit wapender hant, die brake vyftico nyer Groningher marc, als ghencacstieb ende voorsz staet. Ende waer ymant die met eenen steeo worpe op of in dat huus of in den vaelr, of stake daer op of in, die brake ses hovet losen, ele hovet lose twee Vleemsche groot.

"Item waer enich Lansman, die in een huus quame gaende, daer hi enen anderen laodman in sitten vonde, die syn vyant ware, worde hi daer van vermaent, dat hi uten huse ginghe, ende men dat bewisen mochte mitten weerde of mit anderen goeden luden, bleve hi daer in boven in den huse, ende ghinghe sitten, so brake hi vystien nyer Grooingher marc als voorsz is, ende slaet hi hem daer en boven doot, so breket hi bondert oude marc. Ende waert sake dat die ghene die eerste in den huse sate den anderen dootsloege, die eo brake geen huusvrede.

"Item waer ymant die den anderen doot sloeghe mit verlovede wapenen, als mit enen messe, die brake hondert nye Groninger marc als voorsz is. Ende waer ymant die den anderen lemmede mit enen messe, brake vyftich nye Groningher marc voersz. Ende wonde hi hem, so brake hi hem vyfrien nye Groningher marc, uytgeset dat dinespuel van Oostermoer, ende van Noerdenvelde, ende van Roelde, daermen in den voersz wondinghe niet meer en brake dao een-en-twintich Groeninger scillinge na hoerre ouder gewoonte.

"Item waer ymant die den anderen dootstote mit een armborst of hantboghe, die brake hondert oude marc. Ende wonde hi een daer mede, so brake hi vyftien oude marc. Ende lemmede bi een daer mede, dat waer vyftien oude marc.

"Item waer ymant die den anderen dootsloege mit onverlovende wapen, die sel breken vyfrich nye Groeninger marc als voersz is, ende die daer den anderen mede lemmede, also dat hi hem beroveden van eenre hant, of vao enen voer, of van enen oge, die brake vyf ende rwintich nye Groningher marc als voersz staet. Ende waer ymant die den anderen beroofde mitter voersz wapen eens vingers, of eens anderen cleynre ledes, die brake vyftien nye Groningher marc voersz, eode die den anderen

„deren wondede daer mede, die brake twee hovet losen. Ende waer ymant duwe flagen dede, die brake een hovet lose.

„Item soo is Lantrecht, waer ymant die den anderen doetfloege, ende liete die man niet toe gelde beden, dat foude men voor moort houden.

„Item so is Lantrecht, so wie den anderen flaet boven enen vrede, die heeft syn lyf verboert, ende lemmet hi enen boven den vrede, die sal breken vyftich oude marc. Ende wondemen ymant hoven den hantvreden, die sal breken vyf ende twintich oude marc. Ende die den anderen boerde of jaghede boven den vrede, die brake vyftien nywer Groningher marc als voersz is.

„Item so is Lantrecht, waer ymant die mit witteliken openbaer dieverie begrepen of bevooden worde, die heeft syn lyf verboert.

„Item so is Lantrecht, so wie den anderen vermoerde, of moertbrande, of vrouwen vercrafte, die hebben hoer lyf verboert, ende van den senldigen goede sal nemen die elager een derdendeel, ende die gemeente een dardendeel, ende van anders syns selfs goet sal syn wyf ende syn kynderen nemen die helfte, so voer als hise ontdraget rades ende dades. Ende van synre helfte sal nemen die clager een derdendeel, ende dat gerechte een derdendeel, ende die gemeente een derdendeel. Ende desgelikens sal men doen van moerdenaers, moertbranders, van noetmonders, ende van allen anderen ondaden, daermen dat lyf in verboren mach.

„Item waer ymant in den lande van Drenthe bi den anderen droncken, of in haesten moede, dieven, verraders, of moerders biet, ende hi finen voet daer niet bi setten en woude, ende hem betiebt niet bewisen en woude, die hevet gebroken vyftien nye Groningher marc voersz. Ende waert sake dat hy finen voet daer hi fetten woude, ende bewisen hem, dat so wie dan an den fake vellieb worde, die hadde syn lyf verboert.

„Item so is Lantrecht, waer ymant in den Lande, die den anderen dief, verrader, of moerder hiete, of anders ondade aen tyende waer, ende hi bewisen mochte dat hem daer voor die Buer vertughet hadden, ende die den gerechte dair voor vernueghet of gegouden hadde, die en sal ghene brake daer aen doen.

„Item waer een rechter te rechte sit, die dan dat gerechte berechte, ende maket daer een boer, die brake vyftien Groninger marc voersz, ende die den andere daer wondet, die gebreket dertieb nye Groninger marc voersz, ende die den anderen daer lemmet of dootflaet, dat is twy boet. Ende waer enieh Scoute in Drenthe of enieh man die onrecht pandinghe dede boven pandeweringhe gebrake vyftien marc voersz.

„Item waer ymant die enen Scoute doetfloeghe, daer bi toe te rechte sate, of wanneer hi van gerechte weghen ute waer te rechten na Lantrecht, die brake twee boeten.

„Item is Lantrecht, datmen genen uytheemschen man tot enen onder Scoute in den Lande van Drenthe setten en sal, ten waer dat die uytheemsche man een redelic besceyden man waer, ende waer een onredelic man Scout geset, datmen bewisen mochte, die soude men of setten. Item so sullen wy, onse nacomelingen Bisschoppen te Utrecht, of onsen Amptman in Drenthe, ende die gemeen meente, of die si daer bescieken uyt elken dincspul, allen jaren des anderen Manendaghes na Paschen die Etten kiesen ende setten mit malcanderen, ende gheen buten den anderen. Ende waert sake dat hoere enich buten den anderen Etten sette, so wes bewysden, dat en soude niet stantastich wesen, ende die Etten die wy ende dat lant voersz setten ende kiesen, die sullen sy alle jaer die een helft voersetten, ende voer ander saken. Ende waert sake dat ons ende die lande nutte ende orbaer dochte wesen, datmen die alinghe etten versetten soude, so mochten wy ende sy die dan versetten ende veranderfaten als voorsz is.

„Item so is Lantrecht datmen ghenen Lantman vanghen en mach in den Lande van Drenthe omme gheenleyen saken wille, daer hi of syn maghen den broke voor besetten willen ofte moghen, dat en waer sake dat hi syn lyf verboert hadde, want so machmen hem vanghen, ende in wat marcke dat hi dan gevanghen worde, daer fult hem die Buer waren drie daghe en drie nacht lane na der tyt dat hi den ghebueren van den gerechte gebonden ende sloten ghelevert wert, ende dan so selmen over hem rechten in der selve marc, ende waert sake dat hier en boven die man den Bueren binnen der voorsz tyt ontliepe, so brake elc huus vyftien nyer Groninger marc voersz. Ende waer sake datmen niet en rechtede binnen den drien daghen voersz over den vanghenen, dan so sout hem die voersz Buer weder overleveren den gerechte, ende dat sel hem voert in der selver marcke waren so langhe datmen over hem gerecht hevet.

„Item so is Lantrecht, waer enich man die straten roof dede, die sal breken vyftien nye Groningher marc voersz, ende den roof sel hi weder so goet inbrengen des anderen daghes, als die roes betughet werde. Doet hi des niet, so sal hi den roef des anderen dages daer na twiscat inbrengen, des derden dages driscat. Doet hi des niet, so salmen des vierden daghes mitten sweerde roepen ende volgen den roeve. Item desgelikes van den acker roeve, van huus roeve, ende van ekenen houte. Item waer enich man die den anderen dede enen roef aen els-hout, aen rise, of aen anderen weken houte, dat hi hem of houwe of neme, die sal wreken eenen veltroef, dat syn twe hovet lose, ende den roef in te brengen in allen gevolghe, als van straten rove voersz staet, of den claghe daer vol voer te doen, ende om aldusdanighe sake en sal niet dan een man uyt elker buerschap claghen. Ende waer enich man die den anderen scuttinge neemt of ontjaghede, dat den Bueren kundich waer, de brake vyftien nyer Groningher marc voersz.

„Item waer enich man die toe Coevoerde scult mudde sculdich waer, ende niet en betaelde op den rechten dach, die salse des anderen daghes twiscat gheven, die breke drie pont, elc pont van seven penninghe, des selmen voor drie pont gheven vier Vleemsche groot, ende die onthoude een mudde van den Bisschop van Utrecht panden laten binnen den jaer, ende die Buer sullen die besculdighen wisen des selven daghes als die pander coemt, ende doen sy des niet, so mach hi elken Buer panden voor drie pont, ende binnen drien weken enen sculdighen bewisen.

„Voert meer alle die ghene die scout mudde

gheven

gheven als voersz is, die sallen gheven tho battingh penningen also menighen Lovesehen, als hi menieh mudde ghevet, of payment dat daer goet voor is in Drenthe to segghen der wysheyt van den Lande.

Voert meer elc huus in den Lande van Drenthe daer roec uytgaet uytgesproken dat Kerspel van Ewe, ende die leen goet houden van ons ende van onsen Gestiehte van Utrecht, die sellen gheven der Heerlieheyt van Coeverde jaerlix voor roecpenninghe twe Groeningse of payment dat daer goet voor is na seggen der wysheyt van den Lande, uytgheseghet geestelikker lude huse, ende dienstlude huse, ten waer datmen bewisen mocht, dat syt mit recht oec sculdich waer, so souden syt gheven.

Voert meer battines penninghe, roecpenninghe, sal die Biscop van Utrecht kundigen laten tot elker kerken op enen Sonnendach, op wat daghe hise ontsangen wil, ende wie so dan niet en betaelt, die sal breken drie pont, ende die salmen uytpanden als voersz staet van den Scout mudden.

Voert meer alle broken die versehinen maeh van Scout mudden, van Battines penninghe, die behoert ons ende onsen nacomelinghen Bisschoppen van Utrecht alleen toe.

Item waer enieh man die elagen woude om waterlosinghe of om een jakwech, die sal int eerst daer bi nemen twe buer ende elaghen op ten anderen om syn waterlosinghe, ende jakweeh, woude hise hem dan niet rumen, so soude die elagher roepen, ende brenghen aen die meen buer, ende vertughent dan die buer dat die elagher reeht hevet, so sal die ghene daer die elaghe op gaet die waterlosinghe ende jackweeh op rumen binnen drien weken. Doet hi des niet, so breket hi vystien nye Groningher mare voorsz.

Item waer ymant die des sweerder behoefde, die sel dat versoeken ende winnen aen der overster brugghen tot Coeverden om vyf nye Groeningher mare voersz, ende dat selmen hem toe rechte gheven sonder weygheren. Ende waert sake dat hem die Amptman des weygeren woude, so soude hi hnuwen al die brugghe mit getughe, ende legghen dat voersz gelt daer, ende daer mede so sal yder dat sweert gewonnen hebben, ende voertvaren, ghelikerwys oft hem dat gegheven ware, ende wil hi daer mede voortvaren, so mach hi dat verhouden een jaer lanc mitten selven vyf marcken voersz, also veer als hi dat tot allen ses weken versoeckt dat jaer om als voersz is.

Item waer enieh lantman die hadde enen uytheemsehen knecht, die enighe breucke of misdaet dede in den Lande, die knecht sal op syns selves hals wrekes. Ende waert sake dat syn brootheer oec mede berucht waer van der selver sake, die mach syn onscout doen daer van met twalman sinen maghen binnen twe weken in den dinxspuel daert vertoucht is. Ende woude die brootheer die onscout niet doen, so soude hi voer den knecht antworden, ende die knecht mocht dat lant rumen mitten halven brucke, ende mitten halven gelde.

Item so is Lantrecht, worde enieh man vertughet van den Bueren voor een gheluut of voor een gherust van enigher saken, die mach syn onscout doen mit twalof sine maghen binnen drie weken na der vertughinge in den selven dinxspuel, daer hi vertughet is, ende dat sal hem die Amptman achte daghe te voren laten weten, waer hi syn onscout doen zel, ende hadde hi ghene maghe in Drenthe, so mach hi twalof ander goeder manne nemen, daer hi syn onscout mede doen zel als voersz is.

Item so is Lantrecht so wie dat pandeweringhe dede mit onrechte, die sal breken des eersten daghes drie pont, des anderen daghes twiscar, des derden daghes vystien nye Groningher mare, ende daer mede, waer hy van den pande quyt. Ende des vierden daghes machmen dat hooehste gerichte sucken mitten sweerde, die meente daer mede uyt te roepen, ende so salmen den sweerde volgen by vystien nye marc voersz, ende helpen den elage rechts op hoers selvers cost, ende dat sweert selmen versteken als voersz is. Ende wie in der voersz sake vellich worde, die sal den brucke, cost, ende allen onraat opslaen.

Item so is Lantrecht, waer ymant die onrecht aensoeckinghe dede, die brake des eersten dages drie pont, des anderen dages twiscat, des derden dages vystien nye Groninger marck voersz, ende worde daer pandeweringhe gedaen tot Lantrecht, so sal die Scoute den elager ende den sculdighen die sake legghen ende versten tot den naesten lotdingh op die wysheit van den Lande, ende daerenbinnen en selmen geen broke daer van nemen, eer die wysheyt van den lande die sake elaer ondergewyst heeft, ende dan selmen den elager op den sculdigen voert rechten na Lantrecht als voersz is.

Item so is Lantrecht, een man die brucke gedaen heeft, ende een Hoefman is, so selmen den Hoefthere eerst sucken, eer men die mage sueckt. Ende heeft die Hoestheer erfnisse, die maeh die Here veile bieden, ende verkopen, ende wes hi daer van erighen ean, dat mach hi nemen, ende ontbreket den Heere daer eet an, dat sullen dansesse die naeste hande gelde. Ende waer des mans goet beter, dat selmen hem weder gheven, ende die Buer sullen dat goet waerdighen te nemen of te gheven.

Item so is Lantrecht, so wanneer dat die Buer horen tughen niet doen en willen inder goesprake, of dinghen, of op een reebte, so breket elkes huus drie pont als voersz is, nochtans so sullen si horen tughe doen, ende doet si des dan niet, so is dat des anderen daghes twiscat, des derden daghes driescat, des vierden daghes vystien nye mare voersz.

Item soo is Lantrecht, soo wie gheen rechte mate en gevet van boteren ende van zade, die breket vystien Groningher marc voersz. Item of een bastert broke dede, den soude men houden aen der moeder maghen ende niet aen des vaders.

Item so is Lantrecht, so wanneer een weerlieh man den anderen weerliken man aenspreket met geesteliken reechte van weerliken saken of goede, die breect vystien nye marc voersz. Ende waer dat een Lantman den anderen buten lands besette, die broke vystien nye Groningher marc voersz, ende doet hi hem daer mede seade ende cost, die sal hy daer toe gelden ende betalen.

Item so is Lantrecht, waer enieh man in den lande die gebroket hadde, ende die daer van een moetlonich dede der Heerlieheyt, ende dat gereehte liete hem daer van quyt, ende woude daer geen buertuucht horen, so soude

dat

"dat ſelve gerechte den lande ende der meente enen onderſcoute ſetten ende gheven, die daer die buer toe brochte mit rechte, dat ſi een tuueh deden van den manne, waer hi gebroket hadde, of niet, op dat die meente twiſte wes broke hem daer an verſchenen waer.

"Item ſoo is Lantreeht, waer ymant die den anderen venghe in den Lande van Drenthe, die ſal breken hondert oude marc, uytgeſeghet miſdadige lude, als voerſz ſtaet, die mach ele man vaen ende houden ſy tottes gerichtes behoef.

"Item ſo is Lantrecht, waer ymant die enen voerpael afbrake mit wille of opeerde, die ſal breken vyftien nye marc voerſz.

"Item ſo is Lantrecht, dat een Scout in den Lande hebben ſal een plack voor de aenpandinghe, ende twee Vleemſche groot voor die uytpandinghe.

"Item ſo is Lantrecht, ſo wanneer dattes Biſſchops Amptman van Utrecht in Drenthe dinghe houden ſel, ſo ſal hi dat houden van der eenre veſpertyt tot den ander mit dertien peerden ende mit dertien perſonen, ende wes hi dan verteert in der buerhuſen, daer dat dinc is, dat zellen die ſelve bueren betalen, ende wil die Amptman mit meer luden ende peerden dat dinc houden, dat mach hi doen op ſyns ſelfs coſt, ende dat dinc zel beginnen te houden tot drien tiden des jaers, als vertinnacht na Paſchen, ende des anderen Manendages na ſant Agathen, ende des Manendaghes na ſinte Pontiaen.

"Item ſo is Lantrecht, waer enich man die enigherhande goet aenvoer, daer die vredeban ingeleghet ware, alſo vake als hi dat doet, ſo breket hi vyftien nye Groningher marc voerſz, ſo veer als hem die Buer voerſz vertughen.

"Item ſo is Lantrecht, datmen geen voortuuch doen en ſel buten den Lande van Drenthe, ende de Buerſchap ſel hoer tuueh doen tho dingen to hoeſprake ofte to richte binnen horen dincſpel ende niet verder.

"Item ſo is Lantrecht, dat die Heerlicheyt niet roepen en ſal mitten ſweerde, dat en ſy witlich landes noet, ende ſo ſal ele man volgen den ſweerde by vyftien nye Groninger marc voerſz niet vorder dan opte palen des landes van Drenthe, ende daer en ſullen ſy niet langer legghen dan drie daghen ende drie nacht, dat en waer ſake dattet den lande langer nootſaken dede; ende waer ymant die den anderen dootſloeghe, wanneer hi den ſweerde uytwert volghede, ende binnen driendaghen ende nachten voerſz, die brake hondert oude marc. Ende waer ymant die den anderen daer dan lemmede of wondede, die ſal breken ſimpel broken of dat binnen ſweert recht geſciet waer.

"Item ſo is Lantrecht, waer ymant die niet en waer daermen mit rechte cluchten mochte in der cluchtinghe die brake twee bovet loſen.

"Item ſo is Lantrecht, datmen van ghenen man in den lande broken nemen en ſal van ſaken, hi en ſij eerſt van den Bueren daer voer van vertuighet, ende van den broke, ende van alle broke voerſz, daer ſal die Biſſchop van Utrecht of ſijn Amptman of bueren in hebben een derdendeel, en die tweededeel die daer achter bliven, daer zel of hebben die clagher een derdendeel, ende dat ander zel die meente hebben, uytgeſproken die voerſz broke van Scoutmudde, roeck penninghe, ende battinex penninghe, die ſal die Heerlicheyt alleen hebben, ende de broke van ſtolenen goede voerſz die ſalmen deylen als voerſz ſtaet. Voert meer ſo mach die clager ende die gemeente horen broken uytpanden mit daghelixghen rechteren ende Scouten in den kerſpel daer die broke verſchenen is, ſo wanneer dat dat gerechte ſine broke daer van hevet alſe voerſz is. Item alle broke voerſz die ſullen dubbelt weſen op ten vier hoechtiden, als opten Paeſchdage ende nacht, opten Pinxſterdage ende nacht, op ten Korſdagho ende nacht, ende onſer liever Vrouwen daghe ende nacht *Aſſumptio*, ende op al onſer Vrouwendage, op Apoſtel daghe, ende op al der ſelve nachten.

"Item ſo is Lantrecht, dat gheen broken op geen tyt twy boeten ſijn, dan alſe voerſz ſtaet. Voert alle ander broke, die hier in niet genoemt en ſtaen, die ſullen ſtaen na den ouden recht.

"Ende alle deſe voerſz punten ende ele biſonder geloven wi *Frederic*, Biſſchop t'Utrecht, voer ons ende voer onſe naenmelinge Biſſchoppen t'Utrecht onſen Lande van Drenthe voerſz ewelike vaſt ende onverbrekelinghe te houden, ende dat wy noch onſe naeomelinghe Biſſchoppen t'Utrecht noch onſe Amptlude daer nimmermeer tieghen noch boven doen en ſullen, maer wy ende onſe naeomelinghe ſullen onſe goede lude van onſen lande van Drenthe tot ewighen daghen daer in houden, ende deſe voerſz brieff die ſal in allen dier ſelver volcomen macht weſen ende bliven tot ewighen dagen, gelyc die brief is, dien wy onſen lande voerſz gegheven hebben, beſegelt mit onſen ſeghel ende mit ſeghelen onſer vyf Godshuyſen, ende onſer drie Steden voerſz, behoudeliken dien ſelven brief in ſynre volcomenre macht te bliven gelyc voerſz ſtaet ſonder enich argeliſt, ende des tot eenen oereonde ſo hebben wy deſen brief mit onſen ſegel beſegelt. Ende om dat wy willen dat alle ſaken ende punten voerſz vaſt ende ſtede bliven ſullen tot ewighen daghen, ſo hebben wy gebeden die eerbaren, wyſen, ende beſceyden luden der Prelaten ende Capittelen onſer kerken van den Doem, van Oudemunſter, van ſunte Peter, van ſunte Johan, ende van ſunte Marien t'Utrecht deſen brief mit ons te beſeghelen; ende wy Prelaten en Capittelen van den Doem, Oudemunſter, ſunte Peter, ſunte Jan, ende van ſunte Marien kerken t'Utrecht aenſiende, dat die Eerweerdighe in Gode onſe lieve Genadighe Here van Utrecht voerſz om orbaer ſijnre kerken ende ſijnre naeomelinghen Biſſchoppen t'Utrecht deſe voerſz overdracht ende punten mit ſinen lande van Drenthe is overcomen, ſo hebben wy tot enen oereonde ende eenre eewigher memorien deſen brief mit hem mit onſer kercken ſeghelen doen beſeghelen. Gegheven in 't jaer ons Heren duſent vier hondert ende twalof, des feſthienden daghes in September."

DECANATUS DRENTHIÆ.

ECCLESIA { *S. Martini* in Groning. / *S. Walburgis*, ibidem. / *B. Mariæ*, ibid.

HAARE,
NOIRTLARE,
ENGELBERT,
BROECK,
CREPSWOLT,
ZUYTWOLDE,
NORCH,
VEENHUYSEN,
COEVERDEN,
DALEN,
SLEEN,
SWELLE,
EMME,
SCHOENEBECK,
OEDEREN,
ROOSWINCKEL,
BEYLEN,
WOLSFBERCH,
PEYSE.

RUNEN,
HAFFELT,
HESSELTE,
DIEVEREN,
KOECKANGEN,
DWINGELOE,
WASPERVEEN,
ANLOE,
RADYN,
CONVENTUS IN DYCKENINGEN,
YHORST,
OVEREERSTEN,
RODEN,
RODESWOLDE,
VRESE,
ZUYTLARE,
VLEDDEREN,
BLEYENSTEYN,
GIETEN,
BORGEREN,
BORCH.

Ex veteri Cod. MS. Eccl. Traj. quem teneo, palam est quod Archidiacono seu Præposito S. Salvatoris Ultrajecti in sacris pridem subfuerit,

Comitatus de Oostergoe, Stauriæ,
& *Odemardum.*

Archid. verò seu Præposito S. Joannis,

Comitatus de Westergoe in Frisia.

Denique Archidiacono seu Præposito S. Mariæ in eadem urbe,

Terra Stellingswerff, sive *Sevenwolden. Item Groningen cum locis vicinis, dictis de Ommelanden, Goe & Wolt; vici Decanatûs per districtum Groningen, Goe & Wolt:* quibus verbis innuitur *Omlandorum* vocabulum non eà qua hodie ferè significatione ibi sumi; magna quippe tractûs illius portio, ut sæpius jam diximus, ante Sedem Episcopalem Groningæ erectam, Monasteriensis, Bremensis aut aliorum etiam Hierarcharum sedibus suberat: sed territorium suburbanum ea voce significari, (**dat Gho und Woldrecht**) vulgò appellatum, totius regionis fines ad Austrum longo tractu contra Trentiam tuens; sic tamen ut eodem, sub *Drenthiæ Decanatus* nomine, præter Groningam urbem plures, quin & plerique Trentiæ pagi ac vici cum *Covordiæ* oppido continerentur.

Drenthiæ Decanatûs, Præposit. S. Mariæ pridem subditi vici;

De Groningæ Fanis, Cœnobiis, eorum Rectoribus, aliisque sacris jam a principio actum.

Territorii suburbani pagos vicosque etiam lustravimus; inter alios

HAREN,

Haren, Vicum, ut jam pag 44. diximus, duobus milliaribus Groningâ, sub cujus territorio suburbano est, disjunctum; de quo plura ibidem.

NOORTLARE,

Suburbani territorii vicus est cum Parochiali Ecclesia in confiniis agri Groningani & Trentonum, *Noord-lare*, a situ ad boream denominatus. *Noortlare,*

ENGELBERT, *Engelbert,*
&
BROECK, intellige *WESTERBROECK,* *Broeck,*

Vici ejusdem territorii sub Drenthiæ pridem Decanatu.

CREPSWOLT,

Hodiè *Cropswolde*, ejusdem territorii sub Drentiæ Decanatu pridem vicus, ubi, ex actis Adoard. Cœnobii *Nythardus Foux*, qui cum tumultuariis militibus multis ex Germania contractis, quorum dux erat, multa damna Cœnobio isti intulerat, Anno D. 1499. ipso die Mariæ Magd. a Groningensibus interfectus est cum trecentis viris. *Crepswolt,*

SUYDWOLDE,

Vicus ejus nominis in *Hunsingiis* urbi Groningæ proximus, de quo suprà pag. 46. cujusmodi & Dieverensi territorio accensetur a *J. Picardo.* *Suydwolde,*

NORCH,

Noordeveldiani in Trentinis territorii pagus, sub cujus Prætorio & *Norch,*

VEENHUYSEN,

Trentiæ sub territorio Noordeveldiano vicus, a cespitibus, ut & plures alii per tractum istum, denominatus. *Veenhuysen; situs, etymon, &c.*

Caput

Caput totius regionis ac Decanatûs

C O E V E R D E N.

Covordiæ, etymon,

NOMEN ei inditom passim creditur a *Coo*, seu *Coe*, quod Frisiis vacca est, & a foro, quasi *Vaccæ-Forum*, ut a *Wilb. Heda* appellatur; vel a Trajecto, quia Vaccæ-Trajectum; vel denique a *Vorde*, id est angusto tramite, quia ejus aditus ex Frisia muoitissimo Castello a temporibus incomperti initii fuit præclusus, quæ est [a] *Altingii* opinio.

Castrum,

[b] *Picardus* tamen indecorum ratus appellationem a Vacca desumi, cum Romanorum antiquitus Castrum fuerit Covordia, ejusdem vocabulum derivat a Romanis, vel ab indigena, quem Romanorum Annales celebrem reddidere.

Cumque ea priscis temporibus alicubi *Kuffort* sit appellata, non alienum a vero censet, eam esse *Villam Cruptoricis*, de qua l. 5. *Annal.* Tacitus. Sed de hac *Craptoricis Villa*, vide Altingium *Not. Germ.* part. 1. pag. 52. ubi, uti & Capite seq. nomen *Vorden* dilucidat.

dein oppidum,

Quidquid id est, circumjectum Castro municipium, jam oppidi dignitatem habuisse Balduini, Ultrajectini Episcopi, tempore indubium facit Membrana Trajectina, disertim narrans *Covordiæ Villam* (seculi illius stylo oppidum designans) & *Suburbium* concremata fuisse post *Ottonem* Benthemiensem fugatum Anno 1195.

Vario enim jactata casu, Præfectis in Episcopos rebellibus: *Fredericus Blankhemius* Præfectum eum Castro redegit in potestatem, qui Episcopo se subjecit insigni solemnitate. Confectum de eo instrumentum, quod ex Archivis Ecclesiæ S. Mariæ traditum ab Ant. Matthæo in notis ad *Anonymum* pag. 75. Mansit deinde in Episcopi potestate usque ad Ann. 1522. quo Philippo Burgundo, vi id aggressus abstulit Carolus Gelrorum Dux, ut est apud *Hortens.* l. 7.

fata,

Fata quæ diversis temporibus ei obtigêre, relata habes in dicti Picardi *Covordiæ Annalibus* p. 289. &c.

fana duo,

[c] Duo olim oppido huic fana; unum, extra loricam modernam ad Occidentem situm, cum amplo Cœmeterio arboribus consito, vetus appellatum, ad quod oppidanorum funera sepelienda deportabantur. Novum alterum, eo loci situm, ubi Anno 1641. præstans præsentis ædis structura surrexit.

Ecclesia hæc primaria, flammis absumpta, Anno 1508. restaurata & renovata, largis a Julio II. Pont. Max. ad supplicationem Ultrajectini Episcopi ditata est indulgentiis iis omnibus,

alterius præstantia,

qui ad ejus fabricam structuramve quidquam conferrent: moles ejus ingens fuit, tota saxis concamerata, duplici columnarum serie, ac præcelsa turri ornata. Quo loco aliud dein fanum ædificatum cum mediocris altitudinis turri, campanis ornata, ad cujus structuram Trentinorum regio ligna, saxum, ferramenta, omnisque generis materiam, atque alia munera congessit. Sed fano hoc sub *Eberbardo Enzæo*, Covordiæ Præfecto ac Gubernatore, ad oppidi castrique defensionem æquato, & in propugnaculum belli verso, eodem deinde loco præsens fanum Anno 1641. extructum est; hodiè etiamnum *Marye-kerck* appellatum.

duratio,

[a] Ecclesia porrò vetus ac nova in ipso urbis ambitu locata, ante annos 94. juxta Picardum, qui Annales Anno 1660. edidit, etiam viguere; sacris in iis ad eam diem peractis, furenti dein tempestate dirutæ & concrematæ.

Vicariæ,

Vicariæ in his erant quatuor; sic ut præter Pastorem primarium, [b] quatuor *Vicarii*, seu *Capellani*, ut vocant, stante Catholico cultu iisdem deservirent.

& Nundinæ.

[c] Annuæ nundinæ, quatuor dierum singulæ, Caroli Cæsaris dono tres Covordianis fuere; prima feria I. antè Pentecosten, altera festo S. Odulphi post Pentecosten, tertia die S. Ægidio sacra.

Tabulæ Anno 1541. IV. Aug. Bruxellis datæ, in urbis Archivis etiamnùm asservantur.

Extrà Covordiam reliqua Regionis Trentinæ in sex territoria, vulgò [d] *Dingspils*, seu *Dingspals*, dispertita vici occupant.

HULSVORDE,

Hulsvorde situs, Capella Covordiensi Ecclesiæ subdita, Traj. Episcoporum inauguratione, & supplicationibus olim celebris, modò diruta.

[e] Locus sub Covordiæ olim dominio inter Covordiam & *Dalen* medius, cujus mentio in Membrana Trajectina ad Annum 1230.

Pridem ibi *Capella*, in qua Ultrajectini Episcopi, ut Domini Covordiæ eum annexis, inaugurari, & ad inaugurationem nummos argenteos in vulgus spargere solent.

Anno 1460. Capella hæc ex Picardi *Annalibus* p 292. maximè viguit, solemni Trentinorum vicinorumque populorum supplicatione celebrata ob asservatas & certis diebus expositas in ea magni nominis Reliquias. [f] Sed cessante Episcoporum Traj. regimine & Gelri flagrante bello tota concidit & diruta fuit, structuræ materiâ alio evectâ.

D A L E N,

Dalen,

Vicus Covordiensis Præfecturæ intra primum lapidem ab ipso Castro, Groningam petentibus, cujus ultima memoria est in Chatta Werdensi.

S L E E N,

Sleen,

Vicus Prætorius insignis Trentæ superioris primarius, sub territorio Suyderveldiano, cujus Prætor, [g] *Schult tot Sleen*, & *Banderschult van Suydervelt*, apud Picardum nuncupatur.

[a] *Alt. Not. Germ part. 2. p. 39.*
[b] *Picardi Annales Covord. p. 282. 283. 292. 293.* [c] *Idem p.*

[a] *Idem p. 286.* [b] *pag 295.* [c] *Ibidem.*
[d] A Germanico *Dingen*, & *Spil*, seu *Spal*, id est limes; cum olim juncti fines palo vel saxo designarentur.
[e] *Picard. Annal. Covord. p. 283.*
[f] *Idem ibid.* [g] *Idem Drenthiæ Annal. p. 270.*

S W E L L E,

Swelle, Hodiè *Sweel*, ejusdem Zuyderveldiani territorii vicus Prætorius.

E M M E,

Emme, Vicus Trentiæ superioris sub eodem territorio Prætorius, antiquitus *Emne*, M. P. VI. Covordia, quem *Teutones*, juxta Membranæ Traj. Scriptorem cum omni districtu expilarunt & combusserunt circa Ann. 1228.

S C H O E N B E C K,

Schoenbeck, Vicus ejusdem territorii *Emmæ* vicinus, *Schoenenbeecke* hodiè appellatus, sub Covordiensi Prætorio.

O D O R E N,

Odoren, Hodiè *Odoorn*, territorii ejusdem vicus, *Emmæ* Prætori, juxtà Picardum, subditus, cui & subjicitur

R O O S W I N C K E L,

Rooswinckel, Territorii ejusdem vicus

B E Y L E N,

Beylen, Ejus nominis territorii Trentini pagus Prætorius.

W O L F S B E R C H,

Wolfsberch, Hujus nominis locus in tota regione non occurrit: *Westerborch*, Beylensis territorii vicus est Prætorius.

P E Y S E,

Peyse; vici, varium nomen, situs, fata, &c. Antiquitus *Pedese*, contractè *Pedge*, vicus Trentiæ modicus cum arce olim Equestris familiæ seu militum de *Pedese*, ut vocat Emo Werumensis ad Ann. 1241. partium Gronenbergensium; quam ideò, licet auctam munitionibus a Trajectinis Anno 1228. *Gelekingii* destruxeruot Anno 1251. uti & turrim eorum lateritiam juxta Emmium.

vir illustris. *Arnoldus Lauth* a *Peyse*, a pago eò denominatus, Adoardinus Abbas ordine XXII. supra recensitus.

M E P P E L A,

Meppela, Trentæ vicus oppido similis. In Austrino limite in occasum vergente oppido quam vico similior.

R U N E N,

Runa, situs, Trentiæ Villa Prætoria, cui præfectus hæreditarius, ad quam ab *Umme* per paludes, transmisso *Resta* amne penetratur; uti ejus ad Annum 1228. meminit Membrana Trajectina.

nobiles, Dynastæ, Cisterc. Monial. pridem Cœnobium, *Runa* in ditione nobilium *Munsterorum*, dignitatis titulo suprà communis nobilitatis gradum illustris. Viguit illic aliquandò Cisterciensium Monialium Cœnobium, aliò transplantatum.

Anno 1311. *Ano*, Abbatem in *Runen* se inscripsit, ex Diplomate in notis ad *Anonymum* rerum Traj. p. 91. exhibito.

H A F F E L T,

Hodiè

H A V E L T E,

Havelte, etymon, Episcoporum Traj. inauguratione nobile, Ecclesiæ, Collatores. Occidentalis Trentiæ sub Territorio Dieverensi vicus, in quo primores Regionis olim Ultrajectinos Episcopos inaugurabant in Trentiæ Dynastas.

[a] Collegium *Steenovicenum* Ecclesiæ *Haveltensi* olim Pastores dabat. [b] Haveltious *Vlederensium* quoque, ex Picardi Annalibus, Prætor erat.

Ceterùm multa alia per *Trentiam* loca sunt, quibus ab *Helte* nomen.

[c] Hæc licet ad Sylvam, *Holte*, *Halt*, seu *Holt* appellatam, commodè vertantur, potius tamen est ut ab *Ulfone*, veteri possessore, sic dicta sint.

U P H E L T E,

Uphelte, varium ejus nomen, etymon. In Membrana Trajectina *Huffalte*, hodiè *Uffelte*, quasi *Ulfonis* sylva.

[d] Illa *Ulfonis* Sylva M. P. VI. a *Steenovico* in ortum superest, quondam pars *Trentæ Foresti* [e], donata ab Henrico III. Imperatore Bernolfo, seu Bernulpho, Episcopo Ultrajectino.

W I T T H E L T E,

In Membrana Trajectina

W I T H A L T E,

Witthelte, Locus est, quo idem Imperator Henricus, Bernulphum Episcopum ex bonis *Ulfonis* & fratris ejus donavit io Comitatu *Thrente*.

Servat hodiè nomen *Witholte* inter *Wapsterveen*, & *Dwingloe* M. P. IV. *Steenvico*.

Sic & ab eodem *Ulfone* denominatus territorii Oostermooriani pagus

G A S S E L T E,

Gasselte, Dieverensis quoque territorii vicus, inter *Havelte* & *Uffelte* medius.

H E S S E L T E,

Hesselte situs, varium nomen, &c. Hodiè vulgò *Hesselen*; uti & habet Pianum Diploma, ubi dividitur io *Wester-Hesselen* & *Oester-Hesselen*.

D I E V E R E N,

Dieveren, Ecclesiæ, Collator. In Piano Diplomate *Deveren*, vicus Trentiæ Prætorius, a quo territorium Dieverense denominatum, Parochiali gaudens Ecclesia, cujus Patronatum pridem [f] ex *J. Lindebornio* gerebat unà cum Trentinorum Dynasta, Præpositus Oldenzaliensis.

K O E C K A E N G E N,

Coeckange, priscum nomen, &c. Vulgò *Cockange*, Dieverensis territorii vicus; Wyekano Prætori unà cum *Pese Echten*, & *Ansen* pagis, in sacris verò Runeosi dominio subditus.

a *I. Lindeborn. Hist. Episc. Dav. pag* 242.
b *Picard. Annal. Trens. p* 288.
c *Alting. Not. Germ. part.* 2 *p* 191. d *ibid.*
e Teutones *Forst* vocant Sylvam venationibus celebrem; undè rustica Latinitate *Forestum*. *Foresti* in *Threnti* meminère Otto I. Henr. II. & Conr. II. in Diplomatibus. Hujus cura per Imperatores Traj. Eccl. Pastori mandata nomine *Iuris Forestensis*. *Idem ibid. p.* 183.
f *I. Lind. Not. Episc. Dav. c.* 3. §. 1. *p.* 191.

DWING-

DWINGELOE,

Dwingeloe, etymon. Collator.

Hodiè, ut & in Piano Diplomate est, *Duingeloo*, a loco editu denominatus, Trentiæ vicus Prætorius, sub territorio Dieverensi, in cujus Ecclesiam jus Collationis habebat Pastor Dieverensis.

WASPERVEEN,

Wapsterveen varium, situs, etymon,

Hodiè *Wapsterveen*, alius a *Wanneperveen*, Transisalaniæ pago Vollenhovianæ Præfecturæ subdito, cujus Parœciæ, SS. Apostolis Philippo & Jacobo sacræ, collatione pridem gaudet Parochus Vollenhovianus, de quo J. Lindebornius *Hist. Dav.* c. 4. p. 246. Ille enim non procul inde est dissitus, vicus Trentiæ, a cespitibus denominatus, per Pianum Diploma Diœcesi Groningensi

Eccl. Collatores,

accensitus, & per *Picardum* in Trentiæ Annalibus sub *Classe Westerveldensi* collocatus, ad cujus Ecclesiam pridem quoque nominabat Pastor Dieverensis. *Wanneperveen* & *Wapsterveen* mentio quoque est in Charta Anni 1285. qua Aleidis uxor Fratris Bertholdi cum duobus filiis, *Waltero* & *Bartholomæo*, suscipientes habitum Ordinis Teutonicorum in Domo Teutonica S. Mariæ Ultrajecti, atque hinc *Donati*, & vulgò *Oblati* dicti, bona sua ob remedium peccatorum suorum dicto Ordini offerunt:

antiqua memoria.

UNIVERSIS præsentes litteras visuris & audituris *Aleydis* uxor fratris Bertoldi de Radine ordinis Domus Theutonicæ, *Walterus* & *Bartholomæus*, ejus filii, Salutem & notitiam veritatis. Quia vita hominum fragilis & vita hominum est labilis, gesta humana, ne lapsu temporis ipsis defluant, non solum testium præsentia, sed etiam scripti certitudine solent perhennari. Noverit igitur universitas vestra, quod nos temporalium bonorum fluxibilitatem, & cœlestium bonorum æternitatem sollicite attendentes, sic per ipsa bona temporalia transire affectamus, ne quod absit etiam aliquatenus amittamus. Apropter nos & nostra omnia Deo obtulimus, & ejus sanctissimæ Genitrici, promittentes & voventes nos sollemniter habitum ordinis sanctæ Mariæ Theutonicorum apud Trajectum suscepturos, & in eo perpetuo sub debita obedientia & disciplina Deo & ejus Genitrici voluntarie militare, quamdiu præsens seculum eos tenebit, & nihilominus omnia bona nostra corporalia eidem Domui & ordini in subsidium terræ sanctæ libere transferimus & resignamus, cum omnibus juribus & pertinentiis eorundem bonorum, & de eis investientes Domum & ordinem antedictos. Ac de bonis eisdem ea quæ sequuntur propriis duximus vocabulis exprimenda, videlicet in *Wappenvene* duas domos, item in *Surebeke* in domo Rengheri unam decimam, item in domo *Altinghen* unum modium & dimidium siliginis, & duos modios ordei sub certo pacto, item aream unam sitam in *Ostervoght*, quæ solvit sub certo pacto quinque solidos, & decem pullos in festo omnium Sanctorum. Prædicta bona specialiter ad me Aleydim prædictam spectantia, cum suis juribus & omnibus pertinentiis dictæ Domui Theutonicæ duxi perpetuo simpliciter resignanda. Hæc vero quæ sequuntur juris & proprietatis sunt nostri *W.* & *B.* prædictorum, videlicet in *Surebeke* in domo *Rengheri* unum modium annonæ, quod est feudale, item in *Wollenboe* tertiam partem domus de duabus domibus. Una domus jacet in *Westkercke*, alia super *Suolbe*. Hæc sunt feudalia. Item decimam & jurisdictionem in quinque mansis in Parochia de *Broklede* in loco, qui vulgariter dicitur *Currich*, omnia bona nostra propria. Item aream nostram sitam juxta Castrum in *Wollenboe*, quæ erat prædecessorum nostrorum. Item in *Wanneperveen* decem mansus, qui solvunt decem urnas butyri, quæ vulgariter dicuntur *emmer*. Item in prædicto loco undecim mensuras butyri. Item in *Drente* in villa una, quæ vulgariter dicitur *Wesepe*, duas domos cum omnibus juribus & suis pertinentiis. Et hæc omnia sunt proprietates nostri *W.* & *B.* prædictorum, ut dictum est, quæ scilicet cum suis juribus & omnibus, sicut jacent, prædictæ Domui Theutonicæ resignamus. Præmissa itaque omnia eo modo, quo dictum est, rata & inviolabilia persistere volumus, dum nimirum prædictus, qui adhuc impubes est, in dicto habitu & ordine perseveraverit, postquam tempus impleverit pubertatis. Si vero idem *B.* quod absit, ex tunc ad seculum redierit, habebit omnia bona feodalia, & aream in *Wollenboe*, quam prædecessores sui inhabitare consueverunt, & homines si qui nobis attinent, & nulli glebæ sunt astricti, & nihilominus idem *B.* in bonis fratris sui mediam recipiet portionem, ceteris omnibus, quæ prædicta sunt, in debito robore legitime duraturis, ita quod ipse *B.* in bonis maternis nullam portionem, si ad seculum redierit, possit requirere vel habere. Ut autem hæc rata & firma permaneant, renuntiamus omni exceptioni, vel defensioni, quæ contra præmissa aliquatenus competere nobis possunt. In cujus rei testimonium & certitudinem sigilla honorabilium virorum dominorum *Henrici* Abbatis Monasterii S. Pauli Trajectensis ordinis S. Benedicti, & *Giselberti* Præpositi Ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis præsentibus apponi rogavimus, quia sigilla propria non habemus. Et nos Abbas & Præpositus prædicti protestamur nos ad preces eorundem *A. W.* & *B.* sigilla præsentibus apposuisse. Datum Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. quarto in die Apostolorum Simonis & Judæ.

Wesepe etiam varium, &c.

In dicta Charta fit insuper mentio *Wesepe*, tamquam Trentinorum *Villæ*, id est, vici prætorii, aut etiam oppidi, juxta ævi illius nomenclaturam. Hodiè *Wesup*, affine nomen personat, haud procul a territorio Suyderveldensis Trentiæ vicis *Sleen*, & *Swiel*, Trentiæ viculus cum fano. Distinctus hic a *Wesep*, Sallandicæ regionis pago, ad cujus Ecclesiam, D. *Nicolao* nuncupatam, jus denominandi & instituendi habet Daventriense Capitulum.

ANEN,

Anen, ubi cæsus a Trentinis Otto II. Ultraj. Episcopus,

Locus funestus & maledictus, ex Membranæ Traj. Scriptore, ad quem Otto II. Ultrajectinus, *Hardenbergâ* cum exercitu suo *Covordiam* properans, ultima tentoria fixit, & a quo in *Trentones* pugnaturus, ad proximam paludem, sibi suisque fatalem Anno 1227. processit. Eadem refert *Emo* Werumensis Abbas, & W. Heda in *Ottone*: ipse, & J. Beka in *Willibrando*, addunt haud longè post coactos fuisse *Trentones* a Willibrando, Episcopo Ottonis successore Anno 1229. pridie Idus Oct. debellatos, [a] ad expiandam Ottonis ejus cædem, eodem in loco condere xxv. Canonicorum Collegium & Sacrarum Virginum Monasterium; deinde *Assenam* translatum, de quo illic fusius dicturi sumus.

in cujus expiationem jussi condere Monasterium;

[a] Emmius rer. Fris. l. 10. p. 146.

Manet hodiè nomen paupertinis quibusdam tuguriolis ad dexteram *Vechtæ* ripam, e regione *Gramsbergæ*, Transisulaniæ sub Satrapix Zalland. oppidulis annumerati, a Covordia M.P.IV.

Cladis hujus, & Cœnobii ea occasione erigendi sic meminit in vita Sibrandi VI. Horti-Mariani Abbatis, Sibrandus Leo:

diversum a Monasterio ad aquas nigras,

" Episcopus Trajectensis Otto, ex illustri Lippiensium familia pro defensione juris Ecclesiastici, pro conservandis per *Drenthiam* & *Trientiam* decimis, quas incolæ negabant Præsuli præfato, collecto exercitu justo cum illis certamine conflixit. Superatus ipse cum omnibus suis ad internecionem deletur. Quo in loco postmodum intercedens præsul, re cum hostibus pacificata, Monasterium Sacrarum Virginum, *Assen* dictum, ipsis Drentonum sumptibus erigi, certis agris & reditibus annuis ditari præcepit."

Asceterium ex simili occasione erigi jussum a [a] J. Lindebornio ex Wilh.Hedx collocatur inter Hasseletum, & *Swarte Sluys*; ab aquis nigris, quas vicina cespitum tellus sic inficit, 't *Swarte water*, vulgò appellatum. Conditum illud sub instituto S. Benedicti circa Annum 1227. titulo *Montis B. Mariæ Virginis*, ejusque Rectrix *Priorissæ*, Monachus ejusdem Ordinis, *Præpositi* nomine cohonestabatur.

Willibrandus, Ultraj. Episcopus, mox institutum in suam recepit clientelam per disertum Diploma, a [b] Lindebornio integrum relatum.

ex situ loci, & instituto.

Sed diversum istud ab eo fuisse, cujus Sibrandus, Picardus, & Altingius ex Emmii *Hist l.* 10. *p.* 146. meminêre, suadent & loci situs & institutum distinctum. Picardus enim dilucidè asserit Territorii primores sese obstrinxisse ad fundandum Monasterium Virginibus Ordinis Cisterciensis, illudque annuis redditibus ditandum; cœptumque sub Covordii dominio inter *Covordiam* & *Schoenebeckam* ad rivulum A. . . . ubi etiamnum auspicati operis monumenta visuntur: at Institutoribus dein visum illud *Duyrsum*, locum amœnum ad rivum situm prope *Roldam* transferre: sed eum & ibi obstacula reperissent, structura in *Assum*, ubi etiamnum est, auspicata fuit.

[c] J. Lindebornius ipse agnoscit diversa hæc Monialium Asceteria, posterioresque Cisterciensis instituti fuisse, atque in littore torrentis A, *Covordiam* inter & *Schoenebeeckam* primitus consedisse, indeque, quia locus ob frequentes aquarum illuvies incommodus esset, ad Parochiam *Ulsen*, Comitatus Benthemiensis ad locum *Berlebare* transitum meditatas. Testatum id facit Guido, Ultraj. Episcopus, diserto Diplomate, dato Anno Dom. MCCCXII. *die B. Mariæ Magdalenæ*, in Lindebornii *Hist. Daventriensi* occasione dictæ Parochiæ *Ulsen* p. 442. allato.

Ex Diplomate hoc palam fit nomen Asceterio huic fuisse, *S. Mariæ de Campe*. Sed cum Trentini, qui Asceterium ibidem ex conditionibus pacis cum Ottone III. Hierarcha Ultrajectino Anno 1233. initis fundaverant, finibus eas suis egredi nollent, in *Duyrse* ad ripam fluminis *Roldæ*, ac demùm in *Assen* stabiles sedes posuerunt, Anno, non ut *Picardus* posuit, 1234. sed serius, ut mox demonstrabimus.

a *Lind. Hist. Dav. c.* 5. *pag.* 261. *&c.*

b *Idem p.* 262. *&c.*

c *Idem cap.* 8. *p.* 442.

ANLOE,

Anloa; vicus Prætorius,

Vicus Prætorius & parochialis in Trentonum Regione sub territorio Oostermorano, cujus mentio est in Charta Werdensi M. P. XIII. Groningâ dissitus. Nomen invênit ab *Annen* vico proximo (cujus jam facta mentio) depressiore in solo, & a *Lo* seu loco edito quem occupat, in quo fanum densa turri in cuspidem desinente cum cœmeterio locatum est.

etymon.

Anloana Ecclesix Gasseltinæ, Gietensis ac Zuydlarensis Ecclesiarum matrix ex veteri traditione habetur.

RADYN,

Radyn,

Ejus nominis vicus in Trentinis nullibi occurrit; ejus loco fortè legendum

ROLDA,

fortè *Rolda*, a *Rollone* denominatus vicus perantiquus, Ecclesia,

Trentinorum vicus in cognomine territorio primarius & supremi judicii locus, mediâ penè viâ inter Covordiam & Groningam.

[a] Picardus vicum censet perantiquum, in quo vetera monumenta visuntur, a *Rollone*, seu *Roldone* Normannorum duce, qui dirè per patriam grassatus est, cuique Neustria dein a Carolo Simplice concessa, denominatus.

Pedesani illic, Covordiensibus suppetias ferentes recuperando Covordiæ Castro, Ottonem Benthemiensem, Episcopi Balduini fratrem, in fugam conjecerunt juxtà *Anonymum* Membranæ Trajectinæ Scriptorem; licet, fortè librarii vitio, *Rocca* ibi legatur pro *Rolda*.

Fanum ibi edito in colle cum fastigiata turri visitur.

Curati, &c.

Curatus ejus Ecclesiæ Anno 1570. XXVI. Junii, JOANNES BYSTERVELT, qui & judex Ecclesiasticæ Jurisdictionis per Trentiam Generalis, idem, ut verosimile est, quod ejus regionis Decanus.

Ei mortuo successit

LUDOLPHUS ALINGE, Curatus in *Gieten* Anno 1571. & ipse per Trentiam Jurisdict. Eccl. judex generalis. Jurisdictio & mixtum Decanis iis erat imperium, juxta Anonymum Script. *de rebus Ultraj.* Cœnobium Virginum Sanctimonialium, cujus jam non semel meminimus, in *Assen*, Roldæ vicinum locum translatum est.

ASSENA,

Assena, etymon,

Vernaculè *Assen*, Trentiæ vicus, a campo sicco in arva perennia exculta, juxta [b] Altingium denominatus, Noordeveldensi ac Oostermoranæ Classi, vigente post avitum Romano-Cath. Calvinismo cultu, a Picardo in Trentiæ Annalibus accensitus.

Cœnobium,

Amplissimum ibi pridem Sanctimonialium Cisterciensium Cœnobium floruit, ex Covordiæ, dein & Roldæ vicinia huc transplantatum; cujus inter alios meminit [c] Picardus. Qui tamen in initiis ejus figendis aberrat. Perperam enim ejus illic initia refert ad Annum Domini 1234. cum serius, ut jam nunc meminimus, ibidem erectum sit. Verum annum hausi ex Codice Abb. Adoard. MS. ubi annus ejus initiis assigna-

initia, vocabulum,

a *Picard. Annal. Drent. p.* 170.

b *Alt. Not. Germ. part.* 2. *p.* 11.

c *Picard. Annal. Trent. p.* 198.

tur

Conditor, tur 1258. Sic enim habet diserte Codex iste: "Hic (*Eppo*, Abbas VI.) fundavit Monasterium Sanctimonialium in *Campo S. Mariæ in Assen*, anoo creationis primo, Anno verò Incarnationis Domini 1258. "

Ex qua relatione non tantùm verus fundationis annus cognoscitur, sed & quis ejus extiterit auctor & conditor, *Eppo* nimirum Abbas Adoardinus, ordine VI. Ex quo & refellitur Winsemii, aliorumque error, qui ex Gynæceo in Frisia Cistercienſium Cœnobio, Assenum hoc prognatum asseruêre.

Nomen Cœnobio huic inditum, ex eadem quoque relatione inootescit, scilicet, *Campus S. Mariæ in Assen*.

structura, Structura ejus, ex Picardi Annalibus, regia ac magnifica, e saxo ex Benthemiensi agro, atque e latere plaustris boum Groningâ avecto, maximis impendiis perfecta. Ad structum Cœnobium plurimi sedem fixêre tantâ frequentiâ, ut in vicum excreverit. Ordines Trentiæ sua ibi statis temporibus habuêre comitia. Comitiorum Sedes,

munimentum deia a Saxone redditum, Flagrante bello inter *Edzardum* Frisiæ Orient. Comitem, Groningæ & Groningani agri protectorem, atque *Georgium*, Saxonum Ducem, Groningam obsidione invadentem, Monasterium a Duce fossis & propugnaculis munitum, custodiaque in illud eheu! introducta fuit.

modò dirutum; Tandem & idem profligato cultu Romano-Catholico destructum atque eversum est.

Abbatissa. Abbatissa Ascererii hujus Anno 1416.
LUTGARDIS POLMANS.

DYCKENINGEN,

Dickeninga Cisterc. Abbatia. Monachorum Cistercienſium celeberrima in Trentino territorio Abbatia, a Lindebornio *Hist. Episcop. Daventr.* cap. 7. §. 9. p. 421. celebrata, cujus & verbo memioit [a] Emmius: at de quo altum silentium in Picardi Annalibus; &, quod mirum est, apud Ordinis Cisterc. Historiographos.

Jacobus Torrius ejusdem in *Relat. Rom.* meminit tamquam *ex vico Ravenensi Dickeningam* translati.

Sed quis vicus iste fuerit, nec ipse meminit, nec ego hactenus assequi potui.

In vita *Gerardi* Zutphaniensis apud *Revium* mentio est Abbatis in *Dickeninge*, Decretorum Doctoris, quocum sæpius de casibus juris agere consuêrat hic *Gerardus*, & unde reversus cum Winsemi perooctaret, finem vitæ & sepulchrum invênit Anno Chr. 1398.

Anno 1565. Dickeningensis Abbas Synodo Provinciali Trajecti per Schenkum habito, per *Sacellanum* suum, Fratrem *Antonium Bartholomæi*, Sess. 2. ex [b] Concilii illius Actis interfuit.

THORST,

Transisalaniæ sub Hasselensi Prætorio pagus, Parochialem habens Ecclesiam. Pago huic juxta Lindebornium [c], Cœoobium *Dickeningense* adjacebat.

ZIBERETO,

mi & *Zibekelo*, ejusd. Instituti "Alia, ex Jacobi Torrii *Relatione Rom.* in Trentana ditione Benedictinorum Abbatia condita Anno 1403. quæ aliàs *Galilæa major* dicebatur. "

[a] *Emmius rer. Frisic. l.1. p. 20.*

[b] *Acta Conc. Ultr. pag. 26.*

[c] *Hist. Epis. Dav. p. 420.*

Sed falli suspicor virum illustrissimum, & pro *Benedictinorum*, Abbatiam Bernardinorum seu Cistercienſium; pro *Trentana* ditione, *Sallandiam* Transisalanam; pro *Zibereto* demùm, *Zibekelo* scribendum esse. Ejus quippe nominis & Cisterc. Instituti intra Parœciam Hardenbergam sub idem ferè tempus ex secularium Canonicorum Collegio, ut est in Actis Abbat. Adoard. enata est Abbatia, titulo *B. M. V. in Galilæa*; *Galilæa* etiam *major* dicta, ad distinctionem *Galilææ minoris* apud Monocholamum Cœnobii. Abbatia, non in Trentinis, sed apud Sallandos,

Illius initia & progressum dat Lindebornius *Hist. Episcopat. Dav.* cap. 4. § 4.

OVEREERSTEN,

Ejus nominis pagus in Trentinis non occurrit. Verùm *Averrest*, Trentiæ finitimum Sallandiæ pagum memorat Lindebornius *Not. Episc. Dav.* c. 7. §. 15. *Overeersten* forte *Averrest*,

RODEN,

Territorii Noordeveldiani in Trentinis pagus, cui fanum cum turri orbiculata, ac jus Prætorii. *Roden*,

Sub hujus Prætorio & vicus

RODERWOLDE.

Juxta *Rodam* pridem, ex Actis Adoardinis Capella a Woltero I. Abbate Adoardino ordine XXIII. ædificata in *Grangia*, seu prædio Cœnobii istius in loco, qui *infernus* diecbatur, ex tunc autem *Paradisus* dictas est. *Paradisum hunc, prope Rhoden, Godefridus Arnhemensis Abbas* XXXI. ut in eisdem actis legimus, *novo ædificio, cui ædiculam sacram cum ara connexit, sumptibus haud minimis, omnium Sibyllarum figuris & vaticiniis de Salvatore D. nostro J. G. parietibus appensis, ornatissimum non modò, sed & jucundissimum fecit.* Abbatum istorum deinceps fuit secessus; modò autem Nienoortii ac Fredowaldæ Domini, Kniphuysii Comitis peculium est, turriculâ orbiculatâ conspicuum, Domus *Ter Helle*, ex veteri vocabulo hodié-dum appellatum. & sub eo *Roderwolde*, Capella, pridem Abbatum Adoard. secessus, ædes hodiè conspicuæ.

Prærer Capellam hanc, alia occurrit in

PITHELO,

Locus hic, ut & *Heiliglo*, & *Helligerlee* in edito supplicationibus deditus; a *Bidden* supplicare, & *Lo* editum seu excelsum denominatus. Olim ibi Capella proximæ Ecclesiæ subdita. Eodem nomine extat hodie, mille passus ab *Assena*, loco Comitii Trentoorum, Groningam versus. *Ulfo* & fratres ejus proscripti hic circum possessiones habuere, ab Henrico III. Imp. Bernulpho Traj. Episcopo donatas Anno 1240. Kal. Junii. *Pithelo*, etymon, Capella, antiqui possessores, &c.

VRESE,

Hodiè *Vriese*, vicus Trentiæ Prætorius sub Noordeveldiano territorio, cujus [a] Prætor *Schult tot Vries*, & *Baanderschult in 't Noordevelder dingspil* appellatur. *Vriese*, vicus Prætor. ac Parochialis.

Arnulo, hodiè *Taarlo*, cujus mentio in Chartâ Werdensi, vicus Trentiæ est ad *Vries* Parochiam pertinens, M. P. X. Groningâ disjunctus. *Arnulo*, seu *Taarlo*, sub Friesiana Parœcia,

[a] *I. Picard Annal. Drent. p. 271.*

LOON,

L O O N,

Loon, ubi censûs Abbati pridem solvendus.

Cujus mentio in Charta Werdensi, ubi jungitur vicis *Dalen*, *Araaloe* & *Glemmene*, de quibus dicitur, quod *dabant ad servitiam Abbatis atque ejus advocati, dum intraat in Frisiam statata tempore, in LOON v. solidos*, &c. Trentonum igitur viculus videtur, qui propè *Roldam* situs, hodiéque *Loon* appellatur.

G L E M M E N E,

&

G L U M M E,

Glumme, seu Glimmen, ejusque Castrum, dein dirutum.

Trentowaldæ vicus ad Aham amnem, hodiè *Glimmen* dictus M.P. IV. ab urbe Groningâ.

Hujus meminére Charta Werdensis, & Membrana Trajectina dum narrat, Castrum in *Glumme* ædificatum ab Egberto Groningæ Præfecto circa Annum 1227. mox dirutum a Trentonibus *Geliconidarum* partium.

E L D E N,

Antiquitus

E L E T H A,

Eletha, seu Eelde, & arx Prætoriæ familiæ.

Hodiè *Eelda*,[a] Trentiæ vicus celebris, ac Prætorius sub Noordeveldiano Prætorio, in Trentiæ aditu uno Groninga milliari cum arce munita Prætoriæ familiæ, cui *Lucfege* gentilitium nomen fuit; quæ cum *Geliconidarum* partium esset, primò vici incendium, deio & Castri sui destructionem Anno 1256. a Gronenbergiis passa est, juxta Menconem Werumensem.

L I N T E H E R U N G E,

Linteherunge, varium nomen, &c.

Seu *Linteriag*, locus Trentiæ infer. in Comitatu Rudolphi, quem ex *Ulfonis* & fratrum proscriptorum bonis Henricus III. Imp. Bernulfo Traj. Episcopo addixit Anno 1240.

[b] Picardus censet locum hunc eundem esse cum *Leafring*, *Eelda* vicino.

Z U Y T - L A R E.

Tres Lares; Zuyt-Lare,

Tria ejus sunt nominis, quæ rusticorum vulgus *Drie Larea* appellare solet. Sunt autem Parochiæ duæ cum vico intermedio fano experte in confiniis agri Groningani & Trentonum.

Noord-Lare,

Primæ *Noordlare* nomen est, cujus jam meminimus.

Mid-Lare,

Mediæ *Mitzpete*, seu *Mitzplete*, itidem a situ nomen est in Membranâ Trajectinâ; hodiè rotundius *Mid-lare*, ubi Trentonum olim Castrum fuit, ad quod sæpius a Trajectinis contra Trentones pugnatum est, semel Anno 1227. infeliciter: iterum 1231. prosperè admodum, *Groningensium*, & *Hunsegonum* ope potissimum, Castro ipso expugnato & incenso, unà cum Lare Australi, vernaculè *Zuytlare*, quæ altera est Parochia in Trentonum agro, cùm turri fastigiata edito in loco extructa, nundinis vernalibus illo jam tempore, ut & hodiè celebrari solitis. Denique Anno 1232. in Vigilia S. Matthæi clade Ultrajectinis infaustâ. Saxa immania, de quibus supra in præfat. illic potissimùm visuntur:

& Zuyt-Lare. Trentonum hic vicus, situs, Nundinæ,

a *Emmius rer. Frisi. l. 10. p. 147.* b *Picard. Annal. p. 172.*

alia aliis imposita, ceu *Pelion Ossæ*. Picardi *Covordiæ Annal.* p. 288. opinio est *Ewaldos* fratres, postquam Covordianis Euangelium annuntiassent & ad fidem Christi relictâ Gentilium superstitione adduxissent, ad vicos *Larea* progressos, a Vicanis istis haud æquè benignè atque a Covordiensibus receptos; quin detecto quem intra ædes peragebant Christiano cultu, graviter ab iis impetitos atque trucidatos esse, corporibus in profluentem dejectis.

Martyrii locus Ewaldorum fratrum, ex Picardi opinione,

Relationis hujus occasione discuti potest, quis cæsorum horum Martyrum locus sit. Et hic quidem in J. Bekæ *Historia*, *Nabia* appellatur; sed ubi situs is meritò quæritur. A. Buchelius in notis ad eam Historiam ignorare se illum ingenuè profitetur. Est vicinia ac Capella Parochiæ *Lochemiensi* suburbana, cujus Tutelares, e notia Sasboldi,[a] ut ibi vidimus, sunt duo *Ewaldi* fratres, quæ magno peregrinantium confluxu olim extitit illustris.

Horum tamen, ut ipse Picardus Acatholicus in *Annalibus Cov* p. 288. innuit, memoria celebris est in Trentiæ vico *Laer*, Westphalis vicino. Undè Catholicus Auctor *de laude Westphalorum* cap. 8. p 3. Parochiam eam non dubitat vocare *primiceriam* Westphaliæ; „eo quod, inquit, certa supersint argumenta, undè constat eos ibi suum „Apostolatum incboasse: sed cum vixdum fidei „intulerant facem, circa *Temoniam* cæsi in loco „qui *Mortmuhl* S. morticinii molendinum appellatur, in *Imscharam* fluvium projecti, indè „illati Rheno miraculosè adverso flumine, vel, ut „habet *vita S. Ammonis* Colon. Episc. l. 1. c. 37. „*amne* refluo cum prodigioso lumine Coloniam „adnatarunt.

quæ hic discutitur,

Huic opinioni suffragatur, quod per *inferiorem Saxoniam*, quò Ewaldi isti Christi Euangelium annuntiatum advenerunt, Westphalia intelligatur, a qua *Lareases* vici haud procul disjuncti sunt, uno etiam antiquitus *Saxoniæ infer.* nomine comprehensi.

Deinde quod Molendinum inter *Anloam*, *Roldam*, *Vriesam*, ac *Zuydlare* ab omni hominum memoria fuerit, vetus Molendinum hodiédum nuncupatum, primùm aquarum impetu agitatum, dudùm illic celebratissimum, ad quod 14. ut minus tam pagos quam vicos molere necesse habebant: ubi & præter arcem splendidissimam vetustissimæ stirpis *Ubbena*, Capella pridem fuit, annuà fidelium supplicatione frequentata.

Per *Imscharam* fluvium, *Isala*, Rheni pars, haud dubiè designatur.

Difficultatem tamen movet ejus a vicis his distantia; cui tamen removendæ subvenit hæc Mens. Altingii de *Flevo Fluvio* & de tribus Rheni alveis disserentis opinio; " *Medias* per excel-"lentiam, inquit, meritò sibi priscum nomen "retinuit. Sinister, *Vahalis* cognominatus. Dex-"ter, principio *Fossæ Drusianæ*, mox *Salæ* no-"men cum aquis recepit, dein in lacum sparsus, "& iterum arctior emissus, ac Ostium usque "*Flevi* cognomento haud dubiè distinctus fuit," &c. Paucis interjectis sic pergit. " Neque "adeò in obscuro, ut plerique autumant, vetus "hic *Flevi* ductus: quod enim ex *Flevone* lacu "arctior fuerit, emissus ad hodiernum *Takezyl* "& *Linmeram*; *Rheni* nomenclatura quæ & hîc "viget, & illic rivo *Eæ* promiscua est, satis "evincit, eodem nomine adhuc notus inter u-"trumque *Lacum Slotanam*, ubi fretum intercedens *Rhynsloot* vocatur, &c.

atque confirmatur.

a *J. Lindeb. Hist. Episc. Dav. p. 540.*

Notum

Notum est autem agrum Sylvestrinum, in quo est *Lemmera*, haud adeò procul ab agro Groningano disjunctum esse. Martyrii eorum dies a quibusdam Anno 690. ab aliis 603. assignatur. *Bailletius* etiam ad Annum 695. extendit.

Corpora Cæsorum Martyrum a B. *Tilmanno* Collega divina revelatione cognita, per *Pippinum* & *Plectrudem*, perque clerum ac populum Agrippinensem honorificè excepta, eo loco quem in Choro Collegiatæ Ecclesiæ S. *Cuneberti* puteus designat, in loculo pretioso asservantur, demptis sacris verticibus eorum qui Monasteriensibus olim sunt donati. Festus eorum dies Coloniæ, Ultrajecti & per Suffraganeas sedes agitur ad III. Oct. Sed cum fidelium fervor in eorum cultu tepesceret, Annon Coloniensis Archiepiscopus, ex eodem *Bailletio*, ossa eorum ad fidelium fervorem magis inflammandum transtulit Anno 1074.

WEDDEREN,

Vledderen

Vulgò *Vledderen*, uti &

& Bleyesteyn,

BLEYENSTEYN,

Parochiæ.

Parochiæ sunt, Classi Westerveldianæ per Picardum in sacris accensitæ.

GHIETEN,

Gieten, Parochia, & Curati.

Vulgò *Gieten*, Ooster-Moriani Territorii in Trentinis pagus, cum Parochiali Ecclesia, cujus Rector Anno 1571.

ADOLPHUS ALINGE, ut jam nunc diximus.

DODONÆUS JOANNIS, Anno 1592. Pastor in *Gieten*, Cœnobii *Flor. Campi* religiosus Capitularis.

BORGEREN,

Borgeren, cui matrix Ecclesia.

Hodiè *Borger*, ejusdem territorii pagus, cui matrix Ecclesia.

BORCH, fortè *BORCK*;

Borch, fortè Borck, Parochia, & in ea ad altare S. Steph. Vicaria.

Pianum Diploma *Berck*, Parochiam, Trentinis Ecclesiis accenset; uti & Codex quem teneo, ejusdem Ecclesiæ pergamenus; ex quo palam fit quod & Parochialis fuerit, & quod in eadem fuerit *Vicaria* ad altare S. *Stephani*, quam *Maximilianus Morillonius B. Mariæ* apud Ultrajectum tum Præpositus & Archid. Ann. 1569. XVIII. Jun. contulit *Cornelio de Weli*, Clerico Traj. juxtà basce Tabulas:

M*Aximilianus Morillon*, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Præpositus & Archidiaconus Ecclesiæ B. *Mariæ* Trajectensis Universis & singulis Dominis, Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque nobis subditis conjunctim sive divisim ad infrascripta legitime requisitis salutem in Domino sempiternam. Cum (prout noviter ad nostrum auditum pervenit) Vicaria fundata & dotata in honorem Omnipotentis Dei, & S. *Stephani* in Ecclesia Parochiali de Borck partium Drenthiæ, olim Trajectensis, nunc Groningensis Diœcesis, & nostri Archidiaconatus prædicti situata, ad præsens certo modo vacet, ac tanto tempore vacaverit, quod ipsius collatio, provisio, seu quævis alia dispositio pronunc ad nos juxta Lateranensis Statuta Concilii, & seu secundum Canones & Decreta sacrosancti œcumenici & generalis Concilii Tridentini legitimè exstat devoluta. Ne igitur jus nostrum negligere videamur volentes dictæ Vicariæ de Rectore idoneo salubriter providere, dilecto nobis in Christo Domino *Cornelio de Weli* Clerico Traj. apud nos de vitæ ac morum honestate plurimum commendato suorum meritorum intuitu dictam Vicariam, sive ut præmisso aut alio quovis modo, seu ob cujuscunque mortem vel resignationem sive dimissionem vacantem, prout ejusdem collatio, provisio, seu quævis alia dispositio ad nos devoluta existat, cum omnibus juribus & pertinentiis suis universis, jure hujusmodi, ut præfertur, devoluto, aut alias omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius possumus, & debemus, in Dei nomine conferimus & de eadem providemus præsentium per tenorem, mandantes igitur vobis omnibus & singulis supradictis in virtute sanctæ obedientiæ ac sub pœnis suspensionis & excommunicationis, quatenus præfatum Dominum *Cornelium* sic ut præmittitur, a nobis provisum, aut ejus legitimum Procuratorem ipsius nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Vicariæ, juriumque & pertinentiarum atque emolumentorum omnium ejusdem præcepto prius ab eodem vel Procuratore suo fidelitatis & obedientiæ solito juramento, inducatis, & inductum, quantum in vobis est, defendatis, & manu teneatis, sibique aut ejus legitimo Procuratori de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & emolumentis universis Vicariæ antedictæ respondeatis, seu quantum in vobis est, responderi faciatis, & quilibet vestrum faciat temporibus ad hoc positis, & Statutis. Datum nostro sub Sigillo ad causas præsentibus appenso, Anno a nativitate Domini 1569. die vero decima octava mensis Junii.

De Mandato

A. VERHUEL, *Not.*

Westerwoldiæ porrò, Diœcesi Groninganæ per pianum Diploma accensitæ, suprà meminimus.

In *Westerwoldiis* sacrorum nihil fere occurrit; nisi quod in *Ther appel*, ex vetusto libro apud Emmium, & ex Charta Ann. 1529. apud *Ant. Matthæum* [a], Crucifigerorum pridem viguerit Cœnobium. Apud Ther appel in Westerwoldiis Crucifiger. Cœnobium.

Insulæ quædam sunt Omlandorum littora intra Lavicam & Amasum tegentes, de quibus in Pontificibus Diplomatibus fit mentio: prima est, *Schiermonicoga*, Insula [b] Amelandiæ versum Orientem proxima, vernaculè *Schiermonik-Oge*. Maris insulas Germani veteres *Oge*, *Auge*, &c. a forma oculi vocabant; quæ hodiè denominatio superest in *Schiermonk-Oge*, *Rothemer-Oge*, & aliis. *Schiermonik* appellatur a Monachis alba veste distinctis: *Schier* quippe album designat. Insulæ Omlandorum littora tegentes, in his Schiermonik-oga; ejus origo.

Præmonstratenses hi erant niveâ veste induti qui proximùm insulæ huic Cœnobium habebant, *Marnense*, & vetus Monasterium dictum, quibus ea haud dubiè propria erat. Usitatissimè a nautis *Scholbach* appellatur hæc insula. & Præmonstratensium Cœnobium.

a *A. Math. Anal. T. 6.*
b *Alt. Not. Ger. part. I. p. 9. & part. II. p. 207.*

Rottumum, insula alterat

Proxima insula *Rottumum*, vulgò *Rottumer-Oge*, (non *Rollinge*, ut est in Paulino Diplomate,) *Rottumano* Antisti pridem subjectum, cum *Buscha*, eique intus opposita *Heffejandae* [c], vix IV. passuum millia singulæ longæ & penè desertæ, Groningensium in latere.

Insulæ aliæ minores.

Post has *Borcumum*, vix eum *Justa* & *Busa* insulæ nominæ digna ob parvitatem (tres enim colles tantùm prominent) ac prorsus deserta.

c *Emm. rer. Fris Hist. l. 2 p. 3.*

Habet tamen Pharum insignem *Borcumum* in occidua insulæ parte, in usum navigantium, ab Emdentibus extructam: Habet quoque *Justa*, sed minorem in insulæ medio.

Curatores animarum Cathol.

Ceterùm pauci per tractus hosce, & præcipuè per Trentiam Catholici reliqui, Pastorem Catholicum non obtinent: sed qui Groningæ civitati vicini sunt, Groningam; qui verò aliis oppidis aut locis, ubi Pastor Catholicus adest, viciniores sunt, eò sacrorum causâ excurrunt.

APPENDIX AD GRONINGAM.

INTER alia Cœnobia Groningæ, ut *Hist. Episcop. Groning.* pag. 13. diximus, floruit Dominicanorum Conventus. Ejus fundator, *Ludolphus de Gronebeck*, juxtà hasce Tabulas:

Cœnobii Dominican. Groningæ fundator,

NOS *Ludolphus*, miles, Dominus de Gronebeek ac Præfectus in Groeningen, universis præsentes visuris vel audituris volumus esse notum. Quod nos domum lapideam *Lutberti Heddinga*, quam nunc inhabitat dictus *Lutbertus*, cum aliis ædificiis ibidem ac area tota, videlicet usque ad aream liberorum *Berthildis Stichell* versus aquilonem, & usque ad illam, quæ protenditur de curia Præfecti versus murum Civitatis ad aquilonem; ad austrum verò usque ad aream D. *Fretberisci de Groeningen* Sacerdotis, quam nobis vendidit idem *Lutbertus* cum eisdem ædificiis pro quadam summa pecuniæ, de qua & eidem satisfecimus juxtà suum beneplacitum, contulimus in Christo nobis dilectis *Conrardo*, nostro consanguineo Priori Fratrum Ordinis Prædicatorum in Winsem, ac Fratribus ejusdem Ordinis Prædicatorum in Winsem, ac Fratribus ejusdem Ordinis, resignantes eisdem plenariè ac liberè proprietatem & omne jus, quod nobis ex contractu & emptione prædicta extitit acquisitum, & per præsentes conferimus in remedium animarum meæ & uxoris meæ dilectæ, ac parentum meorum, nec non eorum, qui domo & curiâ, quam Domino concedente, nunc gerimus, descenderunt. In cujus donationis testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum, præsentibus *Jacobo Hyuinge*, Rationali, *Ludberto Gos*, *Ludberto Heddinga*, Consulibus, *Henrico Plucroose Burgensi* Civitatis Groeningæ, quorum sigillis pro testimonio prædictorum præsentes litteras roborare. Datum in Groninga Anno 1308. crastinâ priscæ Virginis.

initia,

Prædictus P. CONRARDUS, Prior Conventûs Ord istius Winsumiensis, consanguineus jam dicti *Ludolphi* Fundatoris, his acceptis litteris, mox quosdam è suis *Groningam* misit, qui Conventom hunc inchoarunt & ad desideratum progressum perduxerunt.

situs, restauratio.

Conventus hic olim circa mœnia non longè a porta *Ebbingana* situs, Anno 1615. auctâ urbe, ejus ferè meditullium occupavit. Collabentibus præ vetustate illius ædificiis, P. *Arnoldus Nyleu*, tunc hujus Conventûs Prior (posteà Episcopus Groeningensis) totum ferè novum Conventum a fundamentis erigere cœpit Anno 1583. & Anno 1588. absolvit. Ecclesiam etiam in plurimis reparavit, & novo tecto obduxit.

Ecclesia SS. Pet. & Paulo sacra.

Ecclesia, quæ Patronos coluit SS. *Petrum* & *Paulum*, ac etiamnum *Jacobæorum* dicitur, satis splendida hodié-dum superest.

Conventûs hic, ut & Leovardiensis, subfuit Provinciæ Saxoniæ usque ad Annum 1506. quo reformatus ad Congregationem transiit Hollandiæ, ut sequens scriptum apertè demonstrat:

Reformatio;

"Noverint universi & singuli præsens scriptum visuri pariter & audituri, quod iste præsens Conventûs Groeningensis Anno 1506. in profesto B. *Mariæ Magdalenæ* ipsâ die Praxedis Virginis est reformatus a patribus Congregationis Hollandiæ sub regulari vita & disciplina, inter quos principalis auctor fuit eximius P. Mag. *Ludovicus de Zanctis* de Conventu Zwollensi, & F. *Warnerus de Zutphania*, primus Prior in reformatione, qui in multis Conventibus reformatis Prior extiterat, & laudabiliter rexerat. Erat Conventûs Leowardiensis."

ejus promotores primarii,

Anno 1515. Conventus hic incorporatus fuit novæ Provinciæ Germaniæ inferioris.

P. WARNERUS DE ZUTPHANIA, ob magnum observantiæ zelum Anno 1506. primus post reformationem Prior fuit Conventûs Groningensis.

P. Mr. LUDOVICUS DE SANCTIS, S. T. D. Conventûs Swollensis, auctor præcipuus fuit reformationis Conventûs hujus Anno 1506.

& Priores,

P. Mr. GERARDUS SENGER, S.T.D & Prior, admodum zelosus, in officiis divinis primus & ultimus, maximus studiorum amator, & observantiæ regularis promotor, unus ex præcipuis fuit, qui Coonventûs sui reformationem postulavit Anno 1506.

P. HENRICUS ELVERICK, *de Wesalia*, sui Conventûs Prior, Conventûs Leovardiensis Supprior, Anno 1511. Conventum suum rexit, variisque ædificiis & pulcherrimâ Bibliothecâ exornavit.

LAMBERTUS FABRI, Swollensis Conventûs Prior Anno 1511. dein Cœnobii hujus Groning. Prior est creatus.

P. Mr. WILHELMUS SMIT *de Wesalia*, Prior hujus Conventus fuit Anno 1520.

P. Mr. LAURENTIUS LAURENTII, S.T.D. Parisiensis, Conventûs hujus Prior Anno 1525. a Magistratu Groeningensi, civibus dissentientibus, quibusdam *Caroli Austriaci* Hispaniarum

niarum Regis (postea Imperatoris) aliis verò *Caroli Egmondani* partes foventibus, ad *Egmondanum* missus fuit: sed a pacis osore repulsus, re infectâ, rediit; quod ei in invidiam vertit *Ubbo Emmius*, ob acrem ejus pro avita fide in Cathedra vehementiam illi invisus: nam Anno 1526. Groningæ prædicator fuit ferventissimus: deinde factus est Inquisitor Episcopatuum Ultrajectini & Monasteriensis, & Anno 1533. Capituli Provincialis diffinitor.

P. JOANNES HENRICI, per multos annos Procurator, restaurationi sui Conventûs unà cum P. *Arnoldo Nylen* Priore suo plurimum collaboravit, eidemque Priori ad Episcopatum Groeningensem assumpto Anno 1589. in Prioratu successit: & postea cum Fratribus suis in exilium pulsus, cum prædicto Episcopo *Bruxellas* tetendit, ubi in Conventu Ordinis benignissimè recepti, ad usque vitæ suæ finem Domino servierunt.

Arnoldi Nylen natalis, gesta,

Rmus P. ARNOLDUS NYLEN, Episcopus Groeningensis, *Neomagi* natus, *Groeningæ* Ordinem Prædicatorum ingressus & professus, absolutis studiis, Anno 1575. apud suos sacram Theologiam prælegit, discipulosque mirâ eruditione adversus grassantes hæreses armis fidei instruxit. Anno 1576. die 17. Septembris in Conventûs sui Priorem electus, zelum suum pro fidei Catholicæ defensione non solùm domi, verùm etiam foris ostendit. In Vicarium generalem deio electus, demùm Sedis istius creatus Episcopus: dotes & laudes ejus susius prosecuti sumus pag. 16. Hæc Epigraphe monumento ejus Bruxellis inscripta:

zelus,

munia,

Epitaphium,

CURRITE, UT COMPREHENDATIS.

D. O. M.

HIC SEPULTUS EST

RDUS P. ARNOLDUS NYLEN,

RELIGIOSUS ORDINIS PRÆDICATORUM,

CONVENTUS GROENINGENSIS S.T.D.

ELECTUS EPISCOPUS GROENINGENSIS.

QUI OBIIT ANNO M.DC.III. VII. MARTII.

REQUIESCAT IN PACE.

Libri.

Libri ejus Anno 1695. in Cœnobii conflagratione absumpti sunt.

Conventus Groningensis ex *Winsumiensi*, de quo pag. 40. originem sumpsit Anno 1308.

Winsumeinsis hic, ut ibid. diximus, ad Ano. 1275. ædificari cœptus. Prior Anno 1308.

Winsumiensis Præd. Cœnobii fundator,

P. CONRARDUS LUDOLPHI, fundatoris Cœnobii Groninganei consanguineus, ut testantur Tabulæ fundationis jam datæ.

Infelicior per aliquod tempus fortonæ sors fuit Conventûs hujus, quam surculi sui Groeningensis: nam diversis bellorum cladibus, & hæret. insultibus afflictus, nihil præter totalem extinctionem, aut saltem ad alium locum translationem expectare videbatur.

sors infelicior,

De illius extinctione seu aliò translatione sæpè actum fuit, & tandem determinatum Anno 1568. P. Mag. *Vincentio Herculano* Commissario Generali, Apostolico & Regio, Belgium Visitante, qui Conventum hunc extinxit & suppressit. De qua suppressione ita Capitulum Generale Romæ celebratum Anno 1569.

suppressio,

"Confirmamus & acceptamus supressionem "Conventûs *Vinsemensis*, & illius incorporatio-"nem cum Conventu *Groeningensi* in *Phrygia*; "prout idem R. P. (*Vincentius Herculanus*) au-"ctoritate, quâ supra, decrevit.

unio cum Groeningensi,

Verùm, respirante nonnihil fide Catholicâ, paucis adhuc annis illum conventualiter inhabitarunt Fratres isti, donec Anno 1576. pars ejus magna præ vetustate corrueret, quadriennoque post ab hær. furentibus solo æquaretur, dum *Groeningam* ab Ordinibus confœderatis sejunctam, ac pro fide Catholica & Hispaniarum Rege se declarantem obsidere vellent Anno 1580. quo omnia pariter hujus Conventûs pretiosiora devastarint; *Groeningam* se recipiente R. P. *Adriano a Ziericzea*, ultimo hujus Conventûs Priore, qui ibidem paulò post obdormivit in Domino. Destructi Conventûs cura, bonorumque ejus, quæ devastatorum manus evaserant, collectio, Priori Groeningano R. P. *Arnoldo Nylen* (postea Episcopo Groeningensi) demandata fuit a R. P. *Joanne Antoniano* Priore Noviomagensi, nationum Geldriæ & Hollandiæ Vicario Provinciali Anno 1581.

devastatio

ultimus Prior.

Hæc collectionis commissio confirmata fuit in Capitulo Provinciali Mosæ-trajecti Anno 1585. his verbis:

"Propter omnimodam Conventûs nostri *Winsemensis* desolationem, committimus curam "ipsius provido, ac honorando Patri F. *Arnoldo* "*Nylen* Conventûs nostri Groeningensis Priori, "ut instrumenta bonorum, redditúum, agro-"rum & pratorum prædicti Conventûs confici "jubeat sumptibus Conventûs, quorum omnium "exemplar, & rationem exhibebit Patribus Pro-"vinciæ.

Cura ejus Groening. Conventus Priori commissa.

Vi hujus commissionis profligatis Anno 1581. adversariis, prædictus Prior omnia hujus Conventûs rudera, lapides, campanam, &c. *Groeningam* advehi navigio curavit, illisque Conventum Groeningensem reparari fecit, & campanam vendidit Abbati *Campi Floridi*, ut patet ex ratione reddita Patribus Provinciæ die 30. Septembris Anno 1588. in cujus subsignatione ibidem Prior, se scribit *Priorem Conventuum Winsumiensis & Groeningensis.*

Reliquiæ transvectæ, & divenditæ.

Reydæ in agro Groningano ad Amasum Monialium Ordinis S. *Dominici* Monasterium fuit, quod ex furentis *Dulhardi* variis irruptionibus multa passum, Anno 1531. demandatum fuit a Rmo P. *Paulo Butigella* Magistro Ord. Gen. Germaniæ infer. Priori Provinciali. De eo, ejusque translatione, vide nostra pag. 60.

Reidense Monialium S. Domin. Cœnobium, transplantatum,

INDEX RERUM

EPISCOPATUS GRONINGENSIS.

Engel-

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

Ste-

INDEX Ecclefiarum Collegiatarum, Abbatiarum ac præcipuorum Monafteriorum, quæ in Epifcopatu Groningenfi olim floruerunt.

F I N I S.

HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS
MIDDELBURGENSIS,

Ex Eccleſiarum M. Codicibus, Cœnobiorum Membranis, patriæ Archivis, Bibliothecarum theſauris, Authenticis annotatis & Claſſicis Scriptoribus;

Ubi inter cetera recondita, ac curioſa releguntur oppoſitiones ac contentiones præpoſiti Traj. cum Middelb. Antiſtite ex novæ Sedis in Zelandia erectione.

PROLOGUS

IN

DIOECESIN MIDDELBURGENSEM.

QUI nunc *Zelandi*, aliquandò & *Frisii* vocati fuere; nam *Frisiorum* nomen versus Occidentem ultra *Scaldim* in *Morinos* fuisse prolatum, ex Emmio & Altingio sub *Frisia* probavimus.

Zelandi olim *Frisii*,

Sed & ipsa *Frisia* aliquandò *Zelandia* dicta, quin & in VII. Regiones, totidem portubus interjectas distincta, quas vulgò *de Zeelanden* seu terras littorales dixere, & Emo, Abbas Werumensis, VII. *villas* mari conterminas appellavit.

& Frisia ipsa *Zelandia* dicta, a terris mari conterminis.

Hinc & Insulæ, tanquam mari conterminæ & mari cinctæ, juxta Boxhornium in *Zeland. Chronicon pag.* 62. ex Frisiorum veteri lingua, *Zelandicæ* dictæ. Sunt qui credant Zelandiæ nomen novum huc a Normannis è Dania illatum post Annum IↃCCCXXXVIII. Lotharium R. verò Anno IↃCCCCXCVIII. illo non usum, quia aliæ quoque partes Frisiæ tunc vulgò *Zelandicæ* vocabantur.

Unde & generatim Insulæ, dictæ *Zelandicæ*.

Jac. Eyndius *Zel. Chron.* L. I. hujus est opinionis. Junii primùm in *Vet. Bat.* opinionem convellit, qui veteres Zelandiæ; inprimisque Walachriæ, incolas, *Matthiacos* vocat. Ipse contrà asserit, pluribusque argumentis cap. 14. statuit *Cauchos* Walachriam ac Bevelandiæ Insulas incoluisse. Hos cap. 18 nescio qua subnixus fide, post susceptam Christi fidem *Arborichos* vult nominatos, quasi per fidem in Christo regeneratos, *Herborige*, vel *Herbortighe*.

Eyndius incolas hos a Normannis nominatos vult *Zelandos*, antea *Cauchos*, & a suscepta fide Christi *Arborichos* dictos.

Normanni & Dani, Suevorum populus, rerum illic potiti. *Quibus*, inquit idem Scriptor cap. 20. *Zelandiæ nomen, & Insularum latifundia, ita ut nunc sunt, sarta tecta debemus.*

Huic concinit ætate nostrâ Ant. Matthæus, lib. 2. *de Nobil.* cap. 5. pag. 180. 181. „ Ab hâc, inquit, Normannorum geote, Suevorum populo, incolæ hi *Zelandi*, etiam „ hodiè *Seûen*, sive *Seúuen* dicuntur": Insulisque his nomen vult adhæsisse, non quod mari sint contiguæ, ut vulgò creditum, sed ab ea Suevorum gente.

Verùm hanc opinionem explodit Altingius, *quasi a Normannis*, inquit, *primum didicissent Frisii, quid mare sit.*

Alting. not. *Germ.* *part.* 2. *p.* 221.

„ Longè recentius ea appellatio *Walcheranis*, *Bevelandis*, *Scaldensibus*, *Tolanis*, &c. „ propria facta est. Imò etiam post receptum a Theodorici posteris Hollandiæ titulum, seculo XI. vergente. Et si Zelandiæ vocabulum tanquam proprium, non appellativum, antè seculum XII. Walcheranis eorumve sociis a Stokio aliisve adscriptum sit, per prolepsim id usurpatum, sicut de Hollandia, apud omnes eruditos in confesso est.

Sed recentius *Zelandorum* appellatio incolis his propria facta.

Eyndius Insulas has ex antiquo circumscriptas scribit, Rheni, aut, ut aliis placet, Mosæ & Scaldis confluente, alveis, ostiis & Oceano.

Harum Insularum limites antiqui,

Suos dudum, antè Hollandiæ ac Zelandiæ Comites, Dynastas habuêre. Non enim Regio tota, quæ hodiè Zelandiæ nomine venit, uni Domino conjunctim, ut modò, semper paruit. A veritate absonum non est cuivis Insulæ suos Dominos fuisse. Miræus in *Belgii Chronico* ex Pithœi Annalibus disertè hoc adstruit. Ex indubitatis Historiæ monumentis palam est Walachriam, ut Domino suo, paruisse Eggihardo, a Normannis in Walachria, quam invaserant, Anno 837. occiso.

& Domini,

Dynastæ hi in Eyndii *Zel. Chron.* l. 2. fusiusque in Reigersbergii & Boxhornii ejusdem *Zelandiæ Chron.* longâ serie recensentur.

Scriptores hi & genium Gentis describunt, &, ut Patriis Scriptoribus ferè usitatum est, altùm extollunt.

Incolarum genius & mores;

Jason a Pratis, Medicus Veriensis, hoc rhythmo, Zelandorum Chronico præfixo, elogium Gentis complectitur;

Si cupis ingenium gentis novisse; . .

. . . .

Gens addicta Deo, cata, simplex, moribus aptis,
Nec pauci castæ Palladis arma colunt.

religiosi,

Uti sub Gentilitate, inquit Reigenbergius Herculi, cui juxta Corn. Tacitum antè susceptum prœlium supplices fiebant, atque Mercurio, ut aggerum suorum custodi, devoti erant; sic Christianam fidem edocti, cum tractum quemdam aggeribus vallandum muniendumque edicerent, unum Deo & pauperibus, juxta Boxhornium, devovebant; quem ex veteribus chartis, *Fron-acker*, id est, Dei seu Domini agrum, appellabant. In jurejurando cumprimis quoque religiosi erant Zelandi, nec quidquam adeò exhorrebant, quam perjurii leve etiam discrimen aut speciem.

casti,

Filiæ castæ & incontaminatæ ad torum deducebantur; violatæ, quantumcunque formosæ ac divites, optatas nuptias nunquam consequebantur; nec prius sponsis conciliabantur, quam adolevissent, & annos ut minus triginta attigissent, ut ita partus eorum vegetus esset.

providi,

Matres prolem ipsæmet lactare consuêrant: probrum erat nutricibus infantes, nisi necessitas cogeret, lactandos committere.

simplices, recti, absque fuco,

Simplices, recti & ingenui habiti sunt Zelândi; undè hoc dictum profluxit: *Goedt rondt, goedt Zeeus.*

æquitatis amantes,

Semel per mensem coire antiquitùs, & in Patriæ columen ac commodum consilium inire solebant; quandò cuilibet fari & arbitrium suum proferre liberum erat: ex quo dein leges efformabantur ab iis qui Comitiis præsidebant; non dominandi, sed populo consulendi auctoritate: Severi tamen in castigandis intemperantiis, juxta modum gravitatemque delicti.

Hanc judicii æquitatem Zelandi & deinceps professi; quam & produnt nummo ab ipsis Anno 1555. excuso, in quo ad Insignia Zelandiæ duæ æquæ lances propendent, hac cinctæ parœmiâ; *Statera justa, & æqua sint pondera.*

castæ Musæ cultores;

Quod castæ dudum Musæ cultores fuerint, palam faciunt viri docti & eruditi, quorum magnam copiam, ad singula loca a nobis describenda, annotabimus.

Attamen & sua huic Genti, ut & aliis, vitia fuisse, ex ipsâ ejusdem historiâ, gestis, eventibus, legibus adversus vitia ista sancitis, abundè comprobatur.

non tamen sine nævis; primùm quippe Idololatræ,

Cæcam & insanam ejus idololatriam, atque in Herculem, Mercuriumque, ut Deos tutelares, effrænem religionem, a qua duce S. Willibrordo educta fuit confractis eorum Idolis, prodit inter cetera hic Stokii, patrii Scriptoris, rhythmus vernaculus;

So sende hy in den Lande schiere
Willebrode, die eerst bekeerde
De Vriesen, en 't Geloove leerde
Tot West-cappelen, daer hy quam,
En aenbedende vernam
Mercuriôse, over eenen Godt:
Dat beelde door ons Heeren gebodt
Brak hy. — — — —

Nota est, quæ temporibus Ludovici Pii ad Ann. 820. per Zelandiam, præcipuè in Walachria, grassabatur a fide Christiana defectio, effusâ carnis libido, & incestæ nuptiæ.

in Christi cultu instabiles,

Prolapsioni & incesto isti medendis accurrit S. Fredericus, VIII. Ultrajectinorum Episcopus, indictisque Comitiis, in quibus severitatem disciplinæ exeruit, enormitatem criminum compressit.

incesti,

erga Sacra incuria,

Zelandorum, per *Frisones Aquaticos* designatorum, teporem, ad Sacra circa Pascha in Parochia suscipienda, sigillat Baldericus, Episcopus Cameracensis 3 *Chron.* 22. narrans sibi relatum ab *Albaldo*, seu Adelboldo, Frederici in Sede Ultrajectina successore, *Aquaticorum Frisonum circa ipsam Parochiam moris esse, aut vix paucos, aut nullos Eucharistiam in die Sancto Paschæ velle gustare*, &c.

ad hæresin proclives,

Tanchelinus nefarius Hæresiarcha Antverpiâ, quam hæresi infestabat, a duce Godefrido pulsus, in Walachriam & adjacentes Insulas, teste Anselmo, apud Molanum fugiens, illic tantillùm receptus fuit, donec a D. Norberti sociis fugaretur: & hac fortè occasione Norbertinis in primaria Walachriæ urbe sedere concessum, erectâ illic, de qua mox pluribus, spectatissimâ Abbatiâ.

litigiosi,

Zelandi adhæc pugnaces, litigiosi, vindictæ avidi & cervicosi prævicinis Gentibus dudum fuêre.

Cædem Frederici Traj. Episcopi Walachris imputat Bailletius in *Vit. SS. T.* 2. ad diem 18 Julii; *Ex Walachria Insula*, inquit, *duo sicarii ab incestis, non ferentibus Frederici animadversionem, Ultrajectum missi, qui pugionibus S. Antistitem confoderent.*

& cervicosi,

Boxhornius ipse *Chron. Zel. Part.* 2. *pag.* 81. Gentis ejus pugnacem cervicosamque indolem non obscurè innuit: hanc evincunt Sanctiones sub Rege Rom. Wilhelmo, & filio ejus Florentio V. in hanc rem latæ; sigillatim & Formula pacis partibus litigantibus ac eorum agnatis proposita, atque ab eis jurejurando firmata, a Boxhornio ibidem prodita. Ex tabulis Latinis ejus ævi hi dicebantur, *Treugas facere.* Ce-

Ceterùm fides Christiana, ex quo Zelandi eam suscepere, ejusdemque cultus ac disciplina inolita incolarum vitia plurimùm detersit, naturalesque dotes felicius efformavit; undè & in res sacras religiosi, & in earum administros non minimùm effusi fuere Zelandi: quod testatum omninò faciunt, ultrà splendidissimam in primaria urbe Abbatiam ac XII. Monachorum Virginumque Cœnobia, duo illustria ibi Canonicorum Collegia; præter ea quæ *Xirixææ*, *Tholæ*, *Veræ*, *Soeburgi*, *Capellæ*, in *Neo-Ecclesia*, & fortè alibi amplissima, stante Catholicâ fide, in Insulis Zelandicis viguere.

Vitia tamen hæc detersa, & naturæ dotes excultæ per Christ. fidem & disciplinam; ex quo in res sacras effusi fuere Zelandi.

Christianam fidem, ut de S. Eligio aliisque Præconibus, *Batav. Sacræ Part.* 1. memoratis, hic nihil dicamus, in Insulas has, si non primus, certè inprimis laudandus invexit D. Willibrordus; undè & a prima Sedis Ultrajectinæ institutione, hæ ei suberant ad Christianam fidem deductæ Insulæ.

Uti his prospiciebant Ultrajectini Episcopi, S. Willibrordi successores; sic & quod *Episcopis in honorem Cathedræ cedit*, *Cathedraticum* dictum, iis persolvebant Zelandicæ Ecclesiæ. Ad manum mihi est MS. A. 1555. Lappi a Waveren libellus MS. quo continetur, quid quælibet ei annuè deberet Ecclesia.

Jussu ejusdem Sedis Hierarchicæ Zelandicis Ecclesiis præsidebat Præpositus, majoris Ecclesiæ Trajectensis. Ingentes hic terras, feuda, decimas, aliaque jura per Zelandiam possidebat, quæ stata die elocabantur, & quorum census ad diem solvi necesse erat. Ipsi soli in Zelandia Ecclesiastica jurisdictio; ab hoc delegati provisores aut Decani; interdum & alii a subjectis sacerdotibus deligebantur.

Magna horum auctoritas & jurisdictio, sic Provisor seu Decanus Middelburgensis, ex ipso Boxhornio, causas inter oppidanos & agrarios cognoscebat, litesque dirimebat.

Ipsi Romanæ Curiæ integrum non erat subditos ad suum tribunal in prima actione evocare. Præterquam enim quod Patriæ primores ac Zelandiæ Comites subditorum libertati & immunitati variis Diplomatibus, in Reigersbergii Chronico recensitis, prospexerant; ipse Romanus Pontifex Sixtus, ex ejusdem Chronici fide, Anno 1482. cavit; *Ne quis Middelburgensium cujusvis ordinis Clericus aut Secularis in prima instantia extra oppidum evocaretur, quacunque etiam de causa.*

Quibus imprimis Evangelium prædicavit S. Willibrordus; undè & Ultraj. sedi suberant, & sub hac Præposito Maj. ibi Ecclesiæ; cui ingens ibid. possessio, ac ampla jurisdictio; uti & eorum Provisoribus seu Decanis, ab ipsa Sede Romana firmata.

Decani per has Regiones quatuor, & ex his *Decaniæ* seu *Decanatus*, sic dicti quatuor. Tot enim recensentur in libro *Cameræ Traj.* MS. nec non in *Statutis Ecclesiæ Ultrajectinæ*, quæ similiter MS. tenemus; scilicet,

Decani & Decanatus ab ævo illic quatuor.

Decanatus Walcheræ.

Decanatus Scaldis, qui & *Schouwensis* dictus.

Decanatus Suyt-bevelandiæ; atque

Decanatus Borsaliæ, nunc ferè aquis absorptæ.

Ultrajectinâ autem Sede sub Annum 1559. in Metropolitanam per Paulum IV. Pont Max. evectâ, Episcopalis Cathedra, ut inter vicinos, sic & apud Zelandos erecta est, Ultrajectinæ Suffraganea.

Diœcesin autem hanc novam a priore discerptam, non rectè dispertitur rerum Ecclesiæ nostræ hospes Zuerus Boxhornius, in observationibus ad Reigersbergii Zelandiæ Chronicon. Malè enim Middelburgensi Diœcesi tribuit *Voronam*, & *Flakkeanam* Insulas.

Nova Diœcesis Middelburgi erecta, Trajectinæ suffraganda; quam minus rectè distinguit Boxhornius.

Ex Diplomate quippe Pauli IV. Diœcesis hæc, est *Oppidorum decem, præter pagos omninò centum interjacentes, longitudinis* LVI. *latitudinis verò* XXIII. *millium passuum.*

Oppida sunt *Middelburgum*, *Vlissinga*, *Vera* (antiquitus, *Campo-Vera*,) *Arnemuda*, *Xirixæa*, *Brouwershavia*, *Thola*, *Sintmaertens-dyca*, *Goeza*, & *Romerswalia*, nunc mari absorpta.

Accurata ex Bulla Pauli IV. partitio.

Bulla Pii IV. Rom. Pontificis, Diploma Paulinum subsecuta, per Hollandiam, Zelandiam, Brabantiam, quin & in Italia, & ipsâ Urbe Româ magnis impendiis, frustrà tamen quæsita, ultra oppida hæc, pagos etiam, arcesque Diœcesis hujus recenset.

Sed horum jacturam supplebunt, ex majori Ultrajecti Ecclesia desumpti, Codices MS. Ex quibus & hoc utilitatis accedet, quod oppida & vici, qui in Piana Bulla confusè, nullo Decanatuum ordine recensentur, illic juxta Decanatuum seriem, quam deinceps immutatam non legimus, exprimuntur: quos vicos & pagos, ubi in Codicibus istis fortè aberratum fuerit, ad suas quasque palmarias Insulas redigemus; auspicium sumpturi a Walachriæ Decanatu.

Pagi ex vet. Decanatuum Codice MS. expressi.

DECANATUS WALACHRIÆ.

West - monster,
Ecclesia S. Petri,
Claustrum S. Nicolai,
Curia Beginarum,
Arremuyden,
Sandyck,
Welssinghem,
Ryethen,
Nieuwerve,
Ooster Solborch,
Wester Solborch,
Oost-Capel,
West-Capel,
Oude Vlissingen,
Nye Vlissingen,
Coudekercke,
Alta terra,
Biggenkercke,
Crommenhoeck,
Buttingen,
Ecclesia B. Mariæ,
Meliskercke,
Salsa terra,
Werendyck,
Ecclesia S. Joannis ibidem,
Ecclesia Baldewini,
Ecclesia Popponis,
Poppendam,
Domborch,
Ecclesia B. Agathæ,
Gripskercke,
Gapinghen,
Ecclesia Alardi,
Poppenberch,
Bredan,
Vetis,
Schelbacht,
Cleverskercke,
Wissenkerck,
Campen,
Soeterlingerkercke, *inundatæ*.
Geersdyck,
Wellis,
Emelisse,
Cortkeen,
Schoenboom,
Eyckeningen, aliàs *nova terra*,
Cats,
Offliet,
Sabbingen,
Oesterlandt,
Dirks-houck,
West-kercke,
Oudersdyck,
Capella Decani,
Polre noviter erecta.

W A L A C H R I A.

Alt.Germ. part. 2. p.195. *Zelandiarum Frisicarum* ad Occidentem ultimæ, & eo nomine vernaculo quondam *Wasda* dictæ, Insula extrema; quam antiquitus pertinuisse ad veterem *Scaldim*, & portum *Zum*, certo indicio est Ottonis Magni perfossio intermedia, jam ingens æstuarium. (Walachriæ situs,)

Epternacenus Abbas in Vita D. Willibrordi Insulam hanc *Walachram*, Sigebertus, Geminiac. Monachus, *Walchaum*, Anonymus apud Duchesnium inter Norm. R. Sciptores *Walachram*, Annales Fuld. *Walchram* dixere. Otto II. Imp. in Dipl. Anni ꝺccccLxxiv. plenè scripsit *Walachriam*; quo nomine etiam venit apud Stokium, & antiquissimos rerum nostrarum Chronographos. (varium nomen,)

Ab ipso quod ibi colebatur idolo, ex quorundam conjecturâ, sic denominata est Insula. *Walcher* enim dictus fuit Mercurius, ex fide veteris Chronici MS. in Bibliotheca Cobeliana inter libros expurgatorio isto Indice prohibitos, juxta *Eyndium* asservati.

& Etymon. Mercurius autem ab Incolis tamquam oræ maritimæ tutelaris Deus colebatur, cui idcircò littora potissimùm committebantur servanda, quasi *Wallen - Heer*: littora enim nostrâ linguâ *Wallen* dici, nemo Patrii sermonis in partibus maritimis gnarus ignorat.

Certè Epternac Abbas jam memoratus narrat D. Willibrordum in Insula *Walachra* confregisse idolum, quod *Mercurii* vocat Stokius.

Altingius *Not Germ. part. 2. p. 196.* veritati magis consentaneum existimat, incolas hos *Walkres* seu *Walkers* fuisse appellatos, quod vallis contra Oceanum se muniant quotidiè.

Id certè intelligendum de collibus ibi arenariis, non verò de aggeribus qui plures apud Bevelandos reperiuntur.

MID-

HISTORIA, seu NOTITIA

EPISCOPATUS MIDDELBURGENSIS.

MIDDELBURGUM:

ERASMO & OPMEERO,

MITTELBURGUM,

Walachriæ primaria urbs Middelburgum, Ordinum Zeland. Sedes, opibus dudùm affluens & opulenta Abbatia, in qua malè feriatis Canonicis Regularibus, substituti Norbertini,

PRimaria Walachriæ, quin & totius Zelandiæ Metropolis amplissima & copiosissima, Diœcesis hujus regionis caput, nomen habet a situ mediterraneo, post ortam *Flissingam* medio quoque inter hanc & *Veram*, in quo Provinciæ Ordines sua habent Comitia. Seculo XI. jam opibus affluentem fuisse, indicio est Canonicorum, quos saginaverat, enormis lascivia.

Godebaldus XXIV. Ultrajectinus Episcopus, cui Zelandiæ regio suberat, hos numero paucos, malè feriatos & luxu omnia perdentes ejecit, ac Canonicos Præmonstratenses Antverpiâ accitos, ubi Tanchelianâ hæresi per Norbertum Ordinis Præmonst. Conditorem profligatâ, * in templo S. Michaelis ex concessione Hildolfi Præpositi & Canonicorum Antv. ad ædem Deiparæ tunc migrantium, Ann. 1124. residebant, in eorum locum instituit, Anno ex Miræi *Chronico* Ord. Præmonst. 1128.

* *Miræi Chron. Belg.*

ex primævo instituti vigore, & comprobato eorum in Zelandia zelo commendati.

. Primævus sanctissimi Instituti vigor movit haud dubiè Godebaldum, ut Canonicos eos ejectis Regularibus hisce substitueret; sed altera huic ratio fortè accessit, quod Tanchelino, ut jam ex Sandero meminimus, in Zelandiam profugo, socii Norberti, qui hæresiarcham istum primùm debellaverat, præcipuè in eundem immittendi essent.

Abbatia, D. Virgini & S. Nicolao sacra cum æde sacra,

Cœnobium istud per Guilielmum Romanorum Regem, Holl. ac Zelandiæ Comitem, in Abbatiam Deiparæ Virgini, & S. Nicolao nuncupatam, erectum, splendidè illustratum, ac largissimè dotatum fuit, circa Annum 1256. ex Gazæi *Hist. Eccl. Belgii* p 493.

ingentis nominis ac locupletissima.

Boxhornius, cui annus erecti Cœnobii incertus est, *Chronici Zel.* pag. 134. tabulas Wilhelmi prodit Anni 1250. in quibus Rex iste *Nicolaum* nominat *Abbatem Middelburgensem*, ejusque jus circa clientea Abbatiæ Middelburgensis asserit ac tuetur.

Ingentis nominis & censu locupletissima fuit hæc Abbatia. Æde sacrâ cum fastigiata & eleganti turri, pridem conspicua. Structura ejus, altaria, picturæ & effigies miri splendoris ac artificii, undique adventantium rapiebant aspectum.

Abbates magnæ potentiæ,

Ordines Zelandiæ illic a principio suum agebant Conventum. Ordinis aurei velleris Comitia ritu solemni illic Anno 1505. tenuit Philippus Pulcher, ejusdem Ordinis caput quartum.

Bibliotheca illic, uti totius Zelandiæ antiquissima, sic & copiosissima & instructissima.

Census ejus tam locuples, ut in terra & arvis, quæ minima tùm possessionis illius pars, * mille, septingenta & septuaginta jugera, præter decempedas 537. intra solos Zelandiæ fines possideret.

* Boxh. Zel. Chron. p. 154. MMM. D. XLI. gemeten, en 237. roeden.

Ejus verò Abbas potentiâ & auctoritate omnibus superior, primum locum inter Zelandiæ patres tenuit. In Comitiis publicis Abbas hic Comiti Zeland. proximè assidebat ad latus ejus dextrum, Commendator Ordinis Teutonici latus cingebat sinistrum. Extra horum atque Nobilium consensum nullum vectigal indici poterat per Zelandiam.

& auctoritatis.

Abbas cum Nobilibus tertiam partem, majores urbes duas alias partes in exactionibus ferebant. Patriæ principes inaugurandi ad ejus pedes juramentum super S. Dei Evangelia emittere soliti.

Eorum census,

Prædium suburbanum, instar arcis excellentissimum, Abbati & Cœnobio extra urbis mœnia duplex; *Westhoven* Abbatis, *Munnichuysen* ejus & cœnobitarum erat secessus.

Privilegia,

Non minor favor ab Ecclesiæ principibus Abbatiæ huic ac ejusdem Præsuli concessus.

Gratiæ indulgentiarum copiosissimæ a Rom. Pontificibus eis indultæ.

Abbatia a jurisdictione Archiepiscopi Coloniensis, & Archidiaconi Ultrajectensis exempta fuit Anno 1530. Diplomata extant in archivis Abbatiæ D. Michaelis Antverpiæ.

Visitur ibidem, *Bulla Innocentii Papæ IV. qua eximit Monasterium B. M. in Middelburch ab omni potestate delegatorum Sedis Apostolicæ.*

A Gregorio IX. Anno 1233. Abbati B. M. Middelburgensi, unà cum Abbatibus S. *Michaelis* Antverpiæ, *Fulcardi Montis, & Frigidi Montis* mandatum, ut Præmonstratensem Ordinem in Capite ac in membris, juxta præscripta ab Apostolica Sede statuta, reforment.

Mandatum extat *Biblioth. Præmonst.* lib. 3. *Privilegio* LVII. pag. 659.

Post peractam reformationem Præmonst. Ordinis per Abbatem B. M. Middelb. cum sociis Abbatibus juxta Mandatum Apostolicum, Abbati Præmonstratensi districtè mandatum fuit, "ut Statuta Apostolica in Capitulo Generali a "VI. illis Abbatibus promulgata, observet, & ob"servari ab omnibus faciat". Mandatum illud extat ibidem pag. 660.

" Wilhelmus Rex, ex Reigersbergii *Annal.* part. "2. pag.

Jura a Rom Pont. & ab Holl. & Zel. Comitibus concessa; inprimisque jus Patronatus quod vocant, latè extensum,

" 2. pag. 85. non solùm Abbatiam hanc largè ditavit prædiis ac decimis, sed & viros doctos, qoi Ecclesiam administrarent, eidem providit. "Adhæc concessit, ut si quæ Ecclesiæ per "Hollandiam ac Zelandiam vacarent, Abbas, qui tunc præesset, Ecclesiis his Pastores ac Capellanos provideret." Quod & hodiè dum, inquit, accidit. Idem jus, ut vocant, *Patronatus*, Abbatibus Midd. per Holl. ac Zel. adstruit perillustris Dnus vander Hoeve in M S. *Zel.* Chronico, licet nullas ejus tabulas proferat.

posteà restrictum,

Juri isti lapsu temporis cessisse videntur Abbates Middelburgenses, tantumque jus illud in quasdam Ecclesias servasse; uti in Parochialem D. Jacobi Hagæ Ecclesiam; in Capellam Eykedunensem Haganæ Parochiæ subjectam, & in Sacellum D. Antonii Schevelinganum, ut patet ex tabulis Abbatiæ D. Michaelis Antverpiæ MS. quarum teneo transumptum. In nonnullas etiam Zel. Ecclesias jus idem Abbas retinuit.

Ex Charta MS. quam teneo, & hic submitto, Abbas Middelburgensis jus illud novissimè exercuit in Capella Ecclesiæ Rythemensis.

Sic habet Charta hæc,.

In Ryth. Ecclesiam novissimè exercitum.

Johannes de Westcupelle permissione divina Abbas Monasterii B. M. Virginis Oppidi Middelburgensis, partium Walachriæ, Ordinis Præmonstratensis, Trajectensis Diœcesis; Notum facimus universis & singulis præsentes nostras litteras visuris, seu legi audituris. Quod nos citra revocationem Procuratorum hactenus per nos constitutorum creavimus & constituimus, creamus, & constituimus nostros Procuratores & negotiorum nostrorum gestores cum potestate substituendi venerabiles ac providos Viros & Dominos Mrum H.li im Noerden Canonicum S. Mariæ Traject. Mrum wilhelmum Buzet, & D. Petrum Barey, & quemlibet eorum in solidum ad agendum & defendendum Nos in jure nostro Collationis seu præsentationis, maximè in jure præsentationis Capellaniæ sitæ in Ecclesia Parochiali de Riesbem in altari B. M. Virginis. . . . . ubi minus justè factis desuper aliàs proclamationibus fuimus inquietati & turbati, & promittimus per præsentes habere ratum & gratum, quidquid per dictos Procuratores aut aliquem eorum factum seu gestum fuerit, & eosdem servare indemnes. Datum sub signeto nostro solito præsentibus impresso Ao. Domini Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo sexto, die XIII. *Octobris.*

Series Abbatum nova, & nunquam antehac tradita.

Series horum Abbatum a nemine accuratè hactenos tradita. Boxhornius ex Guil. Gazæi *Hist. Eccl. Belg.* Gallicè scripta, *Zel. Chronici* p. 153. 154. seriem hanc repræsentat. Sed ousquam eam reperi in ejusdem editione Atrebatensi Anni 1614. quam possideo. Val. Andreas io *Bibl. Belg* editionem quidem Valeneenam, sed ejusdem solùm anni, memorat.

Smallegangus in novis *Zel. Annal.* Abbatum horum sericon ex Boxhornio, ut ferè cetera, certè quæ anterioris ævi sunt, mutuatur. Eandem igitur in celeberrima D. Michaelis Norbertinorum Abbatia, Middelburgensis matrice, perquiri jussi; ea ibi reperta, viri Clarissimi studio, corundemque Caonicorum benevolentiâ suppleta est ex Diplomatibus Pontificum Rom. quibus Abbates hi coofirmabantur, illic quoque asservatis.

In schedâ quadam sine nomine, &c. hoc notatum erat;

"Primus Abbas *Ecclesiæ S. Mariæ* Middelbur-"gensis, ex Canonico S. Michaelis Antverpiensis,

W A L T E R U S,

"ad quem vide inter Chartas Middelburgenses "Diploma Eugenii Papæ tertii de translatione "Abbatiæ ex loco, qui dicitur *Wyck in't landt van* "*Alsena*, ubi præviè fuerant Templarii (prout "mihi retulit Reverend. Dom. Prælatus noster) "sed cum consensu Episcopi Traject. & hujus "Eugenii translata in Abbatiam Middelburgen-"sem.

Diploma incipit,

"Eugenius Episc. Servus Servorum Dei, di-"lectis filiis Waltero Walarnensi Abbati, ejus-"que Fratribus Salutem & Apostolicam benedi-"ctionem".

Sed Diploma diu a viro Clarissimo quæsitum, nusquam ibi est inventum.

En igitur Abbatum Middelburgensiom Seriem,

Juxta Catalogum repertam in D Michaelis Antv. Abbatia.		*Juxta Pontific. Rom. Diplomata illic reperta.*		*Juxta. Boxhornii & Smallegangi repræsentationem.*	
Dnus Floreotius. . .	1190.				
D. Arnoldus. . . .	1220.			Heer Albad, Dnus Albadus, anteà Præpositus Cœnobii Monachorum Ordinis S. Augustini, sub Episcopo Teroanensi, & Roberto Flandriæ Comite.	
D. Petrus van Biggerkerke.	1239				
D. Viglius Doedius. .	1266.				
D. Jacobus de Insula. .	1288.	D. Henricus.	1315.		
D. Nicolaus Hugonis filius.	1316				
D. Nicolaus van Gent.	1323.			D. Nicolaus. . .	1250.
D. Olivirius van Liere.	1328.			D. Zuederus. . .	1320.
D. Nicolaus de alta terra.	1334.	Joannes vander Goes.	1344.		
D. Arnoldus Alardi.	1345.				
D. Petrus vao Dam.	1355.				
D. Petrus Hoeck. .	1358.				
D. Hugo Boose. .	1386.				
D. Wilhelmus van der Dbes. . .	1398.				
D. Wilhelmus Gerardyns.	1405.				
D Nicolaus vander Coulster. . .	1432.	Petrus de Damme. .	1453.		
D. Florentius, Arnoldi fil.	1459.			D. Petrus Dudayn.	1467.
D. Joannes van 's Gravesande. :	1486.	Joannes Danckaert. .	1484.		
		Joannes West-cappel.	1496.		
D. Petrus vander Capelle.	1503.				
D. Maximiliaous Burgundus. . .	1525.	Cornelius de Goes. ;	1537.		
D. Florentius Schoonhovius. . .	1540.				
D. Mathias van Heeswyk.	1549.				
D. Nicolaus de Castro.	1571.				

Inter hos & clari scriptores.

Petrus Nicolai, ab urbe unde ortus est, à *Middelburgo* dictus, Sac. Theol. & decretalium Doctor, atque *Nicolaus Hooglandus* inter Abbates hos, & claros Zelandiæ Scriptores, in Boxhornii *Zel. Annal.* pag. 459. &c. recensentur. Postremus scripsit *Chronicon* B. B. Canonicorum Regularium sub Præmonstratensium observantia degentium.

Ecclesia Abbatiæ, claustralis dicta, *Parochialis* erat;

Abbatiæ Ecclesia, Ecclesiarum urbis ejus celeberrima, vulgò *Claustralis* dicta, quæ simul & *Parochialis* erat, per Instituti istius Canonicos ab Abbate designatos, ministrari erat solita.

in qua tumulatus Florentius Comes, Wilh. Imp. frater;

Florentius, Wilhelmi Imp. frater Hollandiæ tutor, qui ludiero certamine in Galliis vitam profudit, Middelburgi, in hac haud dubiè Ecclesia, tumulatus traditur a Stokio Anno 1258. Quin & ipsum Imperatoris funus eò ex Frisia, ubi cæsus fuerat deportatum, sic refert *Operis Chronogr.* pag. 657. Petr. Opmeerus; *Corpus verò ejus, quod Frisii sepelierant, transtulit Florentius filius Mitellsburgum in Monasterium Præmonstratensium.*

cui insigne ibi positum monumentum;

Florentius Schoonhovianus, Abbas Middelburgensis insigne ei monumentum, jussus a Maria, Belgii tutrice sub Annum 1542. ex eodem Opmeero, extruxit; ex Boxhornio, Anno 1546.

in qua & Vicaria,

Juxtà MS. Codicem Ultr. Ecclesiæ, inter cæteras, *Vicaria* erat in hac D. Nicolai Ecclesia *ad Altare S. Catharinæ*, cujus possessor Anno 1529. *Otto de Polanen*, Dni *Adriani Simonis* successor.

quamque & Pius IV, primo intuitu in Cathedralem erexerat,

Ecclesiam hanc, sic ornatam & adeò locupletem, Pius IV. Pont. Max. ut ex Diplomate ejus mox recensendo conspicuum fiet, primo obtutu in Cathedralem designarat.

Sed D. Petri æde dein ad hanc dignitatem evectâ, D. Virginis seu S. Nicolai Abbatialis Ecclesia cum censu suo Cathedralis Sedis istius Episcopo alendo assignata est.

Incendio primum, dein Iconomachiâ deformata;

Flagrantissimo Anni 1492. incendio, quo ducentæ & ultra urbis Middelburgensis ædes, interque has Bogardorum recens extructum Cœnobium absumebantur, maxima quoque pars spectatissimæ hujus Abbatiæ cum instructissima ejus Bibliotheca, in qua plurima Zelandiæ monumenta recondita, sub cineribus sepulta fuere. Restaurata quidem deinceps fuit: sed superiorum annorum Iconomachia ingens Wilhelmi Imp. monumentum cum ornatissimis altaribus & picturis artificiosissimis destruxit.

altero dein incendio tota absumpta.

Reliqua splendidissimæ structuræ opera & monumentorum supellex altero incendio Anni 1712. ex fortuito fulgure orto, in cinerem redacta sunt, ut mirum non sit tantam hodiè rerum ad Historiam Middelburgensis Ecclesiæ illustrandam penuriam esse.



Divi Petri ecclesia Middelburgi.

Parochia altera D. Petro dicata, Canonicorum ditata fuit Collegio; *Munster* hinc dicta.

Parochia altera, Deo in honorem D. Petri extructa, viguit ab Anno 1284. Eo enim anno Florentius Holl. ac Zel. Comes ex carta vernacula. mox allegandâ, eam concessit Equitibus Teutonicis, qui ei deservierunt ad Annum usque 1310. quandò Comiti, qui aliis bonis ipsos ditarat, eandem cesserunt, fundando illic Canonicorum Collegio.

Collatio Pastoritii muneris & præbendarum Canon. ex carta MS. quam teneo, erat penes Holl. ac Zel. Comites.

Hæc D. Petri Ecclesia, vulgò *Oost* - aliis *Noort - Munster* dicta, ex Canonicorum quo cincta fuit Collegio seu claustro, *Munster* vernaculè appellabatur.

Wilhelmus enim, non Imperator, ut malè habet Miræus de *Collegiis Can.* sed alter, cognomento bonus, ejus nominis III. juxtà Barlandum, in *Holl. Comit. Hist.* & juxta Miræum ipsum in *Chron. Belg.* Collegium Canonicorum XIV. & unius Decani in ea Anno 1311. instituit. Ecclesiæ hujus structura perfecta fuit ex Boxhornio Anno 1316.

Parochia hæc, vetus *Noordmonster* Dominium, 749. jogerum, 98. perticarum, 3 pedum, integrum complectitur.

cujus pridem Canonicus, Petr. Vossius, Eccl. Traj. Chor-Episc. atque Archidiaconus,

Petrus de Vos, Artium Magister, Canonicus Ecclesiæ D Petri Middelburgensis, per Georgium Egmondanum Traj. Episcopum sub Annum 1540. Chorepiscopus & Archidiaconus Ecclesiæ Ultrajectinæ constitutus fuit per hoc ipsius Diploma:

"Georgius, &c. Venerabili nobis in Christo "dilecto Magistro, Petro de Vos, Artium Magi"stro, Canonico Ecclesiæ Collegiatæ Sancti "Petri Middelburgensis nostræ Diœcesis, Sa"lutem in Domino sempiternam. Litterarum "scientia, vitæ ac morum honestas, aliaque "probitatis & virtutum merita, quibus perso"nam tuam juvari percipimus, nos inducunt, ut "ob ea tibi ad gratiam reddamur liberales; hinc "est quod nos Chorepiscopatum Ecclesiæ nostræ "Trajectensis, qui & Archisubdiaconatus in ea"dem Ecclesia existit, ad præsens per mortem "sive liberam resignationem quondam Domini "Assueri de Kerventhem, Præpositi Zutphani"ensis, ultimi rectoris ejusdem, aut alias quali"tercunque vacantem, cujus collatio, provisio, "seu quævis alia dispositio ad nos ratione Epi"scopatus nostri Trajectensis pertinere digno"scitur, Tibi, dictorum meritorum tuorum "iotuitu, cum omnibus juribus & pertinentiis "suis conferendum duximus, & tenore præsen"tium conferimus, & in Dei nomine de eodem "providemus. Exhortamur itaque venerabiles "& egregios, in Christo nobis dilectos, Domi"nos, Decanum seu Vice-Decanum & Capitu"lum Ecclesiæ nostræ Trajectensis supradictæ, "quatenus te, vel Procuratorem tuum legiti"mum, in vim collationis & provisionis littera"rum nostrarum hujusmodi in dicti Chorepi"scopatus, juriumque & pertioentiarum omni"um ejusdem corporalem, realem & actualem "possessionem admittant, ponant & inducant "cum solemnitatibus debitis & consuetis: rece"pto primitus à se vel dicto Procuratore suo "juxta statuta & consuetudinem prædictæ Ec"clesiæ juramento solito & consueto.

"Datum, &c. Anno 1547. die 2. Decembris.

Tertia deinde accessit Paroch. Ecclesia, D. Martino nuncupata, & ipsa Canonicorum decorata Collegio;

Crescente autem Oppidanorum Middelburgensium numero, atque accurrente ad eandem urbem ob mercimonium frequentiore plebe, & alia illic sub Annum 1390. extrui cœpta est Ecclesia, D. Martino sacra, Anno 1479. VII. Idus Junii a Maximiliano Imp. ac Maria ejus conjuge ornata & ditata Canonicorum XII. Collegio, *West-Munster* vulgò dicta, desumpto nomine a Canonicis his, tanquam in claustro circum Ecclesiam ex communi more viventibus.

in quam jus præsentandi Rectorem erat penes Zelandiæ Comites;

Jus, quod vocant *Patronatus*, in Ecclesiam istam, certa lege delatum erat Holl. Zelandiæque Comitibus, ut conspicuum est ex sequenti Wilhelmi, Hann. Holl. Zel. Comitis, Diplomate vernaculo;

juxtà binas hasce tabulas.

Willem *Grave van Henegouwen, van Holland, van Zeland, ende Heer van Vrieslant, maken cont ende kennelie allen luden, want die gifte vander Kerke van West-monster in Middelburgh ons es, ende ons toebehoird, soe hebben wy voer ons ende voer onse naecomelinghen onser gemeene porten van Middelburgh ghevoerloft, dat wy ende onse naecomelinghen nimmermeer geestelyke noch geoerdine man setten en zullen, noch geven onse Kerke van West-monster in Middelburgh voorseit, ende zoe wanneer dat dese kerke versleinet of open waer, ende onse porten ende onse goede luden van Middelburgh ons bidden voer eenen goeden kerkelyken man, ende ons dunket dat die kerke ende onse conscientie in bewaret zien, ende oec onse goede luden van onse porten van Middelburch eerbaerlye zien, zoe willen wy gerne hore bede hoeren, ende haer die kercke omme Gots willen, ende omme hoire bede wille geven, zonder allerhande arghelist. In oirconde desen brief bezeghelt mit onsen zeghele. Gegeven tot Bauvyt in Henegouwen, op sinte Peteredach ingaende oegst, int jaer ons Heeren* 1328.

Diplomati isti alteras Comitis istius tabulas subnectimus;

Wy Willem *Grave van Henegouwen, van Holland, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, maken cont allen luden, want die eene helfte vander Kerke van Middelburgh in Middelburch open worden was by Meester willem Stuvesants doot, daer die presentatie of toebehoirt onser gemeenen poort ende onser goeder luyde van Middelburgh als onsen openen brief inhout, die zy van ons hebben, ende want wy die voorsz kerke gegeven hadden Geerrit van Rossem eer sy ons gemene presenteerden, ende wy ons briefs vander presentatie voorsz. niet en gedagt: zoe baden wy onser Poerten voersz. dat zy deso gifte gestade houden willen, ende zy hebben om onser bade willen, onser liever ghesellinne der Gravinne ende Willems ons zoens gegonnen ende gegeven Gherit van Rossem hare presentatie vander voersz. kerke tot deser tyd, behouden allen hore rechte als haer brief hout, die zy vander presentatie vander voirsz. kerke van ons bezeghelt hebben; Voirt hebben wy onser gemeenre poert voirsz. geoerloft, zoe wanneer dat die kerke van West-monster open woirt, datmen eene helft deelen zal in tween, ende dat wy hem daer toe helpen sullen, datze gedeelt worde, also verre als zy 't an ons versoeken.*

In oirconde desen brief bezeghelt met onse zegelen, gegeven tot Valenciene, des zaterdaghes na onser Vrouwen-dach in Septembre, int jaer ons Heeren 1334.

Sed hæc modo diruta, in forum cessit.

Verùm Ecclesia hæc post fugatos ab Auriaco Hispanos, tota sub Annum 1575. diruta, atque in forum conversa fuit; saxis, ferramentis, campanis, cæteraque ejus mole, pro exili 1800. & 20. Florenorum pretio *Petro Petri* in levamen pauperum Senatûs jussu distractis.

Th. Mertvorstius. Professionem nomine Collegii totius in Ultrajectina Synodo præstitit.

Inter S. Martini Canonicos laudatur,

Thomas Mertvorstius, Artium Magister, Ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Middelburgi Canonicus, ad Concilium Provinciale Ultrajecti, a Schenko Archiepiscopo Anno 1565. indictum, a Collegio & Decano S. Martini delegatus, ubi & *Sess.* XI. hanc nomine dicti Collegii professionem in scriptis exhiboit;

"Respondeo per præsentes me omnia & sin"gula, quæ ab eodem Concilio Tridentino de"finita sunt, & statuta palam recipere, tam quæ "fidem, quam morum reformationem & vene"rabilium Sacramentorum administrationem "concernunt, & publicè detestari & simul ana-

"the-

"thematizare omnes hæreses a sacris canonicis "& generalibus Conciliis, præsertimque ab hoc "Concilio Tridentino damnatas, salvis semper "privilegiis & immunitatibus supradictorum do- "minorum meorum Decani, vice-Decani & Ca- "pituli, quibus per eadem decreta expressè de- "rogatum non existit, salvis itidem gratiis aliis- "que privilegiis postbac per Sanctiss. Dominum, "D. nostrum Papam, sanctamque Sedem Apo- "stolicam eisdem concedendis, & seu antiquis "renovandis & moderandis.

Insignis Dominicæ crucis portio, quotannis circumferri solemniter solita, in hac Ecclesia;

In Parochiali hac Ecclesia Dominicæ crucis portio prægrandis asservabatur, atriolo inclusa, crystalloque obducta, quæ quotannis publicæ pridem venerationi exponebatur, & in solemni supplicatione circumferebatur.

Arnemudani, ex quo Middelburgensibus subjecti fuere, in quoddam Homagii specimen, ut sub Arnemuda diximus, crucem hanc sacram annuè per contubernia proprio dispendio exponere & recludere tenebantur, ut hujus testem habemus ipsum, in *Zeland. Annalibus*, Boxhornium.

Adhæc trinum Sagittariorum Arnemudanorum Collegium se ad annuam hanc supplicationem Middelburgi sistere cogebatur cum curribus, armis, tympanis & tibicinibus.

uti & ad varia altaria, varia contubernia, amplis privilegiis ditata,

Varia ibidem, ut & in aliis Zelandiæ Ecclesiis, altaria, atque ad ea fraternitates, seu contubernia omnis generis opificum, ac jaculatorum, amplis immunitatibus privilegiisque ditata.

Sagittarios contubernii *S. Sebastiani*, qui arcum manu tendebant pede non admoto, amplis privilegiis, quo in nobili hac palæstra, cujus usus ibi perantiquus, gnavius se exercerent, donavit Anno 1501. Philippus, Austriæ & Burgundiæ Dux.

Diploma relatum habes in additionibus Boxhornii, ad Reigersbergii *Chronicon Part*. 2. *pag*. 363. 364.

quorum aliqua & hodiè-dum vigent; inprimis Rhetorum fraternitas.

Celebris etiam pridem Middelburgi, quæ & adhuc viget, fraternitas Rhetorum, Anno 1430. legibus instituta, atque immunitatibus aucta; quorum ædes ad forum e regione domus civicæ; cui tessera, *Floscaint jesse*; *In amore crescens*.

Extra primarias hasce Ecclesias,

Præter Parochiales hasce Ecclesias, varia Middelburgi cum fanis suis viguere Cœnobia, quorum designationem se non potuisse assequi, deplorat in *Relat. Rom.* Jac. Torrius, Ephes. Archiepiscopus.

Nos ea dabimus pro notitiæ & monumentorum, quam haurire potuimus, ratione.

& varia Middelburgi cum fanis suis Cœnobia;

Equites igitur Teutonici, & Templarii, ædes Middelburgi habuere antiquissimas.

Templariorum vetustissimum,

in oppidum translatum;

Cum Ordo Teutonicus Anno CIↃ.CC&XLIX. in Walachria extra Middelburgum in Dominio *Santvoorde* Ecclesiam & Cœnobium fundasset in fundo ab oppidano Middelburgensi, nomine Nicolao Putteno, & uxore ejus Ordini isti concesso, & Florentius Holl. Comes, Wilhelmi filius, aliique primarii viri pluribus bonis, immunitatibus, ac dignitatibus Ordinem Teuton. ditassent, atque Florentius Comes eidem Ordini Anno 1284. concessisset Parochialem Ecclesiam D. Petri, Dnus Herbern a Drongheo, Commendator, ædes & fanum extra portas Middelburgenses dirui, atque domum cum Capella in ipso Middelburgensi oppido exstrui jussit, ut in scheda veteri vernaculâ hîc subjectâ notatum reperi.

Van den huyse van Middelburch.

Matth. Fund. Eccl. p. 567.

VI. *Item int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XLIX. *fundeerde die Duytschen Oirden een kercke ende Convente van der Oirden in Walcheren tot Santvoorde buten Middelburch, op een erve, dat een eerbaer borger van Middelburch, ende syn wyf der Oirden gegeven hadt. Ende dese was geheiten Claes van Putten. Dair na so gaff Grave* Florens *van Hollant Coninck Willems soon desen huyse meer goets. Ende gaf hem groote digniteyt, ende die heergewade van al Zeelant, van allen heerlicken goeden, die men van den Grave te leen hout. Als die Grave van Hollant of syn oudste soon ter hooger vierschaer sit binnen Middelburch, sit de Abt van Middelburch aen de rechter syde, ende die Commandeur van de Duytsche Oirden aan de luchter syde. Oock gaf desen Grave* Florens *desen huse haer lant vry van schote, van bede, ende van heervaert. Ende Heer* Henrick *Heer van Vooren gaff oock der Oirden den heergewade van den lande van Voorn. Ende dese selve Grave* Florens *voorsz gaff oock der Oirden die Parochie kerck tot Noortmunster St. Peters tot Middelburch* CIↃ. CC. *ende* LXXXIV. *ende int jaer* CIↃ. CCC. *ende* X. *so gaf die Oerde die kerck weder in Grave* Florens *handen, want hy in deselve kerck een Collegium stichte, ende hy versach der Oirden weder mit anderen goeden. Ende int jaer* CIↃ. CCC. *ende* XVII. *deden Heer* Herbern *van Dronghen die Lantcommandeur dat huys ende kerck buten Middelburch afbreken, ende dede dat huys mit een Capelle binnen Middelburch setten.*

Commendaria hæc sub domo Provinciali Ultrajectina ad novissima hæc secula viguit.

Templarii, D. Joanni nuncupati, ab ævo sedem quoque habuerunt Middelburgi, ædesque Divo Joanni inscriptas, a quibus & plateæ nomen S. Joannis, volgò S. *Jans-straete*, adhæsit. Ædes Templariorum speciosissimæ a Borsaliis coemptæ, ex Boxhornio pag. 168. cessere *Tertiariis*, qui tumulos arenarios ad vicum *Daynenboeck* antè incoluerant. — Tertiariorum,

Monasterium eorum a Nicolao Borsalo Brigdammensi Domino, ejusque Majoribus, ex Reigersbergii *Zel. Chron. Part*. 2. *p*. 162. fundatum ac dotatum, in quo & Anno 1357. vitâ defunctus, conditus fuit. Hi dein reformati, & *Observantes* redditi, ad novissima tempora illic perdurarunt. — qui & dein Observantes redditi,

Pridem & Cœnobium Fratrum Eremitarum S. Augustini Middelburgi adfuit. In hoc adservabatur hostia sacra sanctissimi corporis D. N. J. C. a miraculo Anni 1374. celebrata, Calviniano ritu illuc invecto Lovanium translata, ubi ea, vel certè ejus media pars, ut & mappæ particula, in qua tres istæ sanguinis guttæ hodieque visuntur, in ædibus religiosorum istorum sacris servatur, ex iisque solemni quotannis supplicatione ad Dominicam primam quadragesimæ circumfertur; de qua hac hostia miraculosa videndus Miræus in *Fast. Belg. & Burg. pag*. 323. — Eremitarum S. Augustini, penes quos servabatur hostia a miraculo celebris,

Bogardi, & Cellarii dicti, ægrotis deserviendis ac mortuis sepeliendis impensi, ædes quoque suas Middelburgi a seculo XV. tenuere. — atque Bogardorum.

Virginibus insuper sacris sua fuere asceteria; *Domus* scilicet *S. Agathæ*, nigrarum sororum ædes, Anno 1528 fundatæ, *Bachtensteine* dictæ, & *Bachtsgravenhove* ædes, Comitum olim Zelandiæ sedes, quas tamen aliqui cum prioribus confundont. Denique Beghinarum etiam Curia. — Variæ illic insuper sacrarum Virginum ædes; uti S. *Agathæ*, nigrarum sororum, atque Beghinarum,

Cœnobia hæc a mutato regimine in alios usus conversa; & fanum quidem S. Joannis a Middelburgensibus destructum fuit ad portum suum ampliandum: domus S. *Agathæ*, & Beghinarum curia, ad novum sagittariorum hortum efformandum destinatæ.

Extra ædes has sacras ab ævo conditas, Middelburgi in D. Joannis plateâ Schola liberalis ad commodum egenæ juventutis, ut legere, scribere, & arithmeticam condiscerent, erecta & dotata a Jacobo Henrici a Grypskerke, & a Joanna Henrici ejus conjuge, ex testamento 1. Maji Anni 1562. Adhæc Schola trivialis Latina per Senatum Middelburgensem erecta.

Denique & Scholæ tres,

Dein & Schola illustris pro scientia, potissimùm Theologica Anno 1611. instituta, ad quam chorus fani novi destinatus.

Extant denique Middelburgi Nosocomium, Orphanotrophium; Gerontotrophium, Ergastulum, & domus fatuorum. & alia pietatis monumenta.

Verùm ut ad Cathedralem Ecclesiam Middelburgi erectam revertamur, primus ad eam renunciatus est

NICOLAUS DE CASTRO,

Episcopus Middelburgensis.

Nicolai I. Middelb. Episcopi natales,

(a) NICOLAUS DE CASTRO, dictus VEXBORGH, natione Brabantus, patriâ Lovaniensis, patre natus apparitore seu Bedello, summam studiorum opportunitatem nactus, ingenii sui nervos ad optima quæque intendit; ideoqoe non modò humanioribus litteris egregiè imbutus, sed & S. Theologiæ Licentiâ Lovanii donatus, magistrales scholasticos actus publicè privatimque eâ in Academiâ cum fructu auditorum, & sui nominis laude, frequens præstitit: hinc mox Collegii illic Buslidiani, in quo publici trium Linguarum Professores agunt, Præses ordinatus, & non multò post Canonicus ad S. Mariam, juxta Havensium & Valerium Andræam, ad S. Joannem, Ultrajecti creatus est. Subinde ad novas hæreses per Hollandiam ortas exstirpandas, a Rege Philippo delegatur: demum ad Middelburgensem Ecclesiam, ab Ultrajectina abstractam, & in Episcopalem ei Suffraganeam erectam, ab eodem Rege destinatur. Regiæ nominationi Pontificio accedente suffragio & auctoritate, primus anno 1560. (& non 1561. ut Suffridus) Middelburgensium constituitur Episcopus, ex hoc Pii IV. Rom. Pontificis Diplomate;

studia,

munia,

in Episcopum Middelburgensem Regia designatio, & Pontificis Rom suffragium per diserte tum ejus Diploma.

Pius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Nicolao de Castro Electo Midelburgensi salutem & Apostolatus officium meritis licet & gubernare. Sane Ecclesia Midelburgensis, quæ aliis fel. rec. Paulus PP. IV. Prædecessor noster ex Ecclesia Monasterii sanctæ Mariæ tunc oppidi Middelburgensis Præmonstratensis Ordinis Trajectensis Diœcesis in Cathedralem Ecclesiam pro uno Episcopo, qui illi præesset & pro tempore existenti Archiepiscopo Trajectensi Metropolitico jure subesset cum Episcopali & Capitulari mensis & aliis Cathedralis Ecclesiæ insigniis ex certis tunc expressis causis de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio per suas erexerat & instituerat, & ad quam tam ea prima, vice quam quotiescumque illam vacare contingeret, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam certo tunc expresso modo qualificatam, Clarissimo in Christo filio nostro tunc suo Philippo Hispaniarum Regi Catholico suisque successoribus, ejus partis Inferioris Germaniæ, quæ etiam tunc ipsi Philippo Regi hæreditario jure subjecta erat, in temporalibus Dominis per easdem reservaverat, & cujus Sedem Episcopalem, ac dictus Episcopales & Capitulares mensus cum omnibus & singulis Cathedralis Ecclesiæ insigniis, de Ecclesia Monasterii hujusmodi ad Collegiatam Ecclesiam sancti Petri etiam Midelburgensem jure nominandi ad illam eisdem Philippo Regi ac successoribus, ut præfertur, ac Ecclesia Monasterii hujusmodi in pristino statu remanentibus, de fratrum nostrorum simili consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine hodie per alias nostras litteras transtulimus, ipsamque Ecclesiæ sancti Petri in Cathedralem Ecclesiam cum eisdem Cathedralibus insigniis, & alias, modo & forma quibus Ecclesia Monasterii hujusmodi erecta erat, perpetuò ereximus & instituimus, prout in singulis litteris præfatis plenius continetur, à primæva ejus erectione vacante Nos ad provisionem ejusdem Ecclesiæ Midelburgensis celerem & felicem, ne ea longa vacationis exponatur incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ Midelburgensi personam utilem & etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus, diligentem demum ad te Licentiatum in Theologia, & Presbiteratus Ordine constitutum, quem prædictus Philippus Rex, prout juxta reservationem hujusmodi, potuit nobis ad hoc per suas litteras nominavit, cuique apud nos de vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia & temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis, fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua notis & providemus, teque illi in Episcopum præficimus & Pastorem cura &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, sexagesimo, sexto Idus Martii, Pontificatus Nostri anno secundo.

(a) *Suffridus Petri in Append. ad Hedam. Arn. Havens. de erect. nov. Episcopat. Val. Andr. in fast. Acad. & alii.*

Divi Petri Middelburgi Parochialis Ecclesia ex Diplomate hoc in Cathedralem erecta, cique Episcopo destinata est, cum Paulus IV. Pii decessor Claustralem, quæ simul & Parochialis erat, ad eam dignitatem primùm evexisset. Census tamen opulentæ hujus Abbatiæ, Episcopali sedi isti assignatus, ipseque Episcopus exhinc simul Abbas S. Nicolai habitus fuit.

In Sedem, atque Abbatiam S. Nicolai ibidem immissio,

Possessionem dictæ Abbatiæ & Middelburgensis sedis per procuratorem mox adiit electus antistes, atque Mechliniæ a Cardinale Granvellano, Anno 1562. die S. Stephano protomartyri sacrâ, Presbyter cum esset, ordinatur Episcopus. Solemnem hunc ritum Mechliniâ, Trajectum amico suo Gisteno descripsit, sequuti epistolâ.

Episcopi consecratio,

NI-

NICOLAUS A CASTRO,

Episcopus Middelburgensis,

Præstantissimo ornatissimoque Viro,

D. GISLENO SCHRYVERS,

Concilii Trajectensis Greffiario, amico suo, Sal. plurimam.

Trajecti Ann. 1562.

& solemnis hujus ritus descriptio.

"Satis felici cursu, Domine Greffiarie amice "mihi semper observande, in Brabantiam per"venimus, tametsi quatuor integris diebus pro"fectionem extraximus, priusquam Bruxellam "veniremus, noctes enim non computo, quia "cum longiores essent diebus, neque consultum "videretur per tenebras nos periculis commit"tere viarum, tardius profectionem nostram ab"solvimus, quam sperabamus. Bruxellam autem "ingressi mox ad palatium Illustrissimi Cardinalis "me contuli, ut tentarem ejus animum, si sese "submittere dignaretur ad conferendum nobis "munus consecrationis, quod post salutationem, "& sumptum de bona gratia cum ipsius Digni"tate prandium, libentissime concessit, præfi"gens nobis diem B. Stephani, qui post ejus "introitum sextus erat dies ad comparendum "Mechliniæ una cum Domino Curtio Episcopo "Brugensi, cui suam operam ante meam com"parationem addixerat. Bruxellis autem biduo "aut triduo completo, ubi *paramenta* Episco"palia (sic enim habet Cæremoniale Romanum, "quo significantur indumenta Episcopalia) pa"randa erant, Lovanium me contuli. Deinde "veni Mechliniam biduo ante solemnitatem na"talis Christi. In ipsa autem solemnitate ma"gno & insolito triumpho cantatum est sum"mum sacrum à Reverendissimo & Illustrissimo "Domino Cardinali, & Archiepiscopo Mech"liniensi, quo completo vocatus sum cum eo"dem Reverendiss. Archiepiscopo ad convivium "solemne, quod Magistratus Mechliniensis jus"serat in domo civitatis præparari. Die sequen"ti, qui nostræ consecrationi præfixus fuerat, "Reverendiss. Dominus Brugensis & ego de "manu Domini Illustrissimi Cardinalis, qui Ca"meracensem Suffraganeum & Dominum Ab"batem Gimbergensem pro adjuncto & assi"stentibus sibi delegerat, in Ecclesia S. Romal"di consecrati sumus spectante populo & pri"moribus civitatis, qui in tanto numero con"fluxerant, ut chorus vix illos caperet & loca "choro vicina. Consecratione peracta ducti su"mus cum magno comitatu ad palatium Illu"strissimi Domini Cardinalis, ubi convivium per"magnificum paratum erat. Postridie Dominus "Brugensis & ego tractavimus domi Dominos, "quorum benevolentiam & liberalitatem antea "fueramus experti. Interfuerunt nostræ conse"crationi Domini Commissarii Middelburgen"ses ad hoc huc missi, nempe Burgimagister "Seraertskerke & Pensionarius, ut mihi assiste"rent, & nomine civitatis nostrum honorarent "actum, cum mandato adducendi me, & assi"stendi mihi in via, donec pervenero Middel"burgum. Convenit autem inter nos, quod "perendie proficisceremur simul ad partes Flan"driæ, eo quod facilior inde videtur trajectus "& minus periculosus. Speramus autem, faven"te Domino, nos ingressuros Middelburgum "Dominica prima Januar. nisi aliud occurrat "impedimentum, visuri gregem à Domino no"bis commissum. Vale, Domine Greffiarie, & "si in quacunque re nostram desiderabis ope"ram, non parcas amico, qui tibi debet, quic"quid præstare potest, & saluta Dominum "Præsidem, Diemen, Grisperre, & reliquos "amicos & familiares. Mechliniæ ipso die In"nocentium Ann. 1562. Tui studiosissimus ami"cus & servitor Nicolaus de Castro, Minister "Ecclesiæ Middelburgensis.

Gravis cum Præposito Traj. super Jurisdictione contentio;

Mox ab institutione, eodem adhuc anno & mense, orta ei gravis disceptatio cum Præposito, simulque cum Capitulo Metrop. Ecclesiæ Ultrajectinæ, super jurisdictione Ecclesiastica per Zelandiam; cùm dicto Præposito & Capitulo ingens illic antè institutum Episcopatum esset jurisdictio, destinatis eò vice sua Decanis, &c.

ad Belgii Gubernatricem delata,

Lis ad Mariam Parmensem in Belgio Gubernatricem utrimque delata, & coram delegatis discussa, hoc modo primùm composita est, ex actis, quæ ex Archivis Ecclesiæ majoris nactus sum, autheuticis;

"Orta quæstione super exercitio Jurisdictio"nis Ecclesiasticæ Zeelandiæ, coram Ducissa "Parmensi, Placensi, ac Gubernatrice harum "ditionum Inferioris Germaniæ, nomine Re"giæ Catholicæ Majestatis, ejusque Commissa"riis, inter Reverendum Dominum Episcopum "Middelburgensem ab una, & Reverendum D. "Præpositum & Archidiaconum una cum Ca"pitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Trajectensis "ab altera partibus. Pro qua quidem quæstione "componenda certa quædam per supradictos "Commissarios ratio sine formula concepta fuit, "qua & convenire inter partes & supradicta Ju"risdictio tectè atque ordine exerceri possit. "Quæ quidem ratio utrique parti communicata, "& ab iis diligenter discussa atque examinata, "partim utrimque comprobata & accepta fuit, "partim vero de quibusdam non satis potuit "convenire, idque tum quidem respectu aliquot "articulorum, tum verò ipsius Inscriptionis, "quam supradictus Episcopus ita concipi debe"re contendebat, ut non latius quam ad perso"nam præsentis Archidiaconi, non autem Co"adjutoris extendatur, ne scilicet bullam suam "quoquo modo egredi videatur. Archidiaco"nus autem ita, ut tam Coadjutoris quam "propriam personam comprehendat, cum clau"sula de non præjudicando aut successoribus "suis aut supradicto Capitulo Metropolitanæ "Ecclesiæ Trajectensis. Capitulum vero ad "hunc modum, ut non minus ad successores "Archidiaconi quam ipsum Archidiaconum per"tineat & perpetuis temporibus duret, ne vi"delicet post mortem Archidiaconi ejusque Co"adjutoris pereat Archidiaconatus, efficiaturve "dignitas titularis, cum bona præposituræ suæ "tempore caritatis annonæ pro ministrationibus "Dominorum Metropolitanæ Ecclesiæ Traje"ctensis non sufficiant, & in subsidium eorum "proventus Archidiaconatus sint obligati. Pro"ut de his & aliis omnibus amplius constare "potest per scripturas & articulos hinc inde "utrimque exhibitos in manus supradictorum "Commissariorum. SUA Celsitudo, cupiens ut "suum cuique Jus conservetur & Jurisdictio Ec"clesiastica ita uti oportet exerceatur, remisit "hujus rei & quæstionis determinationem, & "remittit per has præsentes ad dispositionem Re-

„ giæ Majestatis, ut tam per eam quam per Sanctam Sedem Apostolicam, super omnibus absolute constituatur & ordinetur, quemadmodum pro cujusque jure videbitur convenire. Et tamen ut medio tempore certa habeatur ratio, qua supradicta jurisdictio rite atque ordine possit exerceri, & tollatur omnis occasio tam ulterioris dissidii & controversiæ inter supradictas partes quam scandali, quod inde oriri posset in populo maxime hoc tempore tam periculoso. Eadem sua Celsitudo Regiæ Majestatis, tanquam supremi Ecclesiarum protectoris, nomine ordinavit & ordinat per provisionem & sine præjudicio juris & possessionis, tam supradicti Episcopi Middelburgensis quam Archidiaconi & ejus Coadjutoris, aliorumque successorum, necnon Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Trajectensis, ut supradicta jurisdictio Ecclesiastica per Zeelandiam exerceatur ad eum modum & formam qui sequitur. *Primum* pro cognitione communium causarum committent suprascriptus Episcopus Middelburgensis & Archidiaconus solito more suos Provisores & Decanos, respectivè ad quos omnium communium causarum in prima instantia cognitio ac definitio pertinebit. Qui quidem in causis matrimonialibus, & si quid alias incurret majoris rei, non ante more recepto pronunciabunt suam sententiam, quam ea de re retulerint ad Officialem supradictorum duorum Episcopi Middelburgensis & Archidiaconi, si præsentes sint in Zeelandia, vel eorum Assessores, qualis unus erit continuo residens Middelburgi ex parte Archidiaconi sive ejus Officialis, qui porrò in casu difficultatis ad ipsos, vel alterutrum eorum, suam poterit facere relationem. *Ac constituentur* quidem Provisores ac Decani non certis pensionibus annuis, quas pro officio muneris sui Episcopo Middelburgensi & Archidiacono numerent, sed contrà certo honorario ipsis constituto tenebuntur administrationis suæ quam communiter habebunt, ita ut unus sine alterius scitu & voluntate nihil accipiat, singuli suis Dominis (qualis antiquitus fieri consuevit) annuam reddere rationem. Cum autem a sententiis vel interlocutionibus supradictorum Provisorum ac Decanorum appellabitur, devolvetur appellatio more antiquo sub oneribus & emolumentis antiquis, & hactenus consuetis, ad suprascriptum Episcopum & Archidiaconum eorumve Officiales, per quos vel eorum supradictos Assessores, instruetur & terminabitur processus. De quo tamen, si ita videbitur, prius relationem facere poterunt ut supra. *Porrò* de institutione eorum qui beneficia Ecclesiasticâ adepti sunt, & litibus inde dependentibus, quoniam ea res unius semper fuit Archidiaconi, nihil quoque in eo mutabitur, & fiet institutio per ipsum Archidiaconum, aut ejus Officialem, si adsint, vel per supradictum Assessorem, qui tamen & in hoc casu consulere & relationem facere poterit, quatenus opus videbitur. *Quicunque* autem pro institutione beneficiorum, quibus cura animarum annexa est, & quando nulla inter litigantes super jure præsentationis extabit controversia, Archidiaconum, aut ejus Officialem, aut Assessorem, adire volent, primum omnium supradicto Episcopo se offerre tenebuntur, qui fide eorum & doctrina moribusque exploratis litteras iis dabit ad Archidiaconum, vel ejus Officialem, aut Assessorem, de idoneitate, quas absque legitima causa non poterit recusare, & sine quibus omnino non instituentur. Admittendos verò ad simplicia beneficia examini & conscientiæ Archidiaconi, seu ejus Officialis, aut Assessoris, pro observata hactenus consuetudine, relinquendo. *Ac quantum quidem* ad jura attinet institutionis, ea pro vero valore beneficiorum, ut nunc est, æstimabuntur, qua de re adferent instituendi attestationem Provisoris & Decani, aut Magistratus, sub quorum districtu beneficia sita sunt. Et si inter Archidiaconum, vel ejus Officialem, Assessoremve, & eum qui instituitur, de taxatione non conveniat, stabitur taxæ seu moderationi Officialis Episcopi & Archidiaconi, sive ejus Assessoris. *Tenebitur* quoque Archidiaconus ipse, si quo modo potest, si non per honorem idoneum quotannis semel visitare Ecclesias Zeelandicas & dispicere ecquid suos ministros habeant, eosque canonicè institutos, eaque doctrina & morum ac vitæ probitate, qua oportet, ut si quid forte minus rectè fiat, ei rei remedium legitimum adhibeatur. Quod si non fecerit ante Cal. Septembris cujusque anni, supplebit vices illius Episcopus expensis ipsius Archidiaconi, quatenus leges procurationum hujus rei nomine ab Ecclesiis debitæ, aliaque jura non sufficiunt. Porrò quoniam multi dicuntur vacare Pastoratus per Zeelandiam, qui vel nullos habeant Pastores vel non legitimos, quod partim tenuitate accidit ipsorum pastoratuum, quorum fructus & proventus valde sunt imminuti, partim vicio Pastorum vel Patronorum Ecclesiæ, qui Canonicam institutionem vel negligunt, vel diffugiunt, unde varii exoriuntur abusus non solum in iis quæ ad Clericos, verum etiam ad Scholas & alias res Ecclesiasticas pertinent, supradictus Episcopus & Archidiaconus visitabunt, quam primum fieri poterit, in locum ordinariè visitationis annuæ & expensis ejusdem, quatenus sufficiunt, supplendo reliquum de suo, omnes Ecclesias & Scholas, omniaque beneficia Ecclesiastica per universam Diœcesim Middelburgensem, ut his rebus communi manu & mutua opera remedium, quoad ejus fieri queat, adhibeant. Et si quæ erunt tenuiora beneficia, quæ recte conjungi & uniri possint, de iis auditis Patronis eorum ad Regiam Majestatem, vel suam Celsitudinem, referent. Et si quæ erunt de quibus Patroni nihil movebunt difficultatis, de iis *disponet Episcopus, consulta prius Regia Majestate*, vel sua Celsitudine, & ejus voluntate cognita. Dispicient etiam supradicti Episcopus & Archidiaconus annuè jura admissionis, officiationis & absentiarum quæ ex corruptela nata videntur, in totum vel in partem tollenda sint, nec ne. Atque hæc quidem per provisionem & sine præjudicio, ut supra dictum est, donec vel consensu partium, vel per suam Sanctitatem & Regiam Majestatem, sive per formam recompensationis temporalis aut perpetuæ, sive quovis alio modo justo & legitimo, secus fuerit ordinatum. Actum Bruxellæ die duodecima Januarii 1562. Sic signatum, MARGARETA.

„ Et versus sinistram, *Pelatozze.*

„ Collata cum suo originali signato
„ & subsignato ut supra, & concordat cum eodem,
Per me *Pelatozze.*

Cum

Cum Ordinationi huic non pareret Præpositus Traj. quin potius virulentas hinc litteras ad Nicolaum Middelb. mitteret, has coosilii capessendi ergò ad amicum suum dedit,

NICOLAUS DE CASTRO

Episcopus Middelburgensis,

Ann. 1583. 14. mensis Martii, Middelburgi,

N. N.

De Zelandis ad tribunal Ecclesiasticum Ultrajectum non evocandis, & super ea & controversia inter Episcopum Medioburgensem & Præpositum Trajectensem.

„Misit nobis Reverendus noster Archidiaconus & Præpositus Trajectensis litteras manu propriâ scriptas, injuriis & maledicentiæ plenas, propter definitionem & sententiam illustrissimæ Dominæ Ducissæ Gubernatricis, aut potins secreti Concilii R. M. super usu & exercitio Jurisdictionis latam & expressam ad servandum inter ipsum & Archidiaconum & me concordiam, & eximendum subditos meos ab illa servitute & onere, quod hactenus tulerunt, nimirum quod amplius non debeant adire Trajectum & Officialem Domini Præpositi Trajectensis istic degentem, sed quod ipse Dominus Præpositus nobiscum residere teneatur, aut aliquo in loco Residentiæ nostræ habere substitutum, qui cum nostro Officiali administret partibus justitiam in causis appellationum, & quorum definitione absolvi possent occurrentes difficultates, prout hactenus consuetum est fieri ante erectionem novarum Sedium per Officiales Reverendissimi & Præpositi tunc Trajecti residentes. Æqoius enim visum est, quod Archidiaconus, qui oculus dicitur Episcopi, sequatur suum Episcopum quam e diverso. Has concordiæ conditiones cum reliquis adjunctis dicit & scribit se nolle acceptare aut sequi tanquam iniquas, & à meo Vicario calumniosè suggestas. In quo non solum lædit Commissarios Reg. Maj. Viros sane prudentissimos & omni exceptione majores, nempe Dominum Præsidem Viglium, Dominum Cancellarium Nigri, & Hopperum, qui patientissime eas audiverunt, & multis mensibus in audiendis rationibus hinc inde propositis fuerunt impediti, sed etiam Illustriss. Gubernatricem, & Reg. Maj. cujus authoritate omnia sunt confirmata. Dubius sum autem, quid me facere oporteat. Nam recedere à concordia facta non expedit, & causæ quæ per appellationem ad Officiales Episcopi & Archidiaconum devolutæ sunt, ipso comparere & alium nolente substituere, manent suspensæ in gravamen partium justitiam requirentium. Metuo etiam quod meus Officialis solus non possit valide ipsas causas, quæ nobis & Archidiacono communes sunt, cognoscere. Existimo tamen quod hoc fieri posset, si Dominus Archidiaconus judicialiter & legitime requisitus renueret aliquem substituere, & quod ego in contumaciam ejus sic comparere aut substituere nolentis possem aliquem surrogare in locum ejus. Sed quia hæc quæstio juris, non ausim illam viam ingredi sine consilio & deliberatione Jurisperitorum. Consului super hoc dubio quendam Consulem Mechliniensem, qui suasit levandas esse litteras executoriales. Interim dubitat & timet, quod per appellationem poterit executio litterarum suspendi, & sic frustra fecero omnes expensas. Res perplexa est, & quæ majus præjudicium afferre potest subditis quam mihi. Peto itaque super istis vestram audire sententiam.

discussa & composita.

Sed cum prædictus Præpositus, atque Archidiaconus cum Capitulo *solliciti, ut jus Archidiaconi perpetuis temporibus servaretur illæsum*, grave nimis ac sequelis noxiis implicitum obtenderent, *Assessorem* vice sua in Zelandia constituere; adeòque temperatæ huic decisioni non acquiescerent, altera per modum provisionis anno sequenti Bruxellis jussu Gubernatricis lata est sententia, hujus tenoris;

Altera per modum provisionis, Parmæ Gubern. sententia.

„Audita per Ducissam Parmæ, Placentiæ, ac Gubernatricem barum ditionum Regiæ Catholicæ Majestatis, relatione per Commissarios sibi facta super quæstione orta inter Reverendum Episcopum Middelburgensem, petentem certam ordinationem suæ Celsitudinis de data XII. Januarii proxime elapsi executioni mandari ab una, & Reverendum Dominum Præpositum & Archidiaconum Metropolitanum Ecclesiæ Trajectensis, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ opponentes ex altera partibus. Quæ quidem quæstio inde extitit, quod dicti Archidiaconus, Decanus & Capitulum contendebant, si quid inter partes super Jurisdictione Ecclesiastica per Zelandiam, de qua in dicta ordinatione agitur, constituendum sit, id ad evitandas omnes difficultates in posterum, secundum ea quæ & alias proposita sunt perpetuum esse debere, ita ut supradicto Archidiacono, ejusque successoribus omnibus supradicta Jurisdictio Ecclesiastica *perpetuis temporibus maneat illæsa*, ne si aliter fiat, aut nova in posterum difficultas post mortem dicti Domini Archidiaconi ejusque Coadjutoris subeunda sit, aut si dicta Jurisdictio successoribus eorum detrahatur, cum quidem Archidiaconatus ipse supradictæ Metropolitanæ Ecclesiæ penitus denudetur, & fiat solum titularis, tum vero Capitulum ipsum, ad quod propriè Archidiaconatus pertinet, & quod pro ministratione Dominorum proventus ejus habet obligatos non solum securitatis & hypothecæ suæ, verumetiam ipsius rei diminutionem patiatur, addentes siquidem Archidiaconum certum aliquem Assessorem, sive Officialem in Zelandia constituere oporteat, quemadmodum supradicta ordinatio continet fore ut Archidiaconatus nimiis sumptibus exhauriatur, & plus detrimenti quam emolumenti habeat, imo ad exemplum Episcopi Middelburgensis, alios quoque Episcopos, Hairlemensis scilicèt, Gandavensis & Ruremundensis, idem postulaturos, quod infiniti erit sumptus; idque non alio prætextu, quam commoditatis subditorum, quibus tantum alia ratione propositum est, posse prospici, nimirum ut loco ejus quod hactenus Trajectum extra Provinciam suam litigatum veniri solent, nunc processus totus in Zelandia instruatur & instructus semel Trajectum ad Archidiaconum, vel ejus Officialem, visitandus mittatur, sed & in eo quoque supradictum Archidiaconum præter solitum morem per suprascriptam ordinationem gravari, quod dicitur si quid inter Archidiaconum & eum qui instituendus est, de

insti-

„ institutionis juribus non conveniat, recurrendum esse pro moderatione ad Officialem Episcopi Middelburgensis & ipsius Archidiaconi, quod ubi rescitum esset, neminem prope fore qui non quæstionem moveret, & ratione hac futurum ut in istorum Officialium potestatem Archidiaconus cum magna auctoritatis suæ diminutione redigeretur: quæ quidem cum ita se habeat postulare se, ut eorum ratio habeatur & in his quæ dicta sunt ita uti oportet prospiciatur, idque secundum certam formulam per dictum Capitulum mense Januario superiore transmissam, a qua Dominus supradictus Archidiaconus & Dominus Cornelius ab Nyeroide Canonicus supradictæ Ecclesiæ Metropolitanæ deputatus supradicti Capituli ejusdem Ecclesiæ declarabant se ex mandato non posse recedere: requirendum insuper, siquidem supradicto Archidiacono, Decano & Capitulo quicquam detrahi debeat, quod non sperant, ut Regiæ Majestati placeat procurare ut id resarciatur, certaque perpetua pensio ac justa recompensa eo nomine præstetur, adversum quæ per supradictum Dominum Episcopum Middelburgensem responsum est, omnia hæc ante supradictam ordinationem fuisse proposita, nec quidquam nunc adferri, quod non tunc corporis latissime fuerit disputatum. Quinimo quidem de ordinatione perpetua facienda dicitur, & quod successoribus Domini Archidiaconi Jurisdictio Zelandica perpetuis temporibus debeat manere illæsa, id directo contra Bullam esse Apostolicam, a qua nullo modo animus est recedere, sed ei in omnibus & per omnia inhærere, nec aliud nunc agi quod quo pacto durarit vita Domini Archidiaconi Jurisdictio Ecclesiastica Zelandiæ per ipsos communiter debeat administrari. Porro quantum ad Assessorem Archidiaconi in Zelandia attinet rem esse penitus necessariam, eaque de causa inter cetera novum hunc Episcopatum potissimum fuisse erectum ne subditi provinciam suam excedere cogantur, ac maxime quidem si de rebus minoribus & festinatione indigentibus agatur, nec magnum ejus rei sumptum fore, si cum emolumento, quod ex Jurisdictione Zelandica Archidiaconus hactenus percepit, conferatur. Denique circa jura institutionum prorsus necessarium esse, ut si de iis inter Archidiaconum & instituendos non conveniat, aliqui sint ad quos pro moderatione eatur. Addens idem Episcopus Middelburgensis se in omnibus quæ dicta sunt arbitrium & voluntatem Celsitudinis suæ expectare, eique per omnia velle acquiescere. *Sua Celsitudo* omnibus his & aliis eo pertinentibus cognitis & diligenter perpensis cupiens suum cuique manere integrum & Jurisdictionem Ecclesiasticam quam sincerissime administrari, causasque offensionum inter ipsos Ecclesiasticos, quantum fieri possit, tolli & penitus amoveri, declaravit & declarant hæ præsentes ea quæ sequuntur. Primum quantum ad perpetuitatem requisitam pertinet, & ut successoribus supradicti Archidiaconi dicta Jurisdictio Ecclesiastica per Zelandiam perpetuis temporibus servetur illæsa, quod ea res Sedem ipsam Apostolicam & Bullas inde emanatas respicit, voluntatemque Regiæ Majestatis, ad cujus postulationem nova hæc erectio sedis Episcopalis Middelburgensis facta est, suæ potestatis non esse id immutare, sed quemadmodum per supradictam ordinationem mensis Januarii superioris declaratum est, ad dictam Sedem Apostolicam & Regiam Majestatem ea de re esse referendum, ubi eadem sua Celsitudo libenter partes suas interponet, ut id quod æquum & bonum est fiat, & tam indemnitati & hypothecæ supradicti Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Trajectensis, quam decori & dignitati conservationique suprascripti Archidiaconatus quoad ejus fieri queat consulatur. Quo medio pendente tempore quoniam opus est & maxime quidem his tam dubiis periculosisque temporibus, ut Jurisdictio Ecclesiastica rite exerceatur, intentio suæ Celsitudinis est, ut supra commemorata ordinatio per provisionem tantum & sine ullo partium præjudicio, ut ibidem latius exponitur, observetur. Declarans insuper quod de Assessore Middelburgi per Archidiaconum constituendo ibi dicitur non de Officiali accipiendum esse, qui plenam Jurisdictionem habeat, sed de eo qui minora & quotidiana negotia & quæ dilationem non patiuntur, & de quibus operæ pretium non est ut Trajectum eatur cum Episcopo nomine Archidiaconi expediat, deque aliis ad ipsum Archidiaconum vel ejus Officialem referat, cui ad eam rem certam & limitatam potestatem Archidiaconus dare poterit; & si quid de juribus institutionis oriatur controversiæ, quod speratur non futurum, poterit Archidiaconus solito more suo jure uti, quo si quos prægravari se sentiat & moderatione facta reliquum reddi desideret, ibitur ea de re ad supradictos Officiales Episcopi & Archidiaconi, quemadmodum per supradictam ordinationem mensis Januarii est constitutum, ac siquidem eveniat, ut pro ea quæ per sanctam Sedem Apostolicam & Regiam Majestatem constituentur, suprascripti Archidiaconus, Decanus, & Capitulum aliquid detrimenti sentire videantur, vel etiam nunc per hanc præsentem aut superiorem ordinationem sentiunt, sua Celsitudo libenter operam dabit ut per occasionem & suo tempore per Regiam Majestatem ratio ejus habeatur, benigneque in eo provideatur.

„ Datum Bruxellæ, sexta die mensis Septembris, Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo tertio. Ita erat signatum,

MARGARITA.

Et adhuc *J. de la Torre.*

„ Collatione facta cum originali actu suprà scripto concordat præsens copia, per me,

Lamzweerde, Not.

Sententiæ hujus meminit Nicolaus, Middelb. Episcopus, litteris ea de re ad eundem Gistenum datis, Middelburgi 4. mens. Febr. Ann. 1564.

Multùm molestiæ præstitit mihi, Domine Graphiarie, Dominus Archidiaconus & Præpositus Trajectensis, priusquam induci potuit, ut hic constituat aliquem Officialem, qui ipsius nomine exerceat cum meis Ecclesiasticam Jurisdictionem, & Pastores ac Vicarios instituat, & visitationi insistat Ecclesiarum, sicuti ex officio facere tenetur. Obtinui autem duas aut tres Ordinationes, & tandem sententiam per modum provisionis, prout vestra prudentia cognoscere potest ex copia istis adjuncta, quæ sententia Domino Præposito est insinuanda. Verum quia ipsa sententia litteris

Nicolai Episcopi, cum & huic non deferret Præpositus, querelæ.

litteris clausis ad ipsam directis clausa est, & tempus illi præscribitur sex hebdomadarum, infra quod hic constituere tenetur in loco aliquem substitutum, qui loco Officialis, quem ipsi Trajectenses hoc nomine appellandum negarint, sed Assessorem, omnia faciat, quæ pridem Officialis Trajectensis pro Zelandis facere consuevit, sic tamen ut Zelandi neque pro institutione, dispensatione, aut informatione, processuum visitatione, amplius necesse habeant se transferre Trajectum aut egredi nostram Diœcesim. Peto ut litteras clausas istis adjunctas per janitorem Vestræ Curiæ facias Domino Præposito præsentari, faciendo actam præsentationis cum expressione temporis, quam actam nobis transmittendam ut reddat fratri, qui eandem curabit nobis transmitti, solvendo ipsi vinum & jura consueta, aut si prudentia vestra putabit, quod ostiarius hoc nollet facere, ut requiratur Dominus Præsidens, ut hoc dignetur eidem mandare, si opus fuerit, commendando me eidem cum salutatione consueta.

Sed cum & huic Præpositus, seu Archidiaconus unà cum dicto Capitulo, difficultates objicerent, hæc tertia & postrema decisio a Maria Parmensi emanavit:

Tertia sententia.

„Facta relatione ad Ducissam Parmæ, Placentiæ &c. Rectricem & Gubernatricem harum ditionum inferioris Germaniæ nomine Catholicæ Regiæ Majestatis, de querelis & gravaminibus Reverendorum ac Venerabilium Prælatorum & Capitulorum quinque Ecclesiarum Trajectensium, contra Reverendum in Christo Patrem, Dominum Episcopum Middelburgensem, ex causa decreti & ordinationis factæ per suam Celsitudinem inter eundem Dominum Episcopum & Archidiaconum & Capitulum majoris Ecclesiæ Trajectensis, duodecima Januarii Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo secundo, una cum interpretatione ejusdem, ad sextam Septembris Anni millesimi, quingentesimi, sexagesimi tertii, desuper insecutæ & postea ex ordinatione suæ Celsitudinis executioni mandatæ; neque non de oblationibus & præsentationibus factis per supradictos Archidiaconum & Ecclesiam majorem, ut ea ratione res ad meliorem concordiam deduci possit, & insuper de responsionibus per supradictum Episcopum Middelburgensem, tam super dictis querelis, quam oblationibus datis & exhibitis, *Sua Celsitudo*, re plene cognita ac deliberata, tametsi non aliter adhuc existimare queat, quam quod prædictum decretum, una cum sua interpretatione, justum per se sit, æquum etiam & rationi consentaneum, ita ut ulteriores querimoniæ merito cessare debeant. Considerans tamen per præfatas oblationes & præsentationes ad eundem prope finem perveniri, nec a dicto decreto in effectu multum decedi, & tam antiquæ observationi, quam paci & concordiæ partium, quoad ejus fieri potest, consuli, ordinavit & decrevit, ordinat & decernit per has præsentes, (salva tamen semper Sedis Apostolicæ ac sacri Concilii Tridentini dispositione, aut præfatæ Regiæ Majestatis ulteriori ordinatione) ut sine præjudicio juris & possessionis partium, hinc inde posthac observentur per provisionem ea quæ sequuntur. Primùm quantum ad jurisdictionem communem inter suprascriptum Episcopum & Archidiaconum attinet: decernit, ut ea in prima instantia per Provisores Episcopi Middelburgensis, & dicti Archidiaconi Decanos, solito more exerceatur. Qui tamen de causis matrimonialibus & aliis secundum antiquam consuetudinem non pronunciabunt, nisi consultis prius Officialibus suprascripti Episcopi & Archidiaconi: & si a sententiis dictorum Provisorum & Decanorum contingat appellari, devolvetur appellatio non quidem ad Episcopum simul & Archidiaconum, ut antehac fieri consuevit, sed ad Episcopum Middelburgensem tantum, ad quem ejus rei cognitio ac definitio una cum suis emolumentis & oneribus pertinebit. Quantum vero pertinet ad particularem jurisdictionem Archidiaconi, causasque beneficiales & institutiones eorum qui beneficia Ecclesiastica adepti sunt, hæ quoniam unius semper fuerunt Archidiaconi, ad ejus solius, vel Officialis ipsius, jurisdictionem spectabunt, sic tamen ut in taxandis juribus sive legibus institutionum, ratio habeatur non quidem antiqui valoris beneficiorum, sed præsentis tam proventûs quam etiam temporis, de quo instituendi certificationem adferent Provisores & Decani, aut Magistratus loci, in quo beneficia sita sunt, ad ipsum Archidiaconum vel ejus Officialem, qui diligenter curæ habebit, ut tum quidem æquæ fiant taxationes, ne quæ inde querelæ ad suam Celsitudinem deferantur, eaque legitimum adhibere remedium compellatur; tum vero non alii ad beneficia promoveantur quam quos bonorum testimonio probos & honestos, diligenti autem examine peritos & idoneos repererit, nisi forte sint qui Episcopi ipsius judicio se comprobatos ostendere possint, in quos, si volet, non tenebitur amplius inquirere. De reliquis vero per supradictum Archidiaconum & Capitulum majoris Ecclesiæ requisitis, tam super recompensa quam tertia instantia & locii adjectitiis referet sua Celsitudo, ad instantiam præfati Archidiaconi & Capituli, ad suam Majestatem, nec non scribet ad Archiepiscopum Trajectensem & alios quos oportet respective, operamque suam libenter & clementer impertiet, ut id quod bonum & æquum est fieri possit. Ordinans porro ut quæ præsenti decreto non sunt immutata, in his supradictum decretum Anni sexagesimi secundi cum sua interpretatione, salvum, integrum & illæsum ex omni parte maneat, & tam unum quam alterum debitæ executioni, nullâ amplius interpositâ morâ, mandetur. Actum Bruxellæ die vicesima quarta mensis Julii Anno Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo quarto. Erat subscriptum: MARGARETA.

„Et adhuc: *De la Torre.*

„Collatione facta cum originali actu
„signato & subscripto, ut supra,
„concordat præsens copia,

Per me, *Lamzweerde*, Not.

Huic dein ordinationi partes acquieverunt; eaque hactenus, stante avitâ fide Catholicâ, apud Middelburgenses observata fuit.

Ordinationi huic partes acquieverunt.

Ultrajectum dein ad Concilium Provinciale, a Schenko Archiepiscopo indictum Anno 1565. ad diem 12. mensis Octobris, cum aliis Suffraganeis evocatus fuit Nicolaus, Middelburgensis Episcopus.

Concilio Prov. Ultrajecti dein habito,

Tempore assignato illic affuit, atque a Sessione prima ad undecimam, quæ hujus Concilii

interfuit,

ultima Sessio, eidem interfuit, eidemque, ut Middelburgensis Episcopus, 30. mensis Octobris subscripsit.

ubi Mandatum Decani & Cap. Midd. exhibuit.

Primâ Sessione Concilio exhibuerat mandatum, quo Decanus & Capitulum Ecclesiæ Cathed. Middelburgensis ad Concilium istud delegarat Vener. & ampliss. Dominum, D. Magistrum, Thomam Mertvorstium, Ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Middelburgi Canonicum.

Mandatum illud per Mertvorstium, ut jam vidimus, Concilio exhibitum fuit. Consessu absoluto ad propria rediit Nicolaus Episcopus.

Redux, ipsemet Synodum Diœc. habuit, subinde typis editam.

Domum redux, Synodum Diœcesanam Anno sequenti, 1566. nimirum, mense Novembri habuit; *in eoque*, ut refert Havensius, *Concilium Tridentinum publicavit, & ex eo multa capita ad Pastores*, ab iisdem publicanda transmisit, *quæ & imprimi curavit*, nimirum Lovanii apud Wellæum Anno eodem.

Sub id tempus Cornelius Mieropius, Præpositus atque Archidiaconus Trajectensis, hæc doctrinæ & disciplinæ capita, uti per alias Archidiaconatûs sui partes, sic & ad Zelandiæ regiones, cui & hæ ab antiquo suberant, vernaculo sermone observanda misit.

Præpositus Traj. Statuta sua & per Zelandiam misit.

"Cornelis van Myerop, Doctor in beyden Rechten, duer Gods ghenaden ende des Stoels van Romen Domproost t'Utrecht, alle geestelicke plaetse onder ons ende onse Archidiaconie resorterende Saluyt,

1. "Also onlanex tot Trenten gebouden es geweest bet Generale Concilium, ende by ons Heylige Vader Pius Quartus Paus van Romen geapprobeert ende geconfirmeert, ende daer nae by de Hooeheyt van de Hertoghinne van Parma, Placense ende Regente in de plaetse Koninglyke Majesteit, onsen aller genadichsten Heere over die Landen van berwerts over, seecker ordinantie ende accoert is gemaect mer die Prelaten, Dekens ende Capitulen van de vyff Goidshuysen van Utrecht, aengaende Dadministratie vande Geestelyeke Jurisdictie opt tvoersereven Heylich Concilium.

2. "Soo ist, dat wy ons willende regulieren nae tvoersereven Concilium ende ordinantie oste accordt daer op als voerscreven gemaect, overmerckende dat onder die deereren vant voerscreven Generale Concilium enighen worden bevonden die grootelyeke roeren ende aengaen die manieren van leven, soe van geestelicke als werlicke personen ende tgemeen welvaert ende ruste vande Catholique Kereken ende by ons ter cause van onse Archidiaconie behooren gepubliceert ende neerstelycke doen onderhouden worden. Soe eest dat wy u luyden by desen ordoneren ende bevelen dat een yegelycke van u luyden respectivelyk in syn districte ende kercke onder tsermoen ofte alst ghemeen volck meest inde kercke is, ende bisonder den eersten sonnedach na leveringe van desen opentlick publicere ende bebandige dese navolgende punten ende articulen, doende dselfde zeer scherpelyck onderhouden.

3. "In den eersten aengaende tHeylige Christen geloove, Dat ghy luyden ende een yegelycke van u luyden respectuelycke in zyn qualiteyt verclaert ende bevelt die gemeente ten tyde ende plaetse voerscreven, dat indien zy haerluyden sielen willen salich maken, dat zy int geloove ende gebruyeken der zelven heylige Sacramenten int bidden voer den levenden ende dooden, ende allen anderen punsten die Kersten religie aengaende, hem sullen voegen ende schicken nae die leeringe ende maniere over xv^c. jaeren gehouden in die oude gemeyne Heylige Kercke, die daer staet onder die geboirsaemheyt vanden Heyligen Stoel van Romen, gelyck breeder int Heilige Concilium verhaelt wordt, ende een yegelyck van uluyden respectuelyk, ende bisonder die Pastoren den gemeenten ter eerster bequamer tyt ende stonde doen voerhouden, leeren, predicken ende onderhouden.

4. "Item dat onse Officiael, Dekens ende andere geestelycke Officiers allen Pastoren ende anderen gebeneficeerden wegens benefitien *de Jure vel ex fundatione residentiæ* requirerende syn zullen, doen persooelycken resideren, ten zy, sy eenige redenen hebben ter contrarie, waer van zy ons voerscreven Officiael, Dekens ofte Officiers sullen binnen den tyt van zesse weken adverteren, ende voerts doen alle gheestelicke personen in habiten, leven ende anders haer zeer scerpelycke reguleren na de manieren int heylich Concilium voerscreven die geestelycheyt gepreseribeert, ende dit op die pene van voerschreven onsen Officiers by ons arbitralyck gestraft te wordden indien zy in gebreke ofte negligentie wordden bevonden.

5. "Item omme tgeen voerscreven is ende andere punsten vant Concilium te beter t'onderhouden, soe wordden belast allen geestelyckeo Officieren ende Pastoren dat zy they-lich Concilium gedruct by hem hebben binnen den tyt van een maent na de publicatie van desen, op de peyne van twee oude Vrankryesche schilden.

6. "Voerts aengaende die reformatie den gemeynen volcke betreffende, want uyt het misbruyek vande houwelicke groot quaet, turbatie, schandale, bysonder uyt heymelycke trouwe inder conscientie es rysende, om die voertaen te beletten, soe is daer off geordineert inder manieren hier nae beschreven.

7. "Inden eersten dat ul. voertaen allen heymelycke trouwen nul, crachteloos ende van onweerden syn, ende in rechte noch nae die conscientie nyer mocgen staen ofte effect forteren.

8. "Dat heymelycke trouwe, is, ende wordt genoempt, die welckmen doet ofte aengaet sonder bywesen ofte tegenwoerdieheit vanden Pastoer ofte enich andere Priester by dessels Pastoers oft zynen Ordinarius ofte Overste consent daer toe gestelt ende twee ofte drye getuygen daer toe geroepen.

9. "Is voerts bevolen dat alle trouwe sal moeten geschieden voor ofte inde Heylige Kercke openbaere, ende dat onder den dienst Gods ofte ten tyde als den dienst Gods gewoenlyk is te geschieden.

10. "Dat nyemandt en sal moegen openbaerlyk voere ofte inde Heylige Kercke getrout wordden ende die heylige Benedictie ontfangen van yemanden, dan alleenlyk van synen eygen Pastoer, ten ware dat die selve Pastoer oft zynen Ordinarius ofte Overste enich ander Priester daer toe gestelt ende consente gegeven hadde.

11. "Die Pastoer wordt belast een boeck te bouden ende neerstelyck int Heylich Sacraments-buys ofte andere bequame plaetse inde

"Kercke

„ Kercke te bewaeren, daer inne hy moet overteykenen ende scryven die namen nyet alleenlyk vande gehouden personeo, mer oeck vande getuygen die int trouwen ofte contraheren ende vergaöeren van man ende wyff in huwelycke state, ofte daer die trouwe reciproce.gegeven wordt tegenwoerdich syn geweest met gnede speeificatie vanden tyt ende plaetse daer tselve gebeuren sal, ende sulcx met syn hant ende naem onderteyckenen; ende als alsulcken boeck vol wesen sal, sal die Pastoer gehouden syn tselysde met perfecte date, synen naem ende twee getuygen geteyckent te leveren die Kerekmeesters, diet tselysde tot een eeuwige memorie sullen by haer kercken-brieven in haer kereken-archiven ofte kiste bewaeren.

12. „ Item dat die ghene die inden huwelyken staet sullen begeren te vergaderen, gehouden sullen syn al eer zy sullen moegen versamen te doen by haerlieden eygen Pastoor binnen die kercke onder die Hooch-misse op drye heylige dagen aen een volgende by drye huwelycke proclamatien, brieven, ædicten, oft gebnden haer voerfereven huwelyck vercundigen, ten ware dat om redenen die selve proclamatien ende by consente vanden Ordinaris ofte Oversten wordden vereort.

13. „ Die Ordinaris nfte Overste wordt gehouden swaerlyck te straffen allen Pastoren die daer sullen hebben gestaen over eenich houwelyck daer min dan twee of drye wittige getuygen sullen present geweest hebben, sullen eensgelycx gecorrigeert wordden nyet alleenlyck die ghene die sonder de tegenwoerdicheyt van haren eygen Pastoor malcanderen haer trouwe sullen geven, maer oick die getuygen die by sulcken trouwe present sullen zyn geweest sonder by-wesen vanden eygen Pastoor oft yemandt in syn plaetse gecommitteert als boven.

14. „ Dat het decreet vanden Heiligen Concilie van Trenten roerende die heymelycke trouwe wtgegheven, eerst eens ende loop sal hebben oft effect sorteren, nae dat dertich dagen vanden eersten dach vander publicatie sullen syn overstreken.

15. „ Dat oick voertaen die besloten tyt nyet langer dueren en sal dan vanden Advent tot drie Koningen dage, ende van asschen woensdach tot beloken Paesschen incluys.

16. „ Dat oick inden Heyligen Doopsel om yemanden over die vonte te heffen alleenlyck sal toegelaten worden een mans ofte vrouwe persoon om compater, ende commater ofte gevader ende gemoeder te worden oft ten alderhoochsten twee persoonen een man ende een vrouwe.

17. „ Dat alleenlyck gevaerschap ofte geestelycke maeschap wordt gecontraheert ofte gemaeckt tusschen die gedoopte, des gedooptes vader ende moeder ende tusschen de ghene die den gedoopten vander vonte heffen, insgelycx tusschen den dooper ende den gedoopten ende des gedooptes ouders als vader ende moeder.

18. „ Die Pastoor als hy yemant sal doopen is gehouden te leeren die compater ende commater ofte gevader ende gemoeder ofte gevaders wat geestelycke maeschappe ofte gemaeschap inden Doopsel wordt genaempt, op de peyne van swaerlycke gecorrigeert te wordden, indien daer negligentie, ignorantie ende onwetenheyt (nyet tegenstaende het geestelyck maeschap) eenich houwelyck aengegaen worde, ende is tot dyen syne den Pastoor sculdich te houwen ende neerstelyck te bewaeren een boeck, daer in hy sal moeten teeckenen die namen vanden gedoopten ende vande heffers ofte gevaren, in allen puncten als int xi. artickel vant boeck vande trouwe is verordonneert.

19. „ Item dat het geestelycke maeschap sprutende wt het Heylige Sacrament des Vormsels, hem nyet vorder en streckt dan alleen tot den vormer ende gevormde, des gevormdes vader ende moeder ende den ghenen die den gevormde presenteren voer den Bisschop om gevormt te worden; ende voerts hier mede worden afgedaen alle andere beletselen die tegen den houwelyken staet souden moegen tenderen nfte vallen.

20. „ Item tusschen den schaecker ende geschaeckten soe lange die geschaeckte in des schaeckers macht ende gewelt es gheen houwelyck en sal moegen wesen ofte staen, ten waere die geschaeckte op haeren vryen voete ende plaetse gestelt zynde, inden schaecker als haeren echten man consenteerden. Nyetemin sal soe wel die schaecker als alle dghenen die raedt, daet ofte ghonste tot die schaeckinge gegeven hebben metter daet inden ban syn, ende ten eeuwigen daghen *infames om mannen*, ende *incapaces*, ofte onbequaem omme eenige digniteyten ofte overicheit te bedienen; ende sal hier en boven die schaecker, tsy die geschaeckte in hem als haeren man consentere oft niet, gehouden syn die geschaeckte te doteren ofte mit mede gave te beghiftigen tot seggende vander Rechter.

„ Aldus stont onder gescreven,
De mandato Reverendi Domini, Præpositi & Archidiaconi Trajectensis, & subsignatum,

P. DE WYELL, Not.

Provisor Zuit-bevelandiæ, a Nicolao Episcopo constitutus, adversus hæc Miropii Præp. ac Archidiaconi statuta contestationem hanc Latino sermone ad subjectos sibi Pastores ac Presbyteros emisit; Adversus quæ contestationem emittit Zuit-bevel. Provisor.

„ Provisor Jurisdictinnis Zuyt-bevelandiæ Judex ordinarius omnibus & singulis Presbyteris, Curatis, Vice-curatis, Ecclesiarumque Rectoribus, Notariis, Tabellionibus ac Clericis quibuscunque in Jurisdictione nostra constitutis, ad quos præsentium notitia devenire contigerit, salutem in Domino, qui est omnium salus. Cùm Reverendissimus Dominus noster Episcopus Middelburgensis intellexerit, Reverendissimum Dominum Præpositum & Archidiaconum Trajectensem intentionis esse quoddam edictum in præjudicium seu potius diminutionem & enervationem autoritatis & Jurisdictionis Episcopalis super publicatione & observatione Decretorum Sacro Sancti Concilii Tridentini in singulis Parochiis & Ecclesiis suæ Diœceseos publicare & per vos publicari mandare, ipsiusque Reverentiæ interfit & ex Episcopali cura & officio incumbat, ne quid ex eo & edictorum forsan diversitate scandali seu confusionis in Ecclesia & populo suæ Diœceseos oboriatur, cum idem Reverendissimus noster ea in re abunde in

,, novissima Diœcesana Synodo mense Novem-
,, bri celebrata, officio suo functus sit. Hinc est
,, quod nos vobis ad memoriam reducentes ve-
,, ram obedientiam, quam juxta decretum præ-
,, mentionati Tridentini Concilii, quod incipit: *Sess. 25. cap. 2.*
,, Cogit temporis calamitas &c. Romano Pontifi-
,, ci tanquam Christi Vicario in dicta Diœce-
,, sana Synodo solemniter præstitistis, nec non
,, decretorum dicti Concilii Tridentini recepti-
,, onem & observantiam, quam sancte professi
,, estis, Vobis omnibus & singulis suprascriptis
,, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ.
,, sub excommunicationis & centum Philippico-
,, rum, in pios usus arbitrio dicti Reverendissimi
,, Domini nostri applicandorum, pœnis, de specia-
,, li jussu & mandato sæpedicti Domini nostri
,, inhibemus & interdicimus, ne quis vestrum,
,, cujuscunque status & conditionis fuerit, præ-
,, sumat seu audeat præmentionatum Reveren-
,, di Domini Præpositi edictum seu quæcun-
,, que alia per eundem D. Archidiaconum
,, forsan emananda, donec de consensu dicti D.
,, Reverendissimi nostri constiterit, uspiam ex-
,, tra vel intra Ecclesiam publicare & seu publi-
,, cari procurare, ni malueritis pœnas & censu-
,, ras præscriptas incurrere, ad quarum declara-
,, tionem & realem evictionem proculdubiò Pro-
,, curator Curiæ nostræ Fiscalis contra rebelles &
,, huic inhibitioni nostræ non parentes & eorum
,, quemlibet, quanto acrius poterit procedet &
,, procedere statuet justitia mediante. Datum
,, Reymerzwalis nostro sub sigillo præsentibus
,, subimpresso, sabbato post Dominicam *Oculi*
,, Anno 1566. stilo communi. Sic subsignatus
,, P. *E. Provisor. De mandaro *J* Lettert
,, Not. A tergo sic habebatur: Et sabbato *post*
,, *Oculi* inhibuit D. Provisor retroscriptus, jussu,
,, uti asseruit, Vicarii Reverendissimi Middelbur-
,, gensis, Domino Decano Jurisdictionis Zuyt-
,, bevelandiæ sub similibus pœnis, ne publica-
,, tionem edicti D. Præpositi fieri permittat
,, uspiam &c. Actum præsentibus Francone van
,, Campen & Arnoldo Henrici testibus, & me
,, Notario, quod testor. Pro notulâ subscriptum,
,, Lettert Notarius.

Insigne Pallium Decano & Cap. S. Mariæ Trajecti donavit Nic. Episcopus.

In concordiæ & amicitiæ veteris tesseram Antistes hic, *insigne Pallium*, quod per fratrem suum confici jusserat, Decano & Capitulo S. Mariæ jam antè donarat, ab ipsis in Choro Ecclesiæ suæ juxta pallium Cardinalis cujusdam* appensum, ut hac Epistola testatum faciunt.

Reverendissime in Christo Pater & observandissime Domine post humillimam nostri commendationem.

Reverendissime Domine,

Nacti oportunitatem D. Johannis de Castro V. R. Paternitatis fratris, omittere non potuimus, quin magnas gratias E. R. V. P. ageremus de tam insigni Pallio, *quod eadem V. P. nobis ad maximum Ecclesiæ nostræ honorem & decorem donavit, & per eundem suum fratrem honorificè fieri & confici voluit. Cui assignavimus honestissimum locum, tali videlicet dono dignum; juxta enim Pallium Illustrissimi Domini Cardinalis in Choro nostræ Ecclesiæ supra Presbyterium appendi curavimus. Qui locus si R. P. V. minus placuerit, alium sibi deligere poterit, quo suspendi velit, atque si nos vicissim aliqua in re R. P. V. officium gratum præstare poterimus, habebit nos ad omnia semper paratissimos. Interim quoque adhibebimus omnem nostram operam, at ejusdem R. V. P. fratri ab Ecclesiæ nostræ Camerariis de pecuniis pro eadem computatis & computandis, quantocius satisfiat, Deum optimum maximum orantes at R. P. V. nobis incolumem & diu sospitem conservare dignetur.*

Raptim Trajecti sub signeto nostri Decani, xv. Augusti Annò xv^C. LXIIII.

E. R. V. P.

Inservitores deditissimi,

Decanus & Capitulum Ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis.

* *fortè* Wilh. Enkevortani, *qui & Episc. Traj.*

Cui, Collega hujus Canonicus, libellum nuncupavit Duncanus.

Martinus Duncanus Nicolao Antistiti, cum jam adhuc Ecclesiæ istius Canonicus esset, *Prætextatam latinè loquendi rationem* inscripsit; *Fateor equidem*, inquit in nuncupationis exordio, *non tibi esse usui, qui ad literarum culmen me provectus es longè altiat.*

Toto Episcopatus tempore sollicitè egit, & miræ probitatis exemplo præluxit.

Ceterùm Episcopum agens, *Sollicitè*, inquit Gazæus *Hist. Eccl. Belgii*, pag. 491. *inquisivit in eos, qui Diœcesin conspurcare hæresibus, seseque illis conspurcare aggrediebantur; egregio morum, & sigillatim benignitatis comitatisque exemplo præluceus.*

Senex de successore providè satagit.

Cumque ætas jam ingravesceret testamentum condidit, atque habito cum Capitulo Cathedrali & præcipuis Abbatiæ D. Virginis Canonicis consilio, de futuro tam sedis quam Abbatiæ successore providè disposuit.

Dysenteriâ demum, urbe obsessâ correptus, placidè obiit, in Cathedr. Ecclesia conditus, fundatâ bursâ pro Artium studiosis;

Middelburgo post hæc ab Auriacis arctissimè obsesso, ad Martyrium anhelans, correptus dysenteriâ, ex eodem morbo ea in urbe placidè in Domino obdormivit, XVII. Calendas Junii, Anno 1573. annos natus LXX. postquam ministerium suum annis XII. religiosè adimplesset. In Cathedrali sua Ecclesia conditus est, nullo ei ob temporis acerbitatem posito Epitaphio; cui vice Epitaphii hoc *Grammaii* carmen appendimus:

*A Castro ** ad Burgum properat, Præsulque † Zelandiæ*
Est; per terram æquè ac per mare ‡ Falco volat.

I. B. Gramaye in Lovanio p. 23.

ab infractâ animi magnitudine commendatus, atque ob alias dotes, etiam ab exteris fidei Cath. laudatus.

Ante obitum, ex Valerio in *Fast. Acad.* bursam unam in Falconis Pædagogio pro Artium studiosis fundavit.

De quo & hoc memoriæ proditum, quod cum Senatus Middelburgensis Anno 1566. eum rogaret, ut paulisper se furori insanæ plebis subduceret, alioqui præsens vitæ sibi imminere periculum, hoc constanti & infracto animo reddiderit responsum*: *Sicariorum, quæso, mihi denuncietis adventum, ut Pontificali indutus habitu, a grege secerar, & pro grege meo occumbere valeam tanquam Episcopus.* Animi tamen prudentia zelum Antistitis comitabatur; qui hinc ab ipso Boxborniò in *Zeland. Chron.* pag. 55. laudatus est, ut vir *cumprimis doctus ac sapiens*, & qui *Ducis Albani consilia semper, ut poterat, compressit.*

Nicolaum hunc subsecutus est,

** vernaculè *Verbruch.*
† potius *Zelandis.*
‡ *Allusio ad Pædagogium* Falconis, *in quo Professorem egit antè Episcopatum Middelb.*
* *Raissius in Belg. Christ.*

JOAN-

JOANNES STREYENUS,

II. Episcopus Middelburgensis.

J. Streyenus, Zelandus, Nicolai primum Vicarius Generalis, dein successor a Rege designatus,

JOANNES A STREYEN †, Zelandus, Valerio Andr. * perperam Dordracenus dictus, Artium Magister, ac Sac. Theol. apud Grudios Licentiatus, Kaukerkanus primùm in Zelandia Pastor, dein in Vicarium Generalem fatiscentis Nicolai, ne, si mors incideret, oriretur contentio, concordi utriusque consessûs, Cœnobii sc. ac Capituli, suffragio tempestivè adscitus; Sede exin ad modicum tempus per obitum Episcopi Nicolai vacante, a Rege Catholico in defuncti locum designatur.

Requesentii, ad Schenkum pro fidei morumque testimonio adipiscendo, litteras impetrat.

Sed cum electus, ut Regis a Pontifice Rom. designatio rata haberetur, opus haberet Metropolitani testimonio, coram quo legitimus de fide & moribus processus instituendus erat, pro eo impetrando Ultrajectum ad Schenkum Archiepiscopum scripsit Ludovicus Requesentius, Insubriæ Prorex, Albano Duci in Belgii Præfectura successor datus.

Litteræ, ex autographo Belgico desumptæ, ac traductæ, hujus sunt tenoris.

Reverendissime, in Deo singulariter dilecte amice.

Cum Regi, Clementissimo ac benignissimo nostro Domino, maturâ habitâ deliberatione visum demum fuerit huc ad nos mittere regium Diploma, quo ad vacantem modò Middelburgensem Episcopatum designat Reverendum Dominum, Joannem Streyenum, dictæ Sedis Vicarium Generalem, hinc ei incumbit Apostolicæ Sedis confirmationem ex Urbe deposcere. Hanc autem impetrare Romà nullatenus poterit, nisi antè ex Concilii Tridentini Decreto, debitu per te, legitimum ejus Superiorem atque Archiepiscopum, in eum inquisitio fiat, in Urbem dirigendu. Et certè in hanc inquisitionem se coram vobis sistere difficillimis hisce temporibus, res plena incommodi ac periculi est, ut ipsemet haud ægrè perspiciet. Ea propter benevolè rogamus, ut quantocyus ad Præpositum & Consiliorium Fonckium, legitimum delegationis scriptum in Antverpiensem Episcopum, vel in Vicarium Generalem Mechliniensis Archiepiscopi, transmittere ne graveris, quo suprà memorata inquisitio ad minimum dispendium ac majus commodum Joannis Streyeni legitimè hic decerni possit.

Ita rectè facies, quem omnipotenti Deo commendatum volumus, Antverpiæ VIII. *Idus Augusti* 1575.

Vobis amanter amicus,

LUDOVICUS REQUESENTIUS.

Sic a Rom. Pont. confirmatus,

Joannes Streyenus, obtento a Rom. Pontifice Anno 1576. confirmationis Diplomate, Namurci a Rmmo Francisco Walloncappellio, urbis ejus Antistite, in Minoritarum ædibus consecratur Episcopus mense Augusto, in D. Virginis assumptæ solemnitate, Anno, supra sesqui-millesimum, octogesimo primo.

consecratur:

at propter motus religionis exulat;

Consecratio in hoc tempus dilata, quia urbs & Ecclesia Middelburgensis ab Aurangiis erat occupata. Propter eandem causam & ob graves motus in avitam Catholicam fidem deinde subsecutos, Cathedram Episcopo huic conscendere non licuit: sed Coloniæ partim, partim & Ruremondæ apud Lindanum illic Episcopum tantisper vixit; donec tandem Seminarii a Rege Catholico apud Grudios erecti moderamen consequeretur, quod magna cum laude semper exul usque ad mortem exercuit.

creatus primus Collegii Regii apud Grudios Rector,

Intereà opus, quod in Diœcesi suâ coram agere non valuit, vicinis Rectoribus & Presbyteris ex auctoritate commendavit.

muneris exercitium Rectoribus committit; per disertum Diploma.

Sic Sasboldo Vosmero, Sedis Ultrajectinæ vacantis tum Vicario Generali, Anno 1584. potestatem fecit, quævis ferè sacra munia per Diœcesin Middelburgensem obeundi, atque ab omnibus reatibus absolvendi, per disertum Diploma, quod ex authentico Codice MS. hic exhibemus;

"Joannes a Streyen, Dei & Apostolicæ Sedis
"gratiâ Episcopus Middelburgensis, universis
"& singulis Christi fidelibus præsentes litteras
"inspecturis, lecturis seu legi audituris, Salu-
"tem in Domino sempiternam. Cum Sanctissi-
"mus Dominus noster, D. Gregorius Papa de-
"cimus tertius, nos, unà cum nostro Collega,
"cum clausula, & eorum cuilibet, &c. ad in-
"frascripta specialiter & expresse depotaverit,
"prout in litteris Sanctissimi Domini nostri
"prædicti, desuper in forma Brevis, sub annu-
"lo piscatoria, expeditis, latius continetur &
"habetur; quarum tenor sequitur & est talis.
"Superscriptio est hujusmodi, *Dilectis filiis, Jo-*
"*anni Electo Middelbourgensi, & Maximilia-*
"*no Merilleno, Vicario Generali Mechlinien-*
"*si, & eorum cuilibet.* In capite sic scriptum
"est, *Gregorius Papa XIII.* Deinde subsequi-
"tur. *Dilecti filii Salutem & Apostolicam be-*
"*nedictionem. Pastoralis officii cura nobis divini-*
"*tas demandata, nos continuò habet anxios &*
"*sollicitos, ut hæreditas Domini, videlicet po-*
"*pulus fidelis, in viam salutis dirigatur.* Cum
"itaque, sicut accepimus, in inferioribus Belgi-
"cis ditionibus plures sacerdotes reperiantur,
"qui zelo salutis animarum impulsi, proposue-
"runt, Deo juvante, sese conferre ad eas pro-
"vincias & oppida prædictarum inferiorum Bel-
"gicarum ditionum, quæ ab hær. occupan-
"tur, ut ibi Catholicos utriusque sexus in
"fide orthodoxa confirment, iisque Sacramenta
"administrent, & Sacrosanctum Missæ sacrifi-
"cium celebrent secretè, & quo poterunt ma-
"jore fructu, illis in locis, boni Pastoris offi-
"cium suppleant, ubi propter hæret. pres-
"suras divinus cultus publicè exerceri non
"potest, nos personarum in dictis regionibus

† *Suffridus Petri, Havensius, Valerius Andr. in Fast. Acad. aliique.*
* *Val. Andr. in Fast. Acad.*

 exi-

"existentium necessitatibus, sollicita nostra diligentia subvenire cupientes, Vobis, de quorum integritate, prudentia, ac Catholicæ religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, Altare portatile juxta sacrorum Canonum permissionem, sacerdotibus prædictis, probatæ vitæ, & vobis benevisis, concedendi, ac quos idoneos reputaveritis, deputandi, qui omnia sacramenta quibuscunque personis, in quibuscunque Diœcesibus, Pastore carentibus, & ab hæret. occupatis, administrare possint, omissis pro necessitate cæremoniis solitis, non tamen necessariis, ubi per tyrannidem & vim hæret. non possunt hujusmodi cæremoniæ adhiberi, & quam diu illa vis exstabit, nec non quorumcunque utriusque sexus Christi fidelium in quacunque Diœcesi confessiones audiendi, ac eos ab hæresi, & schismate, ac aliis omnibus casibus Episcopalibus, & aliis quomodolibet reservatis Sedi Apostolicæ, & in Bulla in die Cœnæ Domini per Romanos Pontifices legi solita contentis, absolvendi licentiam & facultatem Apostolica auctoritate tenore præsentium, durantibus hujusmodi necessitatibus, concedimus & impertimur: ita tamen ne, quod datur ad ædificationem, cedat in destructionem, ut omnia prædicta gratis faciatis & exhibeatis, & ab iis quos deputaveritis, gratis fieri & exhiberi faciatis, nec quicquam etiam a sponte offerentibus recipiatis, seu ab aliis recipi permittatis, sub pœna excommunicationis, & præsentium litterarum nullitatis, per contrafacientes eo ipso incurrenda. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die III. Febr. M. D. LXXXI. Pontificatus nostri anno nono, subsign. Cæ. Glorierius. Hinc est quod nos Joannes a Stryen Episcopus Middelburgensis præscriptus, auctoritate & potestate præmentionata, nobis ut præmittitur concessa & commissa, & qua fungimur in hac parte, Reverendum & spectatum Virum Dominum ac Magistrum Sasboldum Vosmer, Sacræ Theologiæ Licentiatum Diœceseos Trajectensis, absentem tanquam præsentem, de cujus vitæ probitate, prudentia, ac in fide Catholica zelo & synceritate nobis liquido constat, ad infra scripta deputamus & nominamus, eique Altari portatili, juxta sacrorum Canonum permissionem utendi, ac omnia sacramenta quibuscunque personis, in quibuscunque Diœces. Pastore carentibus, & ab hæret. occupatis, administrandi, omissis pro necessitate cæremoniis solitis, non tamen necessariis, ubi per tyrannidem & vim hæret. non possunt hujusmodi cæremoniæ adhiberi, & quam diu illa vis extabit: nec non quorumconque utriusque sexus Christi fidelium in quacunque Diœcesi confessiones audiendi, ac eos ab hæresi & schismate, ac aliis omnibus casibus Episcopalibus, & aliis quomodolibet reservatis Sedi Apostolicæ, & in Bulla in die Cœnæ Domini, per Rom. Pontifices legi solita contentis, absolvendi licentiam & facultatem, Apostolica auctoritate prædicta, durantibus hujusmodi necessitatibus, secundum præinserti Brevis continentiam & tenorem concedimus & impertimur per præsentes, ita tamen ut omnia prædicta gratis faciat & exhibeat, nec quicquam etiam a sponte offerentibus recipiat, sub pœna excommunicationis, & præsentium litterarum nullitatis, per contrafacientes eo ipso incurrenda. In quorum omnium & singulorum fidem præsentes litteras, per Secretarium nostrum Notarium publicum exinde confectas & signatas, nostra manu propria subsignavimus, & sigillum nostrum parvum, quo in similibus utimur, iisdem duximus subimprimendum. Datum Lovanii Mechliniensis Diœces. in magno Collegio Theologorum, loco siquidem nostræ ac Regiæ Cathol. Majestatis Seminarii, residentiæ, Anno Domini millesimo, quingentesimo, octuagesimo quarto, mensis Januarii die secundo. Subsignatum:

JOANNES A STRYEN,
Episcopus Middelb.

Et inferius:

De Mandato Reverendissimi Domini mei Episcopi præfati Servatius Alun. &c.

Collatione facta cum suis originalibus litteris sigillatis inventa est præsens copia cum eisdem concordare, per me Gosuinum Gommenich, Presbyterum Coloniensis Diœcesis Sacra Apostolica authoritate Notarium publicum approbatum & admissum. Ideo eandem nomine, cognomine, & signo meis solitis atque consuetis subscripsi & subsignavi.

Similem facultatem per ejusdem ferè tenoris Diploma J. Streyenus concessit Michaëli, Sasboldi fratri Germano. Epistola, quæ Diplomata hæc comitabatur, Lovanio x. Augusti 1584. ad Michaëlem data, hæc ferè complectebatur:

Obsecutus libentissimè animo tuo & fratris tui (Sasboldi) verè pii viri desiderio, quod petisti, mitto. Rogo Dei clementiam, ut tanto cum fructu ministerium hoc exerceatur, quanta cum animi promptitudine a me mittitur. Tum quædam subjungit, quæ ulteriorem dispensandi licentiam continent:

Rom. Curiæ ministrorum avaritiam suggillat.

De dispensandi, inquit, *potestate, quæ ægrè impetratur propter Officiarios qui Romæ officia pretio redimunt, quantum poterit, mihi curæ erit*, &c.

In controversia, quæ tum in Urbe circa Divinæ gratiæ auxilia agitabatur, Streyenum intervenisse, liquet ex *Historia Congreg. de auxiliis l. I. cap.* 5. ubi sic legitur: *Interea subintravit in causam Middelburgensis Episcopus; qui cum certò nosset novas indies controversias orituras ob Pontificiæ definitionis, quam jam anteà spoponderat Sixtus V. procrastinationem, Gregorium XIV. supplicibus Epistolis rogavit die IV. Aprilis, ut præsentibus dissidiis modum imponeret, & futura præcaveret.*

In causa Div. auxiliorum Romæ agitata, per supplices litteras intercedit.

In Sanderi *Brabantia*, ubi de Abbatia Vlierbecana disserit, de Streyeno legimus, *quod in Petri Cælsii Abbatis Vlierbacensis, a Joanne Austrinco ad Auriacum Principem se jungentis, Joannes van Streyen, Episcopus Middelburgensis, a sua tunc Episcopali Sede exul, Anno 1578. regiâ auctoritate domûs Vlierbacensis administrator constitutus remanserit, donec & ipse pertæsus calamitatum spontè cederet, & Abbas mense Nov. 1581. rediens administrationem suam resumeret: coactusque fuerit dictus Episcopus supremo Brabantiæ Senatui damna administrationis suæ tempore Monasterio illata, non modica restituere, nam ære alieno domum gravaverat, mobilia vendiderat, &c.*

In Vlierbacensis Cœnobii administrationem immittitur, bonorum & famæ dispendio.

Non

Non meminit auctor qua fide hæc gesserit Middelburgensis Antistes. Havensio quidem, *Vir fuit perquam insignis, optimo ingenio excellentique doctrinâ præditus.*

Ab Havensio a doctibus laudatus defungitur, & conditur Lovanii sub hoc ære inciso Epitaphio.

Ceterùm Collegii Regii multos annos præses defungitur Lovanii VIII. Idus Julii Anno M. D. LXXXXIV.

Depositus ibidem in D. Quintini templo ex adverso summi altaris, sub sarcophago, cujus æreæ superficiei Antistitis effigies cum insignibus paternæ ac maternæ stirpis gentilitiis insculpta sunt, & hoc ei inscripto Epitaphio:

RMO DD. JOANNI A STREYEN,
SECUNDO MIDDELBURGENSIUM
EPISCOPO,
SEMINARII REGII LOVANIEN. PRIMO
RECTORI,
OB RELIGIONEM EXULI, DEFUNCTO LOVANII 8. ID. JULII 1594.
HH. PP.

Typus Episcopi hujus in dicti Collegii aula adhuc visitur.

CAROLUS DE RODOAN,

III. Episcopus Middelburgensis.

Caroli Rodoan, Streyeni in Middelb. sede successoris, natales, munia,

CAROLUS PHILIPPUS DE RODOAN, * a *Berligem*, nobilis genere, sed nobilior virtute, ac prisci candoris vir, Ecclesiæ Cathedralis Virdunensis primùm Canonicus, dein & Canonicus, Cantor ac Decanus Ecclesiæ Gandavensis, indè Præpositus D. Waltrudis Montibus, Abbas insuper *Commendatarius* Eynhamensis; mox electus atque a Mechl. Archiepiscopo consecratus Alosti Anno 1600. tertius creatur Middelburgensium Episcopus. Sed cum ob sævientem persecutionis æstum Middelburgi degere non posset, post obitum Rever. Domini Matthiæ Lamberti † Laurentiani, sub Archiduce Alberto translatus, & constitutus est Ecclesiæ Brugensis IV. Episcopus. "In administratione bujus " Ecclesiæ, ait Sanderus, laudem promeritus est " singularem; erat enim vir animi profusus & æ"ris, amplius etiam aliquandò, quam faculta"tes paterentur. Verè enim, inquit, *oculus fuit* "*cœco & pes claudo*":

ad Brugens. Cathedram translatio,

dotes,

Negotiis Ecclesiæ Middelburgensis, & jam ad Brugensem Sedem translatus, a vicinis Zelandis interpellatus, se quandóque immiscuit; benignior in dandâ legis veniâ Zelandis Catholicis contrahere volentibus coram Ministris Acatholicis, quod Ordinum Provinciæ sanctionibus gravissimè præceptum erat.

De hac veniæ facilitate querelæ pluries a nostratibus Sacerdotibus, sacra illic operantibus, ad Sasboldum, ejusque Vicarios delatæ.

obitus. Sepultura, fundatio,

Carolus autem hic vitam cum pedo dimisit Eynhamiæ Anno 1616. apud D. Donatianum sepultus, in Capella D. Caroli Boromæi a se extrui & ornari cœptâ, ubi, sicut & Virduni, Anniversarium fundavit; hoc ei posito Epitaphio:

* *Arn. Havensius de erect. nov. Episcop. Belg.*
† *Ant. Sanderus de viris Flandr. illustr. l. 2. Brug. pag.* 220.

Epitaphium.

COELUM, NON SOLUM.
DEO. OPT. MAX.
CAROLUS PHILIPPUS
DE RODOAN.
H. S. E.
GENERE ILLUSTRIS, VIRTUTIBUS
ILLUSTRIOR AD SUMMA
ASCENDIT:
FUIT CANONICUS, CANTOR,
DECANUS ECCLESIÆ GANDENSIS,
DEIN PRÆPOSITUS D. WALDETRUDIS MONTIBUS; STATUM
ECCLESIASTICUM IN ORDINES
FLANDRIÆ INDUXIT.
FUIT ABBAS EYNHAMENSIS, MOX
MIDDELBURGENSIS,
POST
HUJUS ECCLESIÆ EPISCOPUS.
AMISSUM LUGETE POSTERI
VERE VIRUM.

MID-

MIDDELBURGENSIS ECCLESIA,

post immutatum avitum cultum ac regimen.

Sedentibus adhuc in Cathedrâ suâ Middelb. Episcopis, novæ reform. semina illic sparsa per Galenum Joan. laicum.

Vivente adhuc primo Middelburgensium Antistite Nicolao, novellorum dogmatum semen per Ecclesiam ei commissam spargi cœpit. Primus, qui novæ reformationis obtentu Calviniano illic ritu docuit, & sacra administravit, fuit homo laicus, Boxhornio *Zel. Annal.* p. 169. sutoriâ arte, ne plebi oneri esset, primùm victitans, *Galenus Joannis Deenbornius.* Pro fano ei erat mercium apotheca ad portam Damensem, quæ ad austrum est. Sed coactus Noortvicum in Angliam fugere, consolatorias inde Anno 1562. scripsit ad fratres & sorores communionis suæ, Walachros.

Subsecutâ dein iconomachiâ, atque avito cultu Catholico, per immutatum regimen, eâ ex urbe & a tota Zelandia profligato, cum Episcopi diutius ob persecutionis æstum hærere illic non possent, Ecclesiæ illi, sponsæ suæ, prospexerunt per delegatos a se Orthodoxæ fidei Presbyteros & administros.

Exules dein e Cathedra hac Episcopi gregem commendarunt substitutis sibi operariis;

Sic Joannes Streyenus, a Sede Middelburgensi ob motus in Cathol. religionem exul, sacra administrandi potestatem fecit, ut modò meminimus, Sasboldo Vosmero, Delphensi Presbytero, Sedis Ultraj. vacantis Vicario Generali, per disertum Diploma Lovanii datum 2. Jan. Anni 1584. a nobis ex authentico exemplari jam exhibitum.

quem dein curaverunt Fœd. Belgii Vic. Apostolici,

Sic Michaeli Vosmero, fratri ejus germano, per similis tenoris Diploma sub idem tempus Lovanii datum, eandem facultatem impertiit. Vicariis Apostolicis Fœderati Belgii, Sasboldo sc. prædicto, ejusque successoribus Provincia ista dein commissa est: hi munus hoc adimpleverunt cum per se, tum per substitutos sibi Provicarios; designantes plerúmque unum, qui Ecclesiæ isti Provicarii Zelandiæ nomine intenderet. Quamquam Streyeni in Sede Middelburgensi successor, Carolus Rodoanus, munus hoc a se non omnino dimitteret.

delegatis in munus hoc

Provicariis.

THEODORUS ALBINUS, vulgò dictus *de Wit*, apud Dordracenos primùm, dein & Ultrajecti pastoritium munus gerens, Sedis Ultrajectinæ insuper Vicarius Generalis, atque Philippi Rovenii Philipp. & Ultraj. Episcopi ac Vic. Apostolici Provicarius, se Middelburgensis quoque Diœcesis pro tempore Vicarium inscripsit, in communi Cleri Batavi Epistolâ, Harlemo 8. Junii Anno 1623. ad dictum Rovenium, Romam, ejusdem ibi Cleri causam agentem missâ.

JACOBUS TORRIUS, Philippi Rovenii primùm adjutor, dein & successor, sub Ephesini Archiepiscopi titulo, ab Hollandia ob exercitum munus proscriptus, *Hujus* (Middelb.) *Diœcesis se curam sibi reservasse* scribit *in Relat.* sua *Romanâ: tum quia illic ab incunabulis educatus fuit, tum quia eidem ob Brabantiæ residentiam satis vicinus.*

RUDOLPHUS HEUMIUS, S. T. L. apud Dordracenos Pastor, Collegii Ultrajectini Assessor & *Decanus*, ut in tabulis Cleri se inscripsit, tum & Adrianus Outheusdius, Gorcomio-Batavus, Sac. Theol. Lic. alter Roterodamensium Pastor, Zelandiæ Vicarii fuere.

Iis in hoc munus, sub sequentibus Apostolicis Vicariis, succèssere,

JACOBUS CATZIUS, Gorcomiensis, Sac. Theol. Bacc. form. Collegii Ultraj. Assessor, atque apud Goudanos tum Pastor.

Catzio dein Ultrajectum evocato,

HUGO HEUSSENIUS, Sac. Theol. Lic. Coll. Ultraj. Assessor, Vic. Dec. atque apud Leidenses Pastor.

Sub Præpositorum istorum auspiciis varii de Clero Batavo Presbyteri relictum Zelandiæ agrum excoluere.

A quibus; & cum omnis Eccles. ordinis viri totâ Zelandiâ exularent,

Jam ab initio turbarum totâ Zelandiâ exulare debuerant Ecclesiastici, cujusvis ordinis, tam Clerus, quam Regulares; edicta namque gravius illic, quam in reliquis Uniti Belgii Provinciis, sæviêre.

varii identidem Ultrajecto submissi Sacerdotes;

Middelburgi tamen, ubi pridem ‡ *pauci admodum erant Catholici, circiter* 150. *iique satis frigidi*, sicut & *Goezæ*, & per omnes Zelandiæ palmarias insulas, sacerdotes Ultrajectenses sub initium utilem continuò & insignem, quamvis molestam, navarunt operam; sibi mutuò primùm singulis trimestribus, * posteà singulis sex septimanis, vicariâ operâ succedentes, pro necessitate aut utilitate ex una in aliam insulam non sine gravi periculo & molestia transfretantes. Unde & evênit, ut aliqui eorum ex laboribus & acris intemperie illic defuncti, alii gravi morbo contracto domum regredi coacti sint.

uti Mart. Regius,

Sic jam olim Martinus † Regius, Ninoviâ-Flander, sine sacculo aut pera peragravit totam Zelandiam; vir verè Apostolicus, cujus *Bat. Sacr part.* 2. sub Presbyteris Ultraj. meminimus.

Godefrid. Rueverius,

GODEFRIDUS RUEVERIUS, Sac. Theol. Lic. sub initium seculi decimi septimi, curam suam impendit Middelburgi, Gouzæ & in adjacentibus locis, ut fidem faciunt litteræ, quas etiamnum tenemus, ex Zelandia Anno 1612. die 12. Julii ad Illustrissimum Sasboldum Archiepiscopum, atque ad ejus per Diœcesim Ultraj. Vicarium Generalem exaratæ.

In iisdem mentionem injicit Nicolai Lonii, sui in curâ istâ Antecessoris. *Ad quod responderunt*, inquit, *se hac de re bis terve convenisse me præcedentem, confratrem Lonium*, &c.

Nicol. Lonius, aliique.

NICOLAUS LONIUS iste, ortu Edamensis, "Acolythus aliquandò Illustrissimi Sasboldi Ar-"chiepiscopi, & ab eo destinatus ad Pastoratum "S. Antonii in Schevelingen propè littus", juxta Schedam 18. Sept. 1603. Sasboldi ipsius manu exaratam, decessit e vivis 19. Aprilis 1646.

‡ *Relatio Missionis Anni* 1616.
* *Relatio Phil. Rovenii Anno* 1638.
† *Abrah. Brien. Annot.*

Mid-

Patres S. J. Middelburgi interim sedes figunt.

Middelburgum tamen, sicuti & Goeza, pluribus retrò annis Sacerdotem aut alterum aluit, ac primò clàm & secretò.

Patres Societatis Jes. Middelburgi commorantes dudùm hujus urbis & aliorum Walachriæ oppidorum, vicorumque fidelibus operam impenderunt. *Interdum tamen etiam pauperibus*, inquit * Jac. Ephesinus Arch. *hic succurrimus per sacerdotes seculares, per modum transeuntium, ne innotescant ordinariè hic residens, & gravetur nimis lytris communitas Catholica.*

Ab annis etiam duobus de triginta Joannes Castoriensis Episcopus, misertus maximè pauperum, quibus per unum de Societate Jes. Presbyterum minus prospici arbitrabatur, Middelburgum duos misit de Clero Sacerdotes.

Duo de Clero Presbyteri eò subindè destinati, migrare coguntur.

Primùm sub Annum 1679. misit

AMANDUM VAN NISPEN, Zelandum, origine Bergo-zomensem, sub cujus Marchionatu Dominum van Nispen, Theologum Lovaniensem. Rebatur Antistes hic Middelburgenses Catholicos Nispium dignè in Domino recepturos, cùm propter claram viri illic prosapiam, tum propter ejusdem modestiam ac blandos mores.

Cum nihilominus secus accideret, eum Middelburgo avocatum, primum Soetermeeriensium apud Batavos Pastorem constituit; eique per eundem Castoriensem Antistitem substitutus fuit

MARTINUS VERRYN, Goudanus, Theologus Lov. Incitato verò in Verrynium Acatholico Magistratu, brevi pulsus, receptâ Lovanii Sac. Theol. Lic. laureâ, Dordracensium Pastor designatus, apud Dordracum obiit 9. Dec. 1689.

Eadem & deinde Patr. Jesuitarum illic agentium sors;

Jesuitis autem, Anno 1708. totâ Hollandiâ exulare jussis, bini quoque ex eadem S. Ignatii familiâ Middelburgensibus Catholicis deservientes, cum graviter cum æditius Ecclesiæ Domesticæ dissentirent, sub idem ferè tempus urbe istâ, ob erumpentes motus, a Senatu, eorum non ignaro, proscripti sunt.

In eorum locum ac messem ab Adamo Damio, Adrianopol. Episcopo, Colon. Nuntio hujus conscio, immissus

in quorum stationem

PHILIPPUS AUGIERS, Teneræmunda-Brabantus, Presbyter, Hispaniæ ablegato Hagæcomitis dudùm a sacris, Hagâ & totâ Hollandiâ ab Holl. Ordinibus, ob excitatos ibi motus, expulsus.

alii, a Verensibus etiam expetiti,

Hic ut tutius Middelburgi lateret, nomen sibi *Romani*, vulgò *Romeyn* adsciverat. Sed cum spartam suam moribus haud adeò dignis annos pauculos ornasset, subitaneo morbo, dum ad ægrotum pergit, correptus, extra ædes suas, ad alienas raptus, intempestivè animam efflat Middelburgi 14. Oct. Anno 1713.

Religiosores oppidani religiosiorem expetentes Presbyterum, Augerio jungi optabant Patrem Franciscum *de Wys*, a patria urbe, *Bredanum* dictum, Instituto Capucinum, *Sluysensibus* Catholicis per id tempus operam dantem.

Verenses Catholici, Patrum Jesuit. ad se excurrentium ministerium quoque pertæsi, eundem, obtentâ jam a Senatu facultate, præfici sibi exoptabant.

continuâ serie

Adrianop Archiepiscopus, preces eorum, cum *Concordatis* adversarentur, respuens, ut pluribus Epistolis, quarum transsumptum teneo, disertè asserit, ad Verenses, ut primum ab expulso ritu Catholico fidei præconem, destinavit *Nicolaum Pouget*, gente Suecum, Theologum Romanum.

Sed cùm æmulorum studio hæc frustraretur Missio, Presbyter hic Philippo Augerio Middelburgi junctus est Collega.

Illo post tantillam moram, ut in superiori Germania munus obiret, indè revocato, socius Augerio datus est *Nicolaus van der Steen*, Amstelodamensis, Theologus Lovaniensis, moribus, uti & decessor ejus *Pougetius*, probè compositis. omissi.

Sed cum Steenius, diuturnioris ibi moræ pertæsus, in patriam rediret; *Homadamque* & *Jacobi-Woudam* propè Leidam missus, invito loci hujus Toparcha Catholico sacra obiret, ab immissis Hagâ apparitoribus captus & in carcerem compactus, postque breve intervallum eo liberatus, contracto inde gravi morbo Amstelodami Anno 1713. sub æstatem vitâ exstinctus est. Adjutor ejus loco Augerio datus, qui & eidem defuncto suffectus est

JOANNES VAN VEEN, Hagæ Comitanus, Collegii Urbani Romæ Theologus, hic & illic in patriâ operarius, * ac novissimè ad *Quakelam*, in fodinis viciniam, Pastor, &c.

VIRI INTER

MIDDELBURGENSES

ILLUSTRES.

Viri Illustres;

Inter viros religiosos, & eruditos Scriptores, quos Middelburgum nobis dedit, præter nominatos jam Abbates Middelburgenses, aliosque celebrantur,

Jacobus Ant. Middelb.

JACOBUS * ANTONII MIDDELBURGUS, Juris Pontificii Professor, Cantor ad S. Gudilam Bruxellis, & Camerac. Episcopi Henrici de Bergis Vicarius, qui scripsit de *præcellentia potestatis Imperatoriæ*, Antv. Anno 1502. & Romæ 1503. in 4. editum librum ab Erasmo ob argumentum & stilum laudatum *l. xi. epist.* 26. Floruit hic seculo xv. labente.

Paulus Middelb.

PAULUS, † a natali solo, more gentis cognominatus Middelburgius, insignem Lovanii artis Medicæ & Mathematices peritiam adeptus; *omnium sui seculi Mathematicorum ex nationis prærogativa facilè princeps*, magni Julii Cæs. Scaligeri judicio.

Fuit primò Urbinatium Ducis Medicus; pòst beneficio ejusdem, ac Maximiliani I. Cæsaris, Episcopus Foro-Semproniensis: à Julio dein II. & Leone X. Pontt. Maxx. ad præsidendum Lateranensi Concilio electus & evocatus, vitæ suæ curriculo annorum LXXXIX. in gloria exacto, restitutaque Deo Romæ inter ceremonias Ecclesiasticas divinâ sui parte, diem obiit extremum, Anno Dom. CIↃ. IↃ. XXXIV. XIX. Kal. Januarii. Visitur hodieque tumulus ad S. Mariam animæ Germanorum, quem ei *Petrus Vorstius*, Episc. Aquensis, posuit. Scripsit

De Paschæ Observatione, libros XIV. ad Leonem X. P. M.

De die Passionis Dominicæ, lib. XIX. ad Maximil. Cæsarem, Foro-Sempronii 1513.

* *Relat. Rom. p. 265.*

* *Val. Andr. Bibl. Belg. & alii.* † *Idem ibid. p. 716.*

Atque ista quidem Episcopus. Medicus verò dedit *Epistolam de Paschate observando*, *& de die Passionis*, ad Universitatem Lovaniensem.

Prognosticon, ad Maximil. Austriacum. Lovanii, apud Joan. Westphalum.

Prognostici Defensionem, contra *Joan. Barbum.* Urbini, 1484.

Invectivam in superstitiosum vatem. Sed quædam ex his Episcopus recudi noluit.

Nicolaus Everardi, NICOLAUS EVERARDI, e Walachria Zelandiæ Insula oriundus J. U. D. fuit Officialis Henrici a Bergis Episcopi Cameracensis, in Urbe Bruxellensi, & Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Guidonis in Anderlecht. Hinc Senator magni Concilii Belgici apud Machlinienses, deinde Præses, cum antea annos 18. supremo Hollandiæ Senatui præfuisset. De quo verissimum testimonium, licet domesticum & a liberis profectum, perhibetur, eum nihil unquam ad quæstum, nihil ad gloriam, nihil ad amicorum, quantumvis potentium, gratiam respondisse: nullius neque legis, neque interpretis verba ad suam sententiam, obtinendæ causæ studio, detorsisse: nihil etiam citasse, quod non penitissimè excussisset. Sepulchrum Machliniæ habet in æde sacra Virginis Deiparæ, cum hac Epigraphe:

CLARISSIMO

D. NICOLAI EVERARDI,

MIDDELBURGENSI,

SUMMI CONCILII PRÆSIDI, MARITO CHARISSIMO, PATRIQUE PIENTISSIMO, UXOR, LIBERIQUE CUM LACHRYMIS POSS.

VIXIT ANN. LXX. OBIIT ANNO A SALUTE RESTITUTA 1532. V. IDUS AUGUSTI.

Reliquit & libros, scilicet *Topica Legalia*, ac volumen *Consiliorum*, & liberos eruditione claros, &c. Val. Andr. *in fast. Acad.* p. 178.

Everardus Nicolai, EVERARDUS NICOLAUS, Nicolai Præsidis Fil. natu major, patris defuncti *Topica Legalia* cum fratribus Lovanii evulgavit. Aliud illius non vidimus. Circumfertur quidem *Ordo studii Juris Civilis*, nomine *Everardi Nicolai*; sed alterius fortè is partus est, *Nicolai* scilicet *Everardi*, apud Bavaros aut Batavos nati: duos enim fuisse cognomines in Elogiis Aub. Miræus observat. Obiit *Everardus* noster Machliniæ, Concilii Præses, Anno Dom. CIↃ. IↃ. LXI. ætatis LXIII. Fuerat primò caussarum patronus Hagæ-Comitis; atque hinc Frisiæ, pòst Machliniæ supremi Concilii Belgici Senator; indeque Frisiæ Præses: ex hoc secretioris Concilii Assessor, & demùm Machliniæ Præses. Mortuum *Nicolaus* frater versibus hisce prosecutus est:

Everardus tegor hoc tumulo: de Præside Præses
Qui genitus, juvenis respondi civica jura;
Grandia dum fugio, dum tuta & parvula sector.
Inde Senatorem Frisius me vindicat Ordo:
Quæ regio ut multos languentem viderat annos,
Jam meliore velut cœli fraiturus & aurâ
Machliniæ jubeor magni pars esse Senatus.
Mox iterum Frisias Præses ablegor in oras.
Inde sed in propriam me clemens evocat aulam,
Postque senem summo Rex ornat honore Philippus,
Exantlatorum pretium non vile laborum,
Namque priùs genitor quâ sederat arce locavit.
Cujus ego ut mores vivens imitatus & artes,
Haud Regi ingratus, nulli gravis, omnibus æquus,
Et carus patriæ vixi, & dilectus amicis.
Sic etiam ante pedes illius habere sepulcrum
Nunc juvat, extinctam neque deseruisse parentem.

Theodebal. dus de Hogelande, THEODEBALDUS DE HOGELANDE, Middelburgius, celebris Philosophus ac Chymicus, qui edidit *de Alchemiæ difficultatibus* librum Coloniæ impressum Anno 1594. & Tomo primo *Theatri Chymici*, Argentorati editi 1638.

Petrus Ximerius, PETRUS XIMERIUS, Middelburgi ex patre Hispano natus, celeber Philosophus ac Theologus Coloniæ Anno 1564.

Hugo Favolius, HUGO FAVOLIUS, Middelburgi, patre *Francisco*, Pisano, matre Zelanda natus, Poëta Heroico felix Carmine, ac Medicus Reip. Antverpianæ, Antverpiæ defunctus, scriptis claris in *Bibl. Belg.* Valerii Andr. recensitis, & depositus ibi in Cœmeterio B. Mariæ.

Bartholomæus a Middelburgo, BARTHOLOMÆUS A MIDDELBURGO, ita denominatus a loco, ut creditur, professionis; (natalis enim fuit *Vera*, Zelandiæ oppidum, Anno 1485.) Ordinis Minorum S. Francisci, suis non uno in loco Guardianus, ut vocant, ac Vicarius præfuit, totosque XL. annos & eò ampliùs Orator ac præco Verbi Divini ferventissimus, tametsi utroque latere herniosus, miræ austeritatis, sobrietatis & abstinentiæ, Ultrajecti defunctus Anno Dom. 1564. qui fuit ætatis LXXX. XI. Aprilis, in ambitu conventûs fratrum Minor. illic depositus, ad cujus monumentum carmen positum Adr. vander Burchin auctore. Posteris reliquit *Concionum de tempore & Sanctis* Tom. III.

His ex Smallegangi *Annalibus Zel.* jungi possunt,

Tobias Roelsius, TOBIAS ROELSIUS, Middelburgius, Medicus peritissimus, qui ad Carolum *Clusium* Epistolam scripsit, *De certis quibusdam plantis*, operibus Clusii insertam.

Arn. Helius, ARNOLDUS HELIUS, Middelburgius, Poëta, qui quædam Poëmata faceta Latino sermone edidit, inserta *Delitiis Belg. Poematum*, a Jano Grutero edita. Et

& Joannes Brunius. JOANNES BRUNIUS, Middelburgius, patriæ primùm urbis, dein Ord. Zel. Syndicus. Hic vernaculo sermone edidit elegantia Poëmata, & lepores facetiarum sub nomine *Banketwerk*, & alia.

KAM-

KAMPA, & VERA.

Kampa, Ottonis II. Imp. feculo nota,

Kampa locus in Walachria, *a* Gandavensi Cœnobio, juxta Altingium addictus ab Ottone II. Imperatore Anno ɪↄcccccʟxxɪv. Diversus apparet a *Campa*, in Cod. MS. Eccl. Traj. designatâ; licet enim sub *Decanatu Walachriæ* ibi recenseatur, accensetur tamen *Sooterlingerkerkæ*, borealis Bevelandiæ vico, cum eodem aquis submersa.

eadem cum Campo-Verâ, sic dicta ad distinctionem a Kampâ Scaldensi.

Videtur, inquit, Altingius *b*, *Kamp-Vere* indicari, quæ cognominationem hanc recepit ad distinctionem *Kampæ Scaldensis*, celebris olim oppidi, jam fluctibus hausti; vel a navibus trajectui paratis. Stokius ejus meminit sæpius eo quo hodiè est nomine, *Ter Vere*.

Ejus initia,

Tractus hic, per Wolphardum Borsalum, qui a Comitibus Zel. eum acceperat, aggeribus cingi cœpit; Teutonicis Equitibus eo primùm, juxta Reigersbergii Zel Annales advocatis, atque *Arce Sandenburgica* in eorum præsidium extructâ

Paroch. Ecclesia, D. Virgini sacra, largis indulgentiis ditata,

c Ecclesia Parochialis, cum populus accresceret Anno 1348. in aggere hoc, hinc *de Polder* appellato, Deo omnipotenti ædificata est, ad Deiparæ Virginis honorem. Clemens Pontifex VI. Avenione sedem habens, largis eam indulgentiis ac spiritualibus donis ditavit.

Canonicorum decorata Collegio.

HENRICUS BORSALUS, *d* ejus nominis II. sub quo Vera circa Annum 1358. muris cincta, majora accepit incrementa, in dicta D. Virginis Ecclesia Anno 1470. Collegium Canonicorum instituit, largo ab eo censu ditatum. Canonici tamen primitus residebant in *Sandyck*, pago Veræ, sub Verensi Dynasta, vicino. Hinc Canonici isti se inscripsêre *e*, *Canonicos Verienses*, aut *in Sandyck*, *seu Sandenburch Canonicos*.

Ejus Canonici,

Decani,

Sic JOANNES BORSALUS, Verâ oriundus, Lovanii Professor Anno 1516. Collegii *in Sandenburch*, aut *Verensis*, ipso teste *f* Boxhornio, inscribitur Decanus.

CORNELIUS DE ROMERSWALIA, S. T. Professor ordinarius Lov. & Decanus Veriensis ad Ann. 1555. Ex Valerii *Fast. Acad.*

personæ nobiles,

CORNELIUS BATTUS, Jacobi Batti filius, & ipse Verensis, vir maximè eruditus & Medicinæ Doctor, quicum Desiderius Erasmus frequens litterarum commercium habuit, Anno 1498. in arce Zandenburgica cohærebat nobili feminæ, Annæ Borsalæ, Philippi a Beveren viduæ, ut filium ejus Adolphum in artibus liberalibus institueret, variis lucubrationibus clarus, Anno 1512. editis, inprimisque Cosmographia.

Maria Wolf, Borsali uxor, in egenos dum viveret largissima, Anno 1465. *g* mortua, intra primariam Ecclesiam in præstantissimo monumento condita est, antè ædiculam SS. Sacramenti.

(*a*) *Alt. not. Germ. part. 2. p. 105.*
(*b*) *ibidem.*
(*c*) *Boxhorn. Chron. Zel. part. 1. p. 216.*
(*d*) *idem pag. 217.*
(*e*) *Iac. Torrins in Rel. Rom.*
(*f*) *Boxh. ibid. pag. 457.*
(*g*) *idem 2. part. p. 238.*

& Collatores.

Præbendæ Ecclesiæ hujus ad nominationem erant institutorum, atque eorum hæredum; ut inter cetera patet ex testamento Maximiliani, Verensis Domini, a Boxhornio *Annal. Zel. Part. 2. p. 224.* nobis tradito, in quo & conjugem suam post mortem collatricem earumdem instituit.

Altera elegantissima postmodùm constructa Ecclesia, in qua S. Perpetuus singulari veneratione colitur.

Præter veterem, quæ ad Orientem situm habebat; Verienses Domini aliam ad Occidentem Ecclesiam extruxêre, amplam, ornatissimamque, turribus excelsis & campanis duabus, præter minores alias, splendidam ac conspicuam. Ad ejus structuram, quam speciosè ad *Zel. Chron.* p. 247. 248 depingit Boxhornius, Anno 1560 Gandavo huc avocatus fuit celebratissimus ex aliis operibus Gandæ atque Antverpiæ concinnè elaboratis artifex, Adrianus Romanus.

S Perpetuus * illic singulari erat in honore, ex quo Comes Charollœus, expugnato Anno 1461. Dynanto, caput Divi illius, ex primaria oppidi ejus Ecclesia cum spoliis aliis ablatum, dono dedit Henrico Borsalo, Verensi Domino, qui cum filio Wolphardo egregiè in obsidione illa egerant; spoliaque hæc Veram secum detulere

Prior Calv. cœtui destinata.

In veteri fano modò ad cœtum coëunt Calv. dogmatis Schoti.

Variæ ibi pridem, & adhuc hodiè fraternitates;

Notæ illic dudùm, præter eam quæ *Rhetorum* est, fraternitates, S. *Georgii*, S. *Barbaræ*, & S. *Sebastiani*.

Rhetorum fraternitas flores pro tessera habet, *Lilium candidum* & *ceruleas aquilegia*, nuncupatos, *Missende scholieren*, Scholares errantes. Et pro lemmate;

In reyner jonsten groeiende /
Crescentes in candida gratia.

ac celebris dudum supplicatio annua.

In die assumptionis B. Mariæ pictura ejus Virginis, miraculosa habita, solemni supplicatione *Veræ* circumferri solebat: ad quam & ipse Imperator Sigismundus cum Wilhelmo Zelandiæ Comite, si Reigersbergio fides, aliquandò convenerunt.

Ceterum *Vera* assidet lævo Scaldis orientalis lateri, inter Zelandiæ civitates ordine II oppidum, Marchiaconatûs a Carolo V. titulo insignitum, Bossuviorum ex testamento Dominium, Auraugiæ Principibus a mutato regimine attributum.

Extra oppidum, Marchion. titulo insignitum, Tertiariarum olim, Templariorum anteà, viguit Cœnobium.

Extra Campo-Veram, ex (*a*) Reigersb. *Annal. Zel.* Monialium *Tertiariarum* pridem viguit Cœnobium, D. Claræ nuncupatum, ex prædio quod Templarii locuples dudùm ibi possidebant, conditum & ditatum, ab Henrico Borsalo, Verensi Domino.

S A N D Y C K.

Tractus olim celebris, pagusque, ut jam meminimus, insignis ac prægrandis, quem antè *Veram* extitisse extrà dubium est.

Sandycana Ecclesia, Veriensis pridem mater,

b Ecclesia Sandyeana, ex Reigershergii *Zel. Annal.* Veriensis mater; undè & illius Ecclesiæ Rectori, inquit, a Veriensi Pastore filiationis census annue debebatur.

* *Episc. Tur. qui colitur ad diem 8. Apr.*
(*a*) *Reigersb. part. 2. p. 234.*
(*b*) *Reigersb. part. 1. p. 39.*

ad nominationem Comitum Zel. solemni supplicatione dudùm celebris,

Idem meminit quod Anno 1365. 3. die Pentecostes festivissima totius Walachriæ ibi habita fit supplicatio.

Sandyeanæ Ecclesiæ, ut & Oost-hoeckanæ, aliarumque Ecclesiarum collatio, quæ anteà Decano S. Petri competiit, ad Comites Zel. per transactionem translata fuit.

modò diruta;

Ecclesiâ pagi destructâ, concidit & pagi, inquit idem Autor, splendor ac gloria.

uti & arx Sandenburgica,

Dynasta Sandyci, dum viveret, Guilielmus, Princeps Auriacus, & Angliæ Rex. Erat & arcis Sandenburgicæ modò collapsæ, cujus nunc sola rudera visuntur, Dominus.

cui originem debet Maximil. Vrientius.

In arce Sandenburgica Anno 1569. natus est, Maximilianus *Vrientius*, vir eruditus, vates facetus, ut Poëmata ejus testantur, urbis Gandensis Scriba Anno 1614. defunctus.

A R N E M U D A,

Arnemuda, vetus & nova, celeberrimæ antiquitatis,

Olim duplex, vetus & nova; illaque vetus dicta, non ex collatione cum novâ tantùm, sed & ob celebrem ejus vetustatem, quæ seculum XIV. excedit. Ejus enim fit mentio in Diplomate Joannis, Lotharingiæ, Brab. & Limb. Ducis, qui oppidum hoc, a Florentio V. ejus nominis Holl. Comite conditum, vectigalium libertate donaverat.

Diploma ita sonat ex Boxhornio in Reigersb. *Chron. Pars.* 2. *p.* 261.

Johannes *Dei gratia, Dux Lothar. Brabant. & Limburg. universis præsentia visuris salutem, & præsenti testimonio litterarum cognoscere veritatem. Cum illustris vir Dominus Florentius, Comes Hollandiæ, consanguineus noster dilectus, propositum & intentionem habeat faciendi duo nova oppida, sive villas in terra sua Zeelandiæ, unum scilicet in Schaldea in loco qui dicitur Brydorp, & aliud Wallachria apud Armuyden, nos ob amicitiam & amorem, quem specialiter gerimus circa ipsum, & ut in præmissis uberiorem sortiatur effectum, & dictorum locorum per nos amplificetur libertas, auctoritate præsentium hanc perpetuo concedimus libertatem, quod homines & mercatores in ipsis manentes ad præsens, & mansuri in posterum, per totam terram & dominium, tam in terris quam in aquis, cum rebus suis & mercantiis suis quibuscunque transire possint, & debeant liberi & exempti ab omni solutione Thelonei, ad nos pertinentis, concedentes ipsis præsentes litteras, sigilli nostri munimine roboratas, in testimonium & sempiternam memoriam super eo. Datum Anno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo, in die beati Nicolai.*

ab *Arna* rivo denominata,

Arnemuda, hodiè vulgò *Armuyen*, Walachriæ oppidum est, *Arnæ* rivo vel fossæ impositum, cujus illic exitus vel ostium, vernaculè *Mude*, a quo loco nomen, ut constat ex Stokii relatione ad Annum 1248. & alibi. Portus dudùm ibi commodissimus; undè mercatus in eo oppido dives & frequens.

cui commodus Portus;

ingens quoque fanum fuit, in quo contubernia varia.

Fanum ibi quoque, ingens opus, extructum eo tempore, quo Arnemuda muris cingebatur.

Fraternitates in eo variæ, & ad diversa Altaria;

Frat. Fabrorum lignariorum.
- - - Fabrorum ferrariorum.
- - - Sartorum.
- - - Sutorum.
- - - Cauponum.
- - - ac triplicis generis Jaculatorum.

Præter fanum prædictum, Arnemudæ pridem erat Canonicorum Regularium Cœnobium, a Guilielmo, loci Dynasta Anno 1438. erectum ac largo censu ditatum, *Domus Sacro-sancti Sepulchri* nuncupatum, ex litteris, quas teneo, *Colligationis Sionensis* propè Delphos *Capituli*.

Insuper & Can. Reg. nobile Cœnobium,

Hujus ex eisdem litteris Prior Anno 1444. Fr. Theodoricus Theodorici.

Verùm Cœnobium istud ab aquis marinis, unà cum Arnemuda in adolescentia infestatum, Anno 1462. ad Romerswaliam, ubi de eo iterùm sermo erit, translatum fuit.

propter exæstuantes undas transplantatum unà cum oppido, translato in aggerem Oosthoekanum, ubi nova surrexit Arnemuda,

Sub idem tempus & vetus Arnemuda, per Egidium, Arnemudani stemmatis ac sanguinis Dynastam ultimum, transplantata; jussis civibus ædes ac res suas, si eas salvas ab aquis vellent, transferre in vicinum aggerem, in quo nova enata Arnemuda.

Pagus sive locus, ubi nova Arnemuda exsurrexit, *Mortier* dictus, aggerique ubi locata,

OSTDYÇK, seu *OOSTHOECK*

emptione subjecta Middelburgensibus;

Nomen erat; ubi ex Reigersbergii *Annal. Zel. part.* 2. *p.* 234. elegans exstructa Capella. Middelburgenses, veriti, ne ob commodam illic navium stationem & mercatus opportunitatem urbs sua detrimentum acciperet, aggerem hunc, ad mercaturæ amplificationem sibi commodum, emptione proprium reddidère Anno 1493. sicque Arnemudam suo subdidère Imperio. Tabulas habes Boxhornii *Chron. Zel. part.* 1. *p.* 263.

Exinde & Arnemudana Ecclesia Middelburgensium Ecclesiis subjecta; cujus quotannis specimen exhibere tenebatur.

quorum Ecclesiis exindè homagium ac stipendium debuit.

Quilibet enim Arnemudanus civis, contubernio cuipiam sociatus, annuè in Altarium Middelburgensium usum tenebatur ad stipendium nummi sex stuferorum. Insuper quodlibet ex Arnemudanis contubernium per vices annuè tenebatur *Sacram Crucem* in S. Martini Ecclesia propriis sumptibus exponere, & recludere.

Ad hæc etinum Arnemudanorum Sagittariorum Collegium ad anniversariam Middelburgensium supplicationem se in eorum urbe sistere tenebatur cum armis, tympanis, tibicinibus & curribus.

NYEKERKA,

Nyekerka, olim Arnemudanæ Ecclesiæ matrix,

Walachriæ Insulæ & Dec. pagus, ac Dominium, Prædium pridem, uti & Arnemuda, stemmatis Arnemudani, in cujus territorio nova extructa Arnemuda.

Ecclesia Nyekerkana, pridem Arnemudanæ erat matrix, cui & Arnemudani & eorum Capella suberant in sacris.

Modò

Cujus hodiè folum fupereft Cœmeterium.

Modò verò veteris hujus Ecclefiæ nil fupereft præter Cœmeterium, quod ad pafcenda pecora fuburbana ab Arnemudano Senatu annuè elocatur.

Ultra aggerem portus Arnemudani, ad S. Judoci terram, Dominium eft hodiè

Præter hanc, aliud ftirpis cognominis

NIEULANT,

A Senatu Middelburgenfi Anno 1644. aggeribus circumdatum.

Dominium.

Præter *Nyekerkam*, alius Walachriæ Infulæ ac Decanatûs, in Cod. MS. Eccl. Traj. notus fuit pagus ac Dominium,

NIEUWERVE,

Nyeuwerva ejus Dynafta,

Nobilis pridem Zelandiæ ftirpis peculium; cujus poffeffor, Dominus Martinus *Vethius*, West-Capellæ Dynafta, &c.

Vicina Arnemudæ

RAMMEKENS,

Rammekens, tuta navium ftatio, ubi & fortalitium.

Tuta dudum & commodiffima navium ftatio, quarum præfidio Regina Hungariæ, Belgii nomine Caroli V. Cæfaris Gubernatrix Anno 1547. Caftrum feu fortalitium extruxit, *Zeeburg* nuncupatum.

Ex hoc portu in Hifpaniam, abdicato regno, folvit dictus Carolus Imp. illicque hodiè naves Zelandorum Indieæ tutâ ftatione confiftunt.

VLISSINGA,

Vliffinga, anteà Vleffingæ, fitus,

Walachriæ Urbs, ordine quarta inter *Zelandicas*, Marchionatûs titulo a Carolo V. infignita, ad oftium *foffæ Ottonianæ* fita, non planè antiqua, nec ante feculum XIII. cognita, fed nominis famâ celeberrima, portuque & navali opere inftructiffima.

& Etymon varium;

Ex antiquo *Vleffingen* dicebatur, ex hac L. Lemnii, & ipfa Zelandi originatione ab Altingio (a) relata; quia *amplexu lagenæ fingulariter afficiantur & viri & fœminæ*. Sed cum hæc & Altingio *nimis fluxa dilutaque videatur*, mavult ipfe a FLUSSEN, *quod Germanis fluenta notat, derivare hoc nomen Fliffingen.*

verofimilius a D. Willibrordi Vlafconibus improbè epotatis,

Molani tamen & ferè Scriptorum noftratium opinio eft, *Vliffingam* dictam a *Vleffea* feu Vlafconibus, a D. Willibrordo, poft annunciatum ibi Evangelium difcedente, incolis relictum. Honacus Abbas quidem in *Eptern. defcript.* huic addit; "quod cum vir Dei & illic "verbum Dei feminaret, ac laguneulam fuam, "quam vino plenam circumferebat, fepofuiffet, "eam quifpiam exhauliffet: quo poft concio"nem comperto, admiratus improbitatem; *Me"ritò*, inquit, *hi impofterùm* Vleffingenfes *appel"labuntur, qui lagenam meam tam inhumaniter "epotarunt*".

Ex Orthodoxis Scriptoribus plures denominationem hanc ex caufa eminentiore defumunt; quod nimirùm Divini Verbi præco illic agens, mirâ Dei potentiâ modicum in lagenulis vini multiplicarit.

vel piè & cælitus multiplicatis, appellata;

Id certè miraculi genus ab ifto fidei Præcone non erat alienum; qui, tefte æquali ejus Alcuino apud Mabill. *Sæc.* III. *Bened.* ad levandam fuorum fitim aquam produxerit de terrâ arenofâ. Verba Alcuini fub pago Heiloënfi dedimus.

quos Vliffingenfes pro infignis affumpfere.

Vliffingenfes autem relictam fibi pridem a D. Willibrordo, qua itinerans uti folebat, lagenam tantâ obfervarunt reverentiâ, ut eandem in oppidi fui infignis ad perpetuam Sancti memoriam expefferint.

Ecclefia Vliffingana, S. Willibrordo dudùm nuncupata, per Præmonftratenfes videtur adminiftrata fuiffe; certè Petrus Hieron Middelburgenfis, filius Nicolai Everardi Præfidis natu maximus, J. V. D. religiofus Præmonftratenfis, Paftor fuit oppidi Vliffingenfis in Zelandia, ex Valerii *Faft. Acad.* pag. 182.

(a) *Not. Germ. part.* 2. *p.* 189.

Duo ejus pridem Cœnobia, ubi modò domus civica.

Vliffingæ extra primariam Ecclefiam duo olim nota Cœnobia; Carmelitarum fcilicet Calceatorum, ac Dominicanorum. Ad illorum ædes contulit Adr. Borfalius ex teftamento Anni 1466.

In eorum locum Anno Domini 1594. domus civica, ad Antverpenfis curiæ normam ædificata.

Ex membranis Ultrajectinis, præter novam, nota eft &

VLISSINGA VETUS, vulgò *OUT-VLISSINGEN*,

Præter novam, & vetus Vliffinga, cui Paroch. Ecclefia ad Collat. Abb. Egmondani. Paftor, & alii eruditi Vliffingenfes.

Extra Vliffingam novam fita, cui & Parochialis Ecclefia, ad nominationem Abbatis Egmondani.

Inter Vliffinganos eruditos recenfetur,

GOSWINUS HEXIUS, Carmelitanæ in patrio oppido familiæ, ob eruditionem creatus Epifcopus Hieropolitanus, & Suffraganeus Ultrajectinus, de quo *Bat. Sacr. part* 1. *p.* 230.

GASPAR LEVINI, cognominatus Hogelandus, Vliffingæ ortus, ob Juris peritiam a Carolo V. Imp. Anno 1530. creatus primus Præfes Provincialis Ultrajecti Concilii.

PETRUS CUNÆUS, Vliffingenfis, Anno 1586. Juris utr. Antecellor in Academia Lugduno-Batava; de quo fafti Acad. Lugd.

LUDOVICUS DE DIEU, Vliffingenfis, Leidæ Calv. ritus Minifter publicus.

ABRAHAM MELLINUS, Theologus & Minifter inter dictos *Reformatos*, cujus celebratum Sectæ fuæ *Martyrologium* vernaculum.

ADRIANUS GUILIELMI, Vliffingæ natus, in Galliis denatus, Arabicæ Linguæ peritus, ab Ifaaco Cafaubono ob litteras, quas luci dedit, eximiè laudatus.

WEST-CAPELLA,

West-capellæ Ecclefia, S. Willibrordo nuncupata,

Walachriæ municipium ad littus in mare prominentiffimum, Herculis, Mercuriique impio famofum cultu, a Willibrordo cum eò adventaffet, ut fuprà differuimus, disjectorum: de quo Stokius ad Ann. DCCXCIV. Bafilicam habuit nobilem, D. Willibrordo ex Reigerbergio facram, quin & ab eodem, juxta Chronicon M. S in

ad cujus invocationem ac reliquias sacras ingens pridem parta victoria,

Bibl. Cobel. servatum, consecratam, Epternacensi Monasterio subjectam; cujus loci incolæ, teste Brouweru *Annal. Trevir l.* 12. à Roberto Frisio armis impetiti, sumtâ Eucharistiâ muniti, sacris Willibrordi ossibus vexillo alligatis Flandros stravêre; ex quo prælio duo hostium vexilia Epternacum missa. Ad tantæ victoriæ memoriam in festo translationis S. Martini, quo die reportata victoria, solemnis West-Capellæ annuè habita supplicatio, in qua D. Willibrordi arca per Walachriæ Regionem circumferebatur.

annuâ supplicatione celebrata;

Oppidi maris inundatione sepulti Dominus,

Vetus hoc, juxta Reigersbergium, Zelandiæ oppidum, sed ei, mari dudum absorpto, aliud substitutum; cujus Dynasta, dum viveret, Princeps Auriacus, Guilielmus Angliæ Rex; illius dein possessor, *Martinus Vethius.*

Sanctiones & jura West-Capellanis a Florentio Comite Anno 1223. data, hujus sunt tenoris. *

& jura antiqua.

"Ego Florentius, Comes Hollandiæ, & Theodoricus Dominus de Voirne, Castellanus Zelandiæ, Notum fieri volumus præsentem paginam inspecturis omnibus, tam præsentibus quam futuris, quòd eandem Libertatis Chorum & Legem, quam habent oppidani de Middelburch, illis de Westcappel, mediante juramento nostro, perpetuo habendam concessimus. Cujus Choræ tenor talis est

"Quocumque oppidani se, vel sua, moverint, sub protectione & conductu nostro erunt, & omnibus tam alienigenis, quam indigenis, in Westcappel venientibus firmam pacem præcipimus.

"Quicunque in Westcappel aliquem percusserit ad mutilationem aut truncationem alicujus membri, ad quartam partem emendabit, vel amplius in duplo, quam si extra Choram contigisset, & gratiam Comitis quæret.

"Si infra Choram vulneraverit hominem, Comiti emendabit III lib. oppido v. lib.

"Qui hominem per crines traxerit, seu suste, vel pugno læserit, vel irato animo traxerit, pulsaverit, sive percusserit, Comiti emendabit v lib. oppido v. sol.

"Qui duobus Scabinis cum alio tertio Burgense Treugas vel Pacem petentibus denegaverit, Comiti emendabit III. lib. oppido v. sol.

"Qui in Westcappel Treugas vel Pacem à se datas fregerit, solvet Comiti II. lib. oppido I. lib dum tamen per tres Scabinos convictus fuerit. Et quilibet consanguineus suus ipsas Treugas infringens solvet Comiti I. lib. oppido v. lib. & hoc si per tres Scabinos convincatur. Omne malum quod ibi malefactum fuerit, sicut Chora testatur, emendabitur, & qui Choram primus fregerit, emendabit de Pace fracta si à tribus Scabinis convincatur.

"Qui Scabinos, Pacem petentes, turpiter fuerit alloquutus, & super hoc convictus fuerit, cuilibet eorum emendabit unam lib. Et si in Scabinum Chora frangatur vulnere vel læsione, quadruplum ei emendabitur.

"Omnes in Westcappel manentes, ejusdem juris existent; & omnes causæ inter eos emergentes Scabinagio terminabuntur.

"Oppidanus in cöoppidanum suum agens, ad prætorium eum exiget; qui si ibi præsens non fuerit, & in Walachria extiterit, ad placitum proximum citabitur; & si non comparuerit, vel veniens juri restiterit; bannietur, & nunquam reconciliabitur, donec Scabinagium fecerit; & de substantia sua arbitrio Scabinorum disponatur.

"Si Scultetus, vel Scabinus petenti jus denegaverit, cessabunt donec conquerens Scabinagium habuerit.

"Qui per Scabinos bannitus fuerit, & per testimonium trium Scabinorum de Westcappelle, & ab aliquo in Walachria fuerit detentus, detinens emendabit Comiti x. lib oppido v lib & debitum fugitivi solvet.

"Qui armatâ manu pugnandi causâ oppidum exierit, sine cöoppidanorum suorum consensu, non redeat in oppidum, donec Comiti fuerit reconciliatus, & oppido I lib. emendaverit, si à tribus Scabinis convictus fuerit.

"Qui infra oppidum sine communi consensu armatâ manu ad pugnam vel litigium accesserit, solvet Comiti v. lib oppido v. sol.

"Qui armatâ manu oppidanum in hospitio suo insultaverit, emendabit ei x. lib. Comiti VI. lib oppido I. lib.

"Qui infra oppidum in alieno hospitio quæsitus fuerit manu armatâ, quæsitor emendabit quæsito v. lib hospiti v. lib Comiti VI. lib. oppido I. lib Et insuper omnes armatâ manu auxilium ei præbentes, quilibet solvet III. lib. Comiti, oppido v. lib & damnum hospiti illatum duplum solvetur, ab hospitio de foris simpliciter, & ad dictum trium Scabinorum.

"Si quispiam extra oppidum manens de quocunque debito oppidanum banniverit, bannum vel debitum non augebitur, donec in Prætorio Westcappel cum Sculteto & Scabinis suis bannum enunciaverit, & tunc Justitiarius oppidi & Scabini de substantia banniti bannum & emendationem solvent

"Si quis Sculteto & Scabinis in bannito placito manentibus contradixerit, & hoc Scabini propalaverint, Scabinis emendabit x. lib Comiti III. lib. oppido v lib.

"Et qui in bannito placito Scabinum verbis conviciaverit extra meritum, si hoc Scabinus monstraverit, & reus à tribus Scabinis convincetur, emendabit Scabino III. lib. Comiti lib. oppido v. sol.

"Econtrà si Scabinus in bannito placito aliquem fuerit conviciatus verbis, & ille monstraverit, si Scabinus à tribus Scabinis convincitur, emendabit læso I. lib. Comiti v. oppido v. sol.

"Qui in bannito placito in Scabinum innocentem Choram fregerit, si à tribus Scabinis convincitur, emendabit Scabino x. lib. Comiti I. lib. oppido x. sol. Econtrà si Scabinus in bannito placito in aliquem innocentem Choram fregerit, emendabit læso v. lib Comiti I. lib. oppido v lib.

"Si oppidanus cöoppidano suo convicia dixerit, & super hoc convictus fuerit, emendabit læso v. lib. Comiti v. lib oppido v. sol.

"Pugna inter Scabinum & alium oriente, qui eam inceperit, licet ei malum contigerit, non aliter, quam si extra Prætorium contigisset, ei emendabitur.

"Qui Scabinum interfecerit, quadruplum solvet.

"Quicquid mali ad Prætorium evenerit, forefactum quadruplum emendabitur, sicut inter Scabinum & alium scriptum est.

"Non est licitum cuique vinum corruptum vendere, & qui tale vendiderit, solvet Comiti II. lib. oppido I. lib.

* *Smalleg. Chron. Zel. p.* 619.

"Non licet oppidano cöoppidanum suum ad duellum appellare; nec etiam illis, qui extra manent, non licet oppidanum super duello impetere.

"Ubicunque oppidani de Westcappelle in Walachria aliquid babent sub conductu nostro ibunt & redibunt.

"Si foraneus Burgensem extra oppidum percusserit, citabit ad tertium diem. Si venerit, Burgensem ponet fidejussorem, alioquin bannietur, & à Comite bannitus habebitur.

"Oppidanus foraneo Scabinagium facere tenetur, si renuerit, bannietur, & nunquam sine Scabinagio facto reconciliabitur. Econtrà foraneus statim faciet Scabinagium oppidano.

"Omnes causæ sub Chora emergentes, quas Justitiarius & Scabini terminare nequiverint, per Veritatem Comitis terminabuntur, & illa Veritas per Scabinos de Westcappelle perscrutabitur.

"Oppidanus à foraneis Scabinis, vel aliis hominibus, convinci non potest, nisi per hanc Chartam licitum fuerit.

"Qui de nocte per oppidum armatus incesserit, & boc constiterit, nisi de communi consensu hoc fecerit, duplum emendabit, quam si in die fecisset.

"Tres bomines de præda unius libræ testari poterunt; de majori Scabini.

"Quod tres Legales bomines juramento se fecisse testantur, boc apud Scabinos ratum erit.

"Qui infra Westcappel domo & hæreditate caruerit, nec in Charta Tributi annotatus fuerit, testimonium perhibere non poterit.

"Qui infra oppidum hominem ad terram prostraverit, & convictus de bac re fuerit, emendabit Comiti I. lib. oppido v. lib.

"Qui bominem minus quartâ parte debilitaverit, ita quo minus quarta parte ei solvere teneatur, emendabit Comiti III. lib. oppido v. lib.

"Quicunque de Walachria oppidum transire voluerit armatâ manu, habebit oppidanum conductorem; sin autem, Justitiarius & Scabinus, ei manus injicientes, ab co exigent ad opus Comitis, III. lib. oppido I. lib.

"Certa terræ emptio vel alienatio non nisi per Scabinos fieri poterit.

"Nemo forancus nisi coram foraneis Scabinis oppidanum de terra acquirenda certum faciat.

"Oppidanus arma foranei in domo sua recipiens emendabit Comiti v. lib. oppido v. sol.

"Si quis oppidanus foraneo ad pugnandum infra oppidum arma sua præstiterit, emendabit Comiti v. lib. oppido v. lib.

"Nemo de consanguineis pupillorum, eorum substantias manu tenebit nisi per oppidanum certam fecerit cautionem.

"Si foraneus oppidanum impugnaverit, Justitiarius & Scabini accedentes emendabunt si poterunt, & à foraneo Treugas accipient; & ad faciendam justitiam, qualem Scabini judicabunt, oppidanum fidejussorem constituet. Quod si facere abnuerit, tunc campana sonabitur ad convocandum oppidanos, ut contumacem Juri Comitis & oppidi cogant parere.

"Et qui campanam sine communi consensu oppidanorum pulsaverit, emendabit Comiti III. lib. oppido unam lib.

"Et qui ad campanæ pulsationem non venerit, solvet Comiti v. lib. oppido v. sol. Et si ille, pro quo pulsatur campana, evaserit, ad tertium diem citabitur, & de forefacto suo infra oppidum faciet securitatem. Si non comparuerit, bannietur, & ad primum adventum Comitis bannum & forefactum emendabit.

"Si foranei infra oppidum certaverint, Justitiarius & Scabini accedentes Jus Comitis & oppidi exigent. Quod si eis denegatum fuerit, Scabini cum nuntio Comitis, vel Sculteto, venient ad Stationem publicam, & illos rebelles ad tertium diem citabunt sibi & oppidanis responsuros. Si non comparuerint, bannientur, & Comitis præsentia eorum nomina reservabuntur.

"Omne forefactum in Westcappel contingens, Comite inter Bornesse & Heidenzee existente, duplum emendabitur.

"Si oppidanus alium quam Comitem, sibi Dominum elegisset, & à tribus Scabinis convictus fuerit, emendabit Comiti x. lib. & oppido unam lib. Et boc ipse Comes emendabit & judicabit.

"Omne forefactum infra oppidum emergens duplicabitur altera quam si extra Choram contigerit.

"Nullum forefactum in Westcappel quadruplicitatem poterit excedere.

"Quæstio inter oppidanum & foraneum vertens super terræ proprietate, seu definitione, per veritatem Comitis terminabitur, quam à Scabinis requisierit.

"Illos de Westcappel, infra Comitium Hollandiæ, nemo pandare poterit, nisi pro maleficiis propriis.

"Hanc igitur Libertatis Choram, quam Burgensibus de Westcappel à nobis & à nostris successoribus perpetuo observandam juravimus, in ipsius confirmationem sigillorum nostrorum appositione facimus roborari; iis, qui confirmationi interfuerunt, subnotatis, quorum nomina sunt bæc: Baldwinus Comes de Benthem, Wilhelmus de Egmonde, Jacobus Castellanus de Leiden, Hugo de Naeltwije, Barth. . . . . Bloete, Ghiselbertus de Horit, Ghosinus Kan (fortè *Kats*) Hugo de Vloete, & Rochardus milites. Datum & actum in Middelborch, per manum Baldwini Scriptoris, Anno Dominicæ incarnationis MCCXXIII. Mense Majo.

OOSTCAPELLA,

Officium seu Præfectura vocata a Wilhelmo I. Hollandiæ Comite, in Diplomate Anni 1213. quod nomen servat in Walachria Zelandiæ parte Aquilonari, sub arenarios colles. Prægrandis ei Ecclesia cum præcelsa & densa turri. Ejus penes civitatem Middelburgensem aliquandò Dominium, Anno 1679. translatum est in Dominum Wilhelmum *Le Sage*, Dynastam in *Oostcappel*, *Reimerswale*, *Lodycke*, &c. qui ædes illic extruxit bortis, villis, arboribus, splendidas, & elegantes, Principum arci æquales, a Smallegango p. 667. delineatas.

Oost-capellæ Ecclesia, Dynastæ, & splendidæ illius ædes.

OOSTSOUBURCH,

In Traj. MS.

OESTERSOLBORCH,

Walach. Insulæ ac Dec. nobilis pagus, inter Middelburgum ac Vlissingam medius, sub cujus territorio vetustum olim *Abeele* Dominium,

pagi

Oost-soeburch & Aberle Domin. possessor,

pagi hodiè dominio unitum, cujus possessor Dnus Alexander Meunkius, Consul Middelburgensis, &c.

Ecclesia D. Virgini sacra,

Prægrandis Pago cum fastigiata turri Ecclesia, ubi Deipara virgo, cujus imago ad turrim venerationi pridem exposita, singulari dudum honore colebatur. Ad lampadem pro perenni ejus memoria lucendam, xx. numos, *Nobels* dictos, ex testamento reliquit Adrianus Borsalus, Brugdammensis, Duyvelandiæ, aliorumque Dominiorum Dynasta.

ex Adr. Borsali ditata testamento,

Plura alia legavit Ecclesiæ West-souborganæ, quam matrem suam appellat, fortè quia per baptismum in ea regenitus, Brugis Anno 1461. defunctus.

quod hic damus.

Testamentum, cujus exequendi curator primos constitutus David Burgundus, Traj. Episcopus, vel certè hujus partem præcipuam, quatenus alias ejus fundationes attinet, hic annectere juvat, vernaculâ linguâ conditum, quia Latinæ linguæ ignarus erat Borsalus; †

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ. CCCC. *sexagesimo sexto, die decima quarta mensis Julii, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Dn. Pauli divina providentia Papæ ejus nominis secundi anno … in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum præsentia, nobilis Dominus* Adrianus de Borssalia, *dominus de* Brugdamme & Duvelant, *miles, sanus mente, composque rationis, nullis viribus destitutus, animo bene deliberato, considerans quod nil certius morte, & nil incertius hora mortis, in honorem omnipotentis Dei, gloriosæque virginis Mariæ, pro salute animæ suæ & in remissionem omnium peccatorum suorum, testamentum suum secundum modum & stylum vulgarem, eo quod Latinum non intelligit, neque comprehendit, ordinavit & disposuit, ut sequitur:*

Ick *Adriaen* van *Borsselen*, Ridder, Heer van Brugdamme, van Duivelant &c. machtich mynre redene, ende wel bedacht mynre vyf sinnen, hebbe gemaeckt ende geordonneert myn testament ende myn uyterste wille in die eere Godts, synre gebenedyde moeder *Maryen*, ende alle Gods heyligen, in verlatenisse van alle myne sonden, ende hem aller, daer ick 't voor begeere, ende in kennisse van desen bevele ick in den eersten myne siele, als sy uyt den lichame sceyden sal, Godt van Hemelryeke, synre gebenedyde moeder, ende alle Gods heyligen, begeerende myn doode lichaem begraven te hebben in mynre moeder der heyliger kerken van Westerzoubburch voor den hoogen altaer. Item geve ick mynre moeder der heyliger kerken van *Westerzoubburch* voorsz mit mynen dooden lichaem tot haer timmeragie ….. ponden grooten Vlaems payements eens voor al. Item geve ick mynre moeder der heyliger kercken noch x. schell. grooten s' jaers erflycke renten om die straten daer mede te doen houden van den huse van *Westerzoubburg* tot *Middelburch* toe. Ende dese renten van x. schell. grooten voornoemt bewyse ick den Kerckmeesters t'ontfangen op myn nytgors by Ooster *Duvelant*. Item sette ick eenen dertichsten, ende daer toe geve ick den Priester xvi. schell. grooten. Item sette ick enen veertichste, daer ick den Priester toe geve een pont grooten. Item stelle ick myne beganckenisse op *Anna* van *Bourgoengen* myne huysvrouwe mit een stieke silvers wegende xx. mark. Ende sette ick tot mynder uytvaert te deelen den armen in broode twee seven broots. Item tot mynen sevendaghe oock mede te deelen den armen in broode twe seven. Item sette ik myn jaergetyde euwelyck duerende te *Westersoubburch* in der kercken vierwerf des jaers te doene, te wetene myn rechte jaergetyde van mynen sterfdach, ende elck vierendeel jaers dair ane volgende oock myn jaergetyde, op een nobel gelyck onderlinge te deylen. Dies begeere ick dat sy sullen singen tot elck van den voorsz jaergetyden des avonts vigilie mit negen lessen en ten grafte gaen, ende lesen aldair, *Miserere mei Deus, cum consuetis*, ende des anderen dages een singende misse van *requiem*, ende na der misse *commendationes animarum* lesen. Ende dese voergenoemde nobelen vierwerf des jaers sullen sy ontfangen by den H. Geestmeesters der voersz kereke. Item voort geve ick t'eleken mynen voorgenoemden jaergetyden den H. Geestmeesters in der voorsz. kereken eenen nobel of VIII. schell. groot dair voor, omme den armen in broode te deylen over myn siele. Item noch geve ick den H. Geestmeesters XIII. nobelen, ende aeht schell. grooten voor den nobel s' jaers, om dair mede te eledene XIII. arme personen, elck mit enen nieuwen tabbert, gevoedert mit niuw laken, ende dat opten dach als men myn eerste jaergetyde doen sal. Item op dat die voorsz heilige Geestmeesters geen verlies en souden hebben ende te naerstelycker dese voersz punten van mynen jaergetyden vervolgen souden, so geve ick den voersz. Heyligen Geestmeesters vier nobelen jaerlycks, dies sullen sy tot eleken van mynen voorgenoemden jaergetyden besorgen alsulcken was licht, als men gemeenlyck besorcht tot den jaergetyden van *Florens* van *Borsselen* in der kereken voorgenoemt. Ende dat daer over blyft van den voorsz vier nobilen geve ick den Heyl. Geest in der Kercken voersz. Ende dese voornoemde penningen ter somme van xxv. nobelen, ofte VIII. schell. grooten voor den nobel, bewyse ick den voersz Heyligen Geestmeesters te ontfangen op een uytgors leggende by de Oosterschelde in Zelant genaemt *Mallant*. Item soo sette ick myn eeuwige jaersanck in der voersz kereken van Westerzoubburch gegaen te worden by den Parochie Pape van der voersz kereken, als costumelyck is, tot mynen grafstede te gaen ende te lesen *Miserere mei Deus, cum consuetis*. Ende daer toe geve ick den voergenoemden Prochi pape twe gemeten lants liggende binnen der Parochie van *Westerzoubburch*, die welcke hem bewysen sullen myn Testamentoirs binnen den jare na mynre doot. Item besette ick myn eerste jaer getyde gedaen te worden binnen Middelburch in elck van den vier Parochi Kercken, ende voort meer in alle kerken, die in mynen Ambachten gestaen syn, te weten *sinte Laurens*, *Brugdumme*, *Oostzoubburch*, *Oudvlissinge*, *Westcappele*, *Domburch*, *Coudekercke*, *Nieuwekercke*, *Cleeverskercke*, *Zoutelande*, *Werendich*, *Biggenkercke*, *Scripkercke*, *Melisserkercke*, *Sinte Marienkercke*, *Buttinge*, ende in *Duvelant*, ter *Ouderkercke*, ter *Nywerkercke*, in *Oostlant*, in *St. Jans Lant*, ende ter *Capellen*, ende een ygelick van den voorsz kerken twe schell. grooten, ende dat betaelt te worden by mynen Testamenteurs. Item geve ick tot onser Vrouwen love in der kercken van *Westerzoubburch*, om dat dagelycks te doen ewelick geduyrende twe gemeten lants op die Kerckmeesters der Kereken voorsz, ende des sullen s'jaerlijcxs geven ende uytreycken enen nobel, ofte acht

† *Ant. Matth. Anal.* tom. 3. p. 409.

acht schellingen groten dairvoir. Welcketwee gemeren lants op de Kerkmeesters der kercken voorsz ic bewyse in de parochie van *Westerzoubburch*, ende die te bewysen by mynen testamentoers, ende dat binnen den jare. Item wes lande dat ic in dit myn testament niet en bewyse, waer sy gelegen syn, die sette ick in banden myn testamentoeren, die te bewysen binnen s'jaers nae myn sterfdach. Item geve ick sinte Martens altaer in der kercke van *Westerzouburg* XII gulden. Item sinte Niclays omme den armen daer mede te styven XII. gulden. Item geve ick elcken altaer in der voorgenoemder kercke IV. gulden. Item geve ick *Heer Bussengier* mynen Parochy-pape te *Westerzoubурch* enen nobel. Item geve ick Heer *Henrick Jans soen* mynen Capellane in der kercken residereode XX gulden. Item geve ick elcken Priester in der Kercken voorsz die misse celebreert opten dach myne uytvaert VI gulden Item geve ick elcken gilde in der kercken voornoemt omme myn uytvaert te doene elck bysonder, ende te offeren als costumelyck is, boven syn recht enen nobel. Item geve ick Mr. *Willem* myn Vrou moeders Capellaen een pont groot Vlaems. Item geve ic onser Vrouweo gilde in *Westmonster* boven syn recht enen oobel. Item geve ick alle gilden, daer men bevinden sal dat ick in bin, boven syn recht enen nobel. Item geve ick dat *Heylich Cruysgilde* boven syn recht enen nobel. Item begere ick dat elck van desen voersz gilden sal doen myn uytvaert. Item geve ic den Duytschen huyse in *Middelburch* een Bourgoensch schildt. Item geve ick deo minnebroederen in *Middelburch* tot hare timmeragie een pont groot. Item geve ick Broeder *Adriaen* van *Vlake* mynen Biechtvader twe pont grooten. Item geve ick der selver ordene in *Zierickzee* tot hare timmeragie enen nobel. Item geve ick den Augustynen in *Middelburch* tot bare timmeragie enen nobel. Item geve ick onser Vrouwen broeders in *Nieu-Vlissinge* tot hare timmeragie een pont groot. Item geve ick de Jacopynen in Zierickzee tot hare timmeragie enen nobel. Item geve ick den Susteren int bagyn hoff tot Middelbureh XII. gulden. Item geve ick om bedinge te doen dat bagyn hoff acht pont wassche. Item geve ick den Susteren van *St Aechten* in *Middelburch* XII. gulden. Item geve ick elcken *Cluserscbe* in *Middelburch* ses gulden. Item geve ick den boogaerden in *Middelburch* een Bourgoensche schilt. Item geve ick den gasthuys in *Middelburch* XX gulden Item geve ick den armen gevangen in *Middelburch* XII. gulden. Item geve ick den siecken buyten der *Noortpoort* van *Middelburch* XII. guldeo. Item geve ick den armen huyssitteren in *Middelburch* enen halven nobel. Item geve ick der kercken van Sinte Laurens buyten *Middelburch* tot harer timmeragie drie pont groot. Item geve iek myn prochi-paep inder selver kercke enen nobel. Item geve ick elcken Capellaen in der kercken aldaer mit eender missen van *requiem* aldaer gedaen 24. gulden. Item geve ick elcken altaer in der kercken voersz vier gulden. Item geve ick onser Vrouwen gilde boven XX. Ryns gulden. Item geve ick onser Vrouwen in *Oesterzouburch* twintich nobelen eens voor al omme te houden bernende een lampe ten euwigen dagen voor onser Vrouwen beelt opten thoren. Item geve ick onser Vrouwen tot *Aerdenburch* oock twintich nobelen eens voor al om daer te barnen een euwige lampe. Item geve iek onser Vrouwen te *Halle* oock XX. nobelen eens voor al omme daer te

barnen een euwige lampe. Item geve ick tot onser Vrouwen love in *Duvelant*, te weten ter *Ouderkercke*, ter *Nywerkercke*, ende in dat *Oostlant* elck IV. schellingen grooten s'jaers, ende des sullen sy lesen an onser Vrouwen hoff over myn siele, *Miserere mei Deus*, *cum consuetis*. Ende dese voorsz IV. schellingen grooten s'jaers bewyse ick elcker kercken besonder op een gemeet landts binnen haarder parochie, t'welck gemeet lants elck van den Kerckmeesters kiesen sal binnen haerder parochie binnen den jare. Item geve ick ter Capelleri te *Vianen* in *Duvelant* tot haerder timmeragie ende die ornamenten een pont groolen Vlaems. Item geve ick dat *Cathuyser* Klooster buyten *Utrecht*, geheten dat *Nieuwe-Licht*, ende dat *Cathuyser* Klooster buyten *Br...*, item dat *Cathuyser* Klooster buyten *Zierickzee* genaamt *Sion*, elck vier pont grooten s'jaers Vlaems payements, euwelick geduyrende tot eender paantien wyns. Ende des sullen sy alle drie voornoemde cloosteren, en elck bysonder, alle dage lesen *Miserere mei Deus*, ende *De profundis*, *cum consuetis*, naer hare maeltyt, ende elck bysonder doen jaerlycks vier jaergetyden mit vigilien ende negen lessen des avonts, ende des morgens singende misse van *Requiem*, ende deelen als dan den armen over myn siele in brode acht scell. grooten jaerlicx. Ende dese voersz XII. pont bewyse ick den voorsz die cloosteren te ontfangen jaerlycks op myn uytgors by Ooster *Duvelant*. Item geve ick Vrouwe *Anna* van *Bourgongen* myne huysvrouwe, als wy by onsen tyden te samen gebracht ende verеregen hebben, behoudelyck dat hare hylixvoorwaarde ende alle andere giften, daer sy van my seecker betooch af sal mogen wysen, by desen mynen testament onvermindert sullen blyven ende ongequetst. &c. &c.

WESTERSOUBURCH,

In Cod. M. Traj. Eccl.

WESTERSOLBURCH,

Walach. Insulæ ac Dec. Pagus conspicuus, priori conterminus, cum arce cognomine, ampla ac illustri, latis profundisque fossis cincta, cujus possessor pridem Phil Marnixius, S. Aldegondæ Dominus, dein Dominus Isaac van Pere, Consul Vlissinganus. Pagi Dominium eidem Anno 1679. inscriptum. Westersouburgana Ecclesia,

Collegiata ibi pridem Ecclesia, a prædicto Adriano Borsalo & conjuge ejus Anna fundata Anno 1454. ut VII. horarum in ea indies persolveretur officium. Collegiata,

Ecclesia Sommeldycensis, ex Cod MS. Eccl. Traj. unita fuit Westersouburgano Capitulo. Dominus Bussingier, Ecclesiæ Westersoub. Pastor Anno 1466. Præter hunc erat & Sacellanus, & duo in ea nota altaria ex dicto testamento, Martini nimirum, & D. Nicolai. cui Sommeld. unita. Pastor, Sacellanus & Altaria.

Cum Ecclesia Westersouburgana collapsa restauratione egeret, Georgius Egmondanus Traj. Episcopus, Decano & Capitulo, nec non Prætori, Scabinis & Magistris fabricæ licentiam dedit quædam Ecclesiæ istius bona in hanc rem divendendi, per sequens Diploma: Collapsa cum esset, restaurata ex Georgii Egmond. Traj Episc. Diplomate.

Georgius, &c. Venerabilibus nobis in Christo dilectis Decano & Capitulo, nec non Schulteto, Scabinis, & Magistris Fabricæ Parochiæ de Westersouburch *juris Wallachriæ nostræ Diœcesis salutem*

E in

in Domino sempiternam, ut pro restauratione & reformatione contignationis turris & campanarum Ecclesiæ in Westensouburch, *ac aliis ejusdem oneribus ritè supportandis, prædia & terrarum petias dictæ Ecclesiæ ad eam spectantes, quæ propter tributorum gravem collationem, aggerum refectionem, ac aliorum onerum realium supportationem magnis sumptibus obnoxia, ac dictæ Ecclesiæ minus utilia sunt juxta litterarum consensus Cæsareæ Majestatis desuper obtentarum, quibus hæ nostræ litteræ sunt transfixæ, continentiam & formam personis quibus convenit Ecclesiasticis vel sæcularibus per subhastationem, prout in utilitatem ipsius Ecclesiæ id commodius fieri poterit, vendere, alienare, ac fundum & proprietatem illorum transferre & transportare possitis & valeatis, vobis liberam tenore præsentium concedimus facultatem & auctoritatem, nec non venditionem, alienationem, & translationem hujusmodi, ubi sic factæ fierent, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc approbamus, ratificamus, & auctoritate nostra ordinaria in Dei nomine confirmamus, salvo quod pecunia exinde provenientes in usum prædictum & non alias applicentur, & reliquæ quæ supererunt in emptionem prædiorum tantis oneribus minimè subjectorum, aut redditunm redimibilium, prout dictæ Ecclesiæ utilius esse existimabitis, collocari debeant, unde nobis vel Vicario nostro Generali infra annum, a data præsentium computando, ex parte vestra computum & rationem reddi volumus legales, ac vos ad hoc astrictos fore declaramus, harum testimonio litterarum &c. Anno 1547. 7. Septembris.*

PHILIPPUS DE HONT, ex *Westsouburch* ex Walachria Zelandiæ Insulâ originem traxit. Huic principia sua debet fundatio Collegii Cruciferorum Lovanii, postea translata ad Leodiense Seminarium. Obiit Anno 1493. 4. Idus Martii, sepultus ad S. Jacobum Lov. Ex *Fast. Acad.*

WELSINGE,

Welsinga, Walachriæ Insulæ ac Dec. pridem celeber Pagus, tanta dein dispendia ab aquis marinis passus, ut ejus vix modò supersiot vestigia.

RYTTHEM,

Rytthem, ubi *Capellania* ad collationem Abbatis Middelb. Amplus & commodus Walachriæ Insulæ ac Dec. Pagus, cui præstans Ecclesia cum turri præcelsa.

Io Parochiali ejus Ecclesia pridem fuit erat *Capellania*, ad altare D. *Mariæ Virginis*; eratque hæc ad collationem Abbatum Middelburgensium, ut fidem facit charta Joannis West-Capelli, Middelb Abbatis, sub Middelburgo allegata, Anni 1586. XXII. Oct.

COUDEKERKE,

Coudekerka, Cojus nominis Pagi plures intra & extra Zelandiam.

Hujus qui in Walachria est, ex Boxhornio, Dominium est penes Vlissingensem Senatum.

JOANNES STREYENUS, Middelb. secundus post Nicolaum a Castro Episcopus, Pastor anteà fuerat Coudekerkanus; hujus sc. vel Coudekerkanæ in Scaldia Ecclesiæ. Duæ Ecclesiæ istius portiones veniebant Episcopo Traj. juxta librum ejus *Cathedraticum* MS.

WERENDYKE,

Walachr. Insulæ ac Dec. Pagus ac Dominiom; cui vicinus Pagus Werendyka,

SOUTELANDE,

Io Cod. M. Eccl. Traj. dictos

SALSA TERRA,

Walachriæ vicus littoralis, Africum respiciens, cujus mentionem facit Stokius ad Ann. CIↃCCXCIV. Vlissingensium, ex eodem Boxhornio, quoque Dominium. Salsa terra,

HOGELANDE,

In Cod. M. Eccl. Traj.

ALTA TERRA,

Pagus Walach. collapsus, cujus ædes perpaucæ, & antiquæ Ecclesiæ rudera sola supersitant, cognomines olim habens Dominos, inter plures hodiè possessores dispartitur. Alta terra, Pagi Wallach. Ecclesiæ ac possessores.

BIGGENKERKE,

Walach. Insolæ ac Dec. Pagus, non a porcellis, qui ibi olim & modo ingenti numero, sed à *Biggone*, hujus conditore ac Domino denominatus. Ab hujos oominis Dynastis, ad alios devolutum Dominium, ab Adriana Beyenbergiâ Faonii viduâ possidetur. Biggenkerka, unde denominata.

SANTVOORDE,

Pagus Walachriæ & Domioiom perantiquum, ubi ab Anno 1249. Equitum Teutonicorum, ut jam sub Middelburgo diximus, Coenobium, & Ecclesia fundata in suo fundo, a Nicolao Putteno, Oppidano Middelburgensi, & uxore ejus Ordini isti concesso, atque a Florentio Holl. ac Zel. Comite, Wilhelmi Rom. Regis filio, aliisque ditata. Pago huic assidet Domioium Santvoorde, ubi pridem Equitum Teut. ædes.

BUTTINGEN,

Ioter varios, uti & prius, dispertitum. Buttinga.

GAPINGE,

Walachriæ Insulæ ac Dec. Pagus ac Dominium, cujus Parochiali Ecclesiæ pridem *Vicaria B. Mariæ Virginis*, cujus possessor Anno 1529. Richardus Anselmi. Gapinga,

Buttinganæ & Gapinganæ Ecclesiæ collatio dudùm erat penes Zeland. Comites.

CROMMENHOEK,

Insulæ ac Dec. Walachriæ Pagus ac Dominium, Biggenkerkano contiguum, eandem cum eo agnoscens Dominum. & Crommenhoeka, Wallachr. Pagi, Ecclesiæ *Vicaria*, & possessores.

In Paroch. ejus Ecclesia, pridem erat *Vicaria B. Mariæ Virginis*, cujus possessor Anno 1529. ex Cod. Eccl. Traj. Dnus Ottho de Polanen.

ME-

MELISKERKA,

Meliskerka. Wal. Insulæ ac Dec. pagus, & Dominium Anno 1674 prænob. Dominæ, Mariæ Elis. Arkeliæ; cujus dein possessor, Dominus Joannes Petrus van den Brande, Kleverskerkæ Dynasta, Consul Middelburgensis, &c.

ECCLESIA S. MARIÆ,

Ecclesia S. Mariæ. Vulgò S. *Marie-kerk*, quia D. Mariæ Virgini pridem nuncupata pagi Ecclesia. Dominium Anno 1670. præn. Domini, Joannis Huissii, Equitis, Anno 1674. in præn. Dominam Mariam Elis. Arkeliam translatum est.

ECCLESIA S. JOANNIS,

S. Joannis. Vulgò S. *Jaas-kerk*, a Divo tutelari cui nuncupata pagi Ecclesia. Hujus ex Cod. Traj. Eccl. Pastor, Anno 1529. Dominus Otto de Polanen, Domini Adriani Simonis successor.

ECCLESIA BONDINI,

S. Balduini. In Cod. M. S. *Lappii a Waveren*, *Balduini*, quia D. Balduino dicata; vulgò *Serbondynskerk*, Civitatis Vlissinganæ peculium.

ECCLESIA S. AGATHÆ,

S. Agathæ. Vulgò S. *Aegten-kerk*, a S. Agatha Virgine & Martyre, cui pridem fuit dicata.

POPKENS-BURG,

Ubi arx vetusta & nobilis Popkensburgica, a qua territorium denominatum, a Nicolao Borsalo Anno 1353. extructa.

& S. Laurentii. Olim & adhuc hodiè pago nomen est S. *Laurens*, a D. Laurentio cui nuncupata Ecclesia, Anno 1343. per Nicolaum Borsalum extructa. Sed veteri collapsæ, nova Anno 1644. ex Smallegangi *Zel. Annalib.* inædificata. Collator Ecclesiæ, primùm Dec. ac Cap. S. Petri, dein Zel. Comes.

Pastor ejus Ecclesiæ Anno 1466. D. Nicolaus, Simonis filius, & Anno 1529. Mathæus Petri, successor D. Otthonis De . . . In ea ad altare D. Virginis, ejus nominis pridem Fraternitas. Pagi atque arcis Dominium a *Borsalis*, *Thuyliis* & *Fourmenoiis* ad *Courtenios* translatum; eorumque possessor ex Smallegangi *Annalibus* Dnus Joan. Boudanus Courtenius, Societatis Indiæ Orient. Assessor &c.

Præter pagum hunc, notus in Smallegangi Annalibus vicini nominis pagus,

POPPENDAMME,

Poppendamme. Cujus Dominium pro majori parte Joanni Hieron. Huissio, utriusque *Vosmerii* Dynastæ, Ex-Consuli Middelburgensi, &c. pro minori parte inscriptum Dnæ Petronellæ Mariæ van *Cromstreyen*.

In Cod. Eccl. Traj. occurrit,

ECCLESIA POPPONIS,

& 's Heerpoppekerke. Vulgò 's *Heerpoppe-kerke*; a *Poppone*, ut credere licet, pagi aut Ecclesiæ conditore denominata; cujus Dominium, extra quod Vlissingenses tenent, Anno 1680. in Dominum Henricum *Velter* translatum.

Frequens apud Zelandos Dominiorum Ecclesiarumve a conditoribus denominatio; a *Biggone*, ut jam vidimus, *Biggenkerka*, a *Poppone*, Popponis-kerka, a *Melissio*, Melis-kerka; *Allertskerka*, sive Alardi Ecclesia, de qua mox sermo erit, ab *Allardo*. a conditore, (ut & per Zelandiam aliæ multæ) denominata Ecclesia.

Fastus Nobil. sæpè novæ Ecclesiæ condendæ ratio: prioris sedis ambitio, primas tenere ad *Offertorium*, vel ad *Pacis* signum, contentioni, atque novæ ædi ædificandæ ansam dabat, ut pluribus sub *Frisiis* ostentum.

SCHELLACH,

Schellach. Walachriæ Insulæ ac Dec. pagus vetus, Borsaliorum dudùm Dominium, a Maximiliano Burgundo in Middelburgenses emptione devolutum, in Henricum Boudanum Courtenium ab iisdem Anno 1680. emptione etiam transcriptum. Cœmeterium præstanti arborum serie obsitum est.

CLEVERSKERKA,

Cleverskerka. Ex Maximiliani Burgundi peculio a Middelburgensibus emptione quoque acquisita, per emptionem transiit in Joannis Petri Dominium.

Collatio Ecclesiæ Schellachkanæ & Cleverskerkanæ erat pridem penes Comites Zel.

ALARDESKINTSKERKE,

In Codice Eccl. Ultraj.

ALARDI ECCLESIA,

Alardi Ecclesia, perantiqua, cui pridem subdita *Capella* Brigdammensis; Pagus Walachriæ Insul. ac Decanatûs, cui perantiqua Ecclesia, subditam pridem habens Brigdammensem *Capellam* vicinam.

BRIGDAMME,
seu
BRUGDAMME,

Contractè in Cod. M. Eccl. Traj. *Bredam*, Walachriæ pagus & Dominium, medio ferè ab urbe Middelburgo lapide, Borsaliorum olim peculium, dein Middelburgensium Dominium, cujus deindè Dynasta, Cornelius Lampsingius. Illic olim tantùm *Capella*, D. Brigittæ sacra. Sacra S. Brigittæ, Ab hac Diva tutelari nomen *Brigdamme* quidam derivatum volunt; licet alii a ponte & aggere hoc nomen desumant. Quod ex antiquis Insigniis probant, aggeri sc. & pontis

in Parochialem dein erecta, Cum Alardi Ecclesiæ hæc pridem subjecta esset, Theodoricus Traj. Episcopus Anno CIↃCCXLV. ad petitionem Canonicorum D. Petri Middelburgi & Heliæ eorum Decani fidelibus Brigdammensibus, & Wilhelmo, eorum Rectori, potestatem fecit novam extruendi Ecclesiam, cui & baptisterium & sepulturæ jus indulsit.

Otto Theodorici Episcopi in eadem sede Ultrajectina successor, decessoris concessionem Synodo firmatam ratam habuit.

cujus *Persona* ac collator S. Petri Middelb. Decanus. *Persona* seu Rector primarius Ecclesiæ istius erat, dictus S. Petri Decanus cum suo Collegio; qui & *Jus*, ut vocant, *Patronatus* in eandem Ecclesiam obtinebat. Patent hæc ex sequenti utriusque Traj. Episcopi Diplomate;

* *Otto Dei gratia Trajectensis Episcopus universis christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, ad quos præsens pagina pervenerit, æternam in Domino Salutem. Præsenti scripto recognoscimus & protestamur, quod nos Antecessoris nostri piæ memoriæ & recordationis Dni* Theodorici *Trajectensis Episcopi & felicis memoriæ* Ottonis *majoris in Trajecto Præpositi cum sigillis eorum authenticis tenorem litterarum in subsequenti positum vidimus Anno Dni* CIↃ CC. XLV. *non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua parte sui vitiatum.* Theodoricus *Dei gratia Trajectensis Episcopus universis in* Walachria *manentibus tam clericis quam laicis salutem in Domino. Universitati vestræ præsentium testimonio litterarum significamus, quod nos ad petitionem familiarium nostrorum* Heliæ *Decani, & Canonicorum beati Petri indulsimus licentiam* Wilhelmo *& parochianis in* Brugdamme *construendi novam ecclesiam in terminis parochie sue, tam ut divinus ibidem cultus augeretur, tam etiam ut parochianorum necessitati paterne provideatur. Volumus itaque & diligenter observandum statuimus, ut prædicti Decanus & Canonici in hac nova ecclesia ædificata constituant sacerdotem pro voluntate sua, & sacerdos ab ipsis institutus recipiat decimam ab orientali parte usque ad medietatem totius decime, quam antiquitus solebant percipere duo sacerdotes communiter in antiqua ecclesia celebrantes. Præterea proventus agrorum ecclesiæ antiquæ, & decimam quandam, quæ sita est juxta* Alardeskintskercke, *sacerdotes prædictarum ecclesiarum æquali inter se dividant portione. In prædicto quoque termino, qui protenditur ab orientali parte usque ad medietatem totius decimæ, quam ut diximus totam habebit novus sacerdos, Custos novæ ecclesiæ habebit decimam de centum & quadraginta mensuris. Dedimus etiam licentiam parochianis omnibus, ut quicunque pro voluntate sua in antiqua ecclesia manere voluerit, maneat, qui vero ad novam transire voluerit, transeat. Adhæc prædictæ ecclesiæ baptisterium concessimus & sepulturam.* Otto *Dei gratia major in Trajecto Præpositus universis in* Walachria *constitutis tam clericis quam laicis Salutem in Domino. Notificamus Universitati vestræ, quod Dn.* Theodoricus *bonæ memoriæ Episcopus Trajectensis ad petitionem nostram & Canonicorum beati Petri, qui jus patronatus habent & personatus, auctoritatem contulit* Willelmo *& parochianis in* Brugdamme *construendi novam ecclesiam in terminis parochiæ suæ, tam ut ibidem divinus cultus augeatur, tam etiam ut parochianorum necessitati paterne provideretur. Qua de causa inductus in posterum observari præcepit, ut prædicti Decanus & Canonici in hac nova ecclesia ædificata instituant sacerdotem pro voluntate sua, & sacerdos ab ipsis institutus recipiat decimam ab orientali parte usque ad medietatem totius decimæ, quam antiquitus solebant percipere duo sacerdotes communiter in antiqua ecclesia celebrantes. Præterea proventus agrorum ecclesiæ antiquæ, & quandam decimam, quæ sita est juxta* Alardeskintskercke, *sacerdotes prædictarum ecclesiarum æquali inter se dividant portione. In prædicto quoque termino, qui protenditur ab orientali parte usque ad medietatem totius decimæ, quam habebit totam sacerdos in nova ecclesia, Custos novæ ecclesiæ habebit decimam de quinquaginta mensuris. Dedit etiam licentiam parochianis omnibus, ut quicunque pro voluntate sua in antiqua ecclesia manere voluerit, maneat, qui vero ad novam transire voluerit, transeat. Adhæc prædictæ ecclesiæ baptisterium concessit & sepulturam. Insuper in præsentia partium prædictarum ecclesiarum quæsita fuit in generali synodo sententia, an Episcopus consensu Archidiaconi &* Personæ *inspecta necessitate cum consensu Patroni dare posset auctoritatem construendi novam ecclesiam. Et sententiatum fuit, quod bene, & synodus approbavit sententiam. Testes hujus rei sunt: Otto major Præpositus Trajectensis, Reimboldus major Decanus, Wigberus Decanus S. Petri, Arnoldus S. Petri Canonicus, Willelmus, Waltherus, Gerolfus, Symon, Lambret, in Walachria sacerdotes. Hæc facta sunt Anno incarnationis Domini* CIↃ. CC. *quinto. In hujus facti testimonium præsentem paginam exinde conscriptam nostri munimine sigilli roboravimus, volentes & firmiter præcipientes omnem prædictum tenorem ab omnibus inviolabiliter observari. Datum Anno Domini* CIↃ. CC. XLV. *in die beati Mauricii.*

* *Ant. Matth. Analect. tom.* VI. *p.* 133.

D O M B U R C H,

Primùm Castrum, dein oppidulum, ad radices collium arenariorum situm; undè & nomen loco inditum. Jura ejus, ut & Westcapellæ, antiquissima & varia; quæ ut vernacula pleraque, & a Smallegango tradita, hîc non damus, & videre licet in ejus *Annalibus* I. *Part. l.* 5. *pag.* 632. 633. &c. Maximè eum potiora eadem sint cum Westcapellanorum, a Florentio Com. datis, juribus. Hodie municipium est oppidi gaudens immunitatibus, cujus, dum viveret, Dynasta quoque erat Princeps Auriacus, &c. post ejus verò obitum prænobilis vir Joannes Cau, Senator Middelb. &c.

Domburgum, pridem Castrum, dein oppidulum, modo municipium, cujusque jura antiquissima, & Dynastæ,

Huic contigua, arx vetusta,

W E S T H O V E N,

Prædium pridem suburbanum & secessus Abbatum Middelburgensium; hodiè Boreliorum possessio, fossis amplis & profundis cincta, turrique, ac muris densissimis conspicua.

Westhoven, arx vetusta, Abbatum Midd. pridem secessus.

G R Y P S K E R K A,

Walachriæ Insulæ ac Dec. pagus, & cognominis gentis pridem Dominium, Anno 1670. Joanni Huissio, Equiti, Anno 1674 prænobili Dominæ, Mariæ Elizabethæ Arkeliæ, inscriptum.

Grypskerka, cogn. stirpis olim Dominium,

Originem pago huic debet, de quo jam meminimus,

cui ortum debet Nic. Everardi a Middelburgo.

NICOLAUS EVERARDI A MIDDELBURGO,
JURISCONSULTUS, DECANUS ECCL.
COLL. ANDERLECHTENSIS, SUPREMI
CONSILII HOLL.ZELANDIÆ, AC DEIN
MECHLINIÆ PRÆFECTUS, UBI ET
OBIIT ANNO 1532.

In æde D. Virginis ibidem depositus. Nicolaus filius Epitaphium patri, vitæ seriem exprimens, illic posuit.

Infra Grypskerkam,

M U N N I K E N H O F,

Prædium suburbanum ingens ac amplum, turri eleganti ornatum, secessus pridem Abbatum Middelb. Fratrumque ejus Præmonstratensium, a stirpe Moucherana ad Rouhergios, inde ad Egydium Ryekegemium, Urbis Middelburgensis Senatorem, devolutum.

Aliud sibi Abbatum Midd. Fratrumque ejus prædium suburbanum.

SE-

SEROOSKERKA,

Seroos-kerka, veteris & amplissimi pagi Dynastæ antiqui, & hodierni.

Walach. Insulæ ac Dec. pagus insignis, ac Dominium vetus, ab illustri *Thuyliorum* stemmate, quod indè nomen dudùm gessit, per emptionem Anno 1684. translatum in Dnum Mrum Abrahamum *Biscop*, Philippi filium, aquarum Zel. Præfectum, cui præstans illic domus suburbana, cum arvo plurimo, pomariis insignibus, & arborum eleganti serie nobilitato.

Inter pagos *Grypskerkam* & *Serooskerkam* nobile pridem viguit Monialium,

SOETENDAELE,

Soetendaele, Latinè *Dulc. vallis*, Monialium Præmonstratensium asceterium, a Guil. Rege fundatum, ex Antv. D. Mich. Abbatiâ progenitum, cujus ibi censuum Codex MS. servatur.

In Walachria Cœnobium, a Wilhelmo Romanorum Rege, Holl. ac Zelandiæ Comite, ex Reigersbergio in *Zel. Chron. Part.* 2. *pag.* 85. fundatum. Moniales, ex Miræo in *Chron. Belg.* Ordinis erant Præmonstratensis; earumque Cœnobium, ex Antverpiensi D. Michaelis nobili Abbatiâ prognatum, *Soetendaele*, Latinè, ex arvi haud dubiè situ & abundantiâ, *Dulcis vallis* fuit appellatum. Sic enim habet Miræus; "Filia Cœnobii S Michaelis est "Monasterium Virginum, *Vallis dulcis* nuncupa-"tum, olim in Walachria. Codex Cœnobii istius MS. asservatur in dicta S. Michaelis Abbatia, in quo ejus prædia ac census continentur.

Monialium harum Præpositi,

Illic & Præpositorum, & Rectricum, & Anni 1476. Sanctimonialium nomina recensentur.

PRÆPOSITI,

Dominus Jacobus Joannis.	1476.
Petrus Nicolai.	1504.
Joannes de Heusdem.	1570.
Dionysius Feyte.	1578.
Petrus Malkotius.	1599.

Rectrices, vulgò *Priorissæ*,

PRIORISSÆ,

Domina Margareta.	1476.
Sura Simonis de Poppendam.	1571.
Catalina Jacobi.	1580.
Elisabetha Jacobi.	1591.
Regina de Weerdt.	1600.

Moniales Anni 1476.

Nomina Sanctimonialium existentium Anno 1476. sub Præposito D. Jacobo Joannis, & Priorissâ Dnâ Margaretâ, tunc ætatis 55. professionis 35.

Soror Maria, ætatis 45.
Maria Willibrordi, æt. 67.
Elisabetha Joannis, æt. 52.
Anna Arnoldi, æt. 36.
Catharina Wouteri van Zirixzee, æt 46.
Gertrudis Matthæi, æt. 35.
Nelken id est Cornelia vel Petronella Cornelii van Middelborch, æt. 42.
Catharina Adriani, æt. 39.
Elisabetha Nicolai, æt. 36.
Sura Nicolai, æt. 22.
Jacomina Jacobi, æt. 17.
Agatha Wytens, æt. 24.
Maria Jacobi, æt. 18.
Margareta Nieters, æt. 26.
Margareta Florentii, æt. 19.
Petronella Jacobi, æt. 17.
Joanna Simonis, æt. 14.
Gudula Gyons, æt. 20.

& Inspectores.

Hoc ipso Anno 1476. ex eodem Codice MS. ad Cœnobium hoc visitandum accesserunt Abbas, Præmonstratensis, nomine Dnus Hubertus;

D. Abbas Fulcardi montis,
D. Abbas Frigidi montis, &
D. Abbas Middelburgensis.

Sede sua pulsæ, Antverpiam migrarunt, Cœnobio earum converso in ædes suburbanas Steengrachtiorum.

Porrò Moniales hæ sub tempora immutati cultus & regiminis sede suâ pulsæ, Antverpiam appulerunt, ubi temporibus Miræi, ut ipsemet asserit, etiamnùm degebant. Cœnobium verò earum versum est in hortum ædesque suburbanas splendidissimas, amænissimas, cubiculis, secessibus, piscinis, pomariis, arborum densâ serie ornatissimas, in Smallegangi *Annalibus Zelandicis* pag. 672. delineatas, antiquum nomen *Soetendael* servantes; & spectantes olim ad Ampliss. Dominum Joannem Steengracht, Societatis marinæ, quæ in Zelandia est, a Secretis, modò ad ejus hæredes.

Ab hac non procul dissidet Oostcapellam versus arx excellentissima, & nulli fere ex Walachrianis cedens,

Vicina, arx Walachriæ præstantissima, *Rynsburgica*.

Rynsburgica, alio nomine *Roode-hof* appellata, a Dno Isaaco Goudin primùm ædificata, cujus possessor modò Jacobus Goudin Isaaci filius, ex-Consul & Senator Verensis, &c Harum, aliarumque arcium ædiumque suburbanarum, imaginem exhibet in *Annalib. Zel.* Smallegangus.

WATERLOSEWERVE,

Waterlosewerve. Monialium pridem ex Bevel. Austr translatum Cœnobium, & *Noortdyck* dictum; modò ejus nominis prædium suburbanum.

Inter S. Agathæ Ecclesiam, & Grypskerkam pagos, ad tumulos arenarios situm pridem Monialium Cœnobium, aliàs *Noortdyck*, Anno 1297. ex *Annal. Zel.* fundatum a Florentio V. in Noortbeverlandiæ pago *Emelisse*; sed ob maris infestationem huc translatum.

Annales Zel. Monialium institutum non exprimunt; sed suspicor Præmonstratensium quoque Ordinis fuisse, quod in S. Michaelis Antverpiæ Archivis ejus sub S. *Nicolai Middelburgi Abbatia* fiat memoria.

Hodiè ejus nominis prædium suburbanum superest, cum ingenti, excelsa & octangulari turri, fossis einctum, densâque arborum serie consitum; cujus possessor, prænob. vir, Joannes Huyssius, Ravelii Dominus, &c.

Ceteris antiquum S. Benedicti Cœnobium, *Porta Cæli*, vernaculè *'s Hemels-poort*, dictum a Wilh. Com. fundatum;

Sed præ cæteris antiquum Sanctimonialium D. Benedicti Cœnobium, *Portâ Cæli*, vernaculè 's *Hemels-poorte*, a Wilhelmo Rege primùm fundatum, variisque privilegiis atque immunitatibus ditatum; quæ Wilhelmus Hann. Holl. ac Zel. Comes Middelburgi Anno 1317. existens, ex Reigersbergii 2. *Part. p.* 138. *Zel. Annalibus* firmavit.

Cœnobii hujus documenta alia non suppeditat scriptor hic, nec etiam in suis ad eum notis Boxhornius. Neque ulla ob sui, credo, antiquitatem supersunt.

Sed rebus brevi attenuatum, Rynsburgensi, ejusdem instituti Cœnobio unitum.

Solùm reperi quod cum fortunis attenuatum esset Cœnobium illud, prædictus Comes Guilielmus ad *Priorissæ* ac Monialium supplicationem idem in Hollandiam transferri, atque Cœnobio illic ejusdem instituti Rynsburgano uniri concesserit.

Tabulas Guilielmi Comitis, ex Archivis Cœnobii Reynsb. a Clariss. Viro, Dno Corn. Alckemadio nobis communicatas, unicum ferè antiquissimi Cœnobii monumentum reliquum, hîc juvat apponere.

Universis præsentes litteras inspecturis, Guillelmus *Comes Haynoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, & *Dominus Frisiæ*, *salutem cum notitia veritatis.*

Justum est & ordo rationis exposcit, ut supplicationibus justa petentium, facilem præbeamus assensum.

Hinc est quod Priorissæ & Conventus Monasterii de Porta Cæli *nobis pluries supplicarunt, cum Monasterium earum depauperatum existeret, quo victum & vestitum non possent habere, nec etiam procurare, nec etiam haberent Provisorem, eis de opportuno remedio. . . . oro &c. succurrere dignaremur.*

Nos earum justis supplicationibus inclinati, dicta Priorissa & Conventu instanter petentibus coram nobis, ut de auctoritate & consensu nostro se possent cum omnibus bonis suis ad Abbatissam & Conventum de Reysenburch *se transferre, consensum & auctoritatem nostram interposuimus &* interponimus.*

Volentes & consentientes, quod dicta Abbatissa & Conventus de Reysenhurch *gaudeant & habeant omnia privilegia, quæ dicta Priorissa & Conventus dicti Monasterii de Porta Cæli habent, perinde ac si eisdem Abbatissæ & Conventui de* Reysenburch *specialiter erant concessa*

Dictaque Abbatissa & Conventus tenentur, considerata quantitate & valore bonorum quæ dicta Priorissa & Conventus de Porta Cæli *habent, successivis temporibus numerum Monialium in earum Ecclesiâ augmentare, ita quod semper tot Moniales in dicta Ecclesia de Reysenburch plus creëntur, ultra numerum consuetum, quot possunt de dictis bonis commodè sustentari, secundum valorem in eadem Ecclesia Præbendarum constitutarum hactenus ab antiquo.*

Et ut in perpetuum hæc nostra concessio valeant, fecimus has litteras nostri sigilli munimine roborari & dicto Monasterio tradi in testimonium veritatis.

Datum Anno Domini millesimo, trecentesimo, septimo decimo, quarta decima die Aprilis.

Pagi alii, ferè inundati, atque ad vicinas Insulas spectantes,

Pagi, extra prædictos, sub Walachriæ Decanatu suprà recensiti, Walachriæ Insulæ non sunt, sed ad vicinas Insulas pertinent; *Noort-beverlandiæ* nimirum, & *Wolfarsdycke*; quorum plures aqua absorpti, alii dein restituti sunt.

BEVERLANDIA SEPTENTRIONALIS,

vulgò

NOORT-BEVERLANDT,

sunt;

Scaldiæ Occidentalis tertia modò Insula, amænitate ac fertilitate vix alteri pridem cedens, ab inundante maris æstu sæpius infestata, Anno demum 1530. tota undis absorpta fuit.

Cortgena,

CORTGENA,

In Cod. MS. Eccl. Traj.

CORTHEEN,

primitùs Castrum, dein oppidum,

Primitùs ex Reigersbergii Annalibus Castrum, Anno 1413. juxta eundem, muris einctum. Anno 1478. 28. Martii, a Maria Burgunda & conjuge ejus Maximiliano Austriaco, sub certâ lege vendita Florentio Borsalo, notho. Tabulæ a Boxhornio repræsentantur *Annal. Zel. Part.* 1. *p.* 428.

Margareta Haesselensis, Florentii mater, piè religiosa Anno 1495. mortua, in Cortgena Ecclesia ad perennem memoriam, ex Reigersbergii *Annal. Part.* 2. *pag.* 340. VIII. Presbyterorum instituit, dotavitque Collegium, qui *septenarium* sic dictum *officium* eâ in Ecclesia persolverent, ibidemque tres missas per diem decantarent.

in cujus Ecclesia institutum VIII. Presbyterorum Collegium; ab aquis vindicatum, virorum nobilium natalibus illustre:

Mari dein Anno 1522. absorpta Cortgena, restituta est curâ ac studio Nassavii Odyckii, ejus tum Dynastæ; cum ejus Anno 1518. possessor fuisset, Florentius Egmondanus.

Ex Adriano Hoffero primordia Cortgenæ debet Borsala gens; uti & Joannes Reigersbergius, *Chronici Zel.* scriptor, quod Antverpiæ primùm excudi jussit Anno 1551.

cujus apud Ottonem II. Imp. mentio.

Otto II. Imp. in Diplomate Anni CIO CCCC LXXIV. meminit *Cortagosuræ* tanquam in Beverlandia sitæ; & hunc locum designari valdè sollicitat affinitas vocis. Alting. *Not. Germ part.* 2.

CAMPE,

Campe,

Vetus pridem ex *Zel. Annalibus* Scaldiæ Insulæ oppidum, mari dudùm absorptum, cujus adhuc turris superstes visitur, intractu pro magna parte restituto, ac dicto *Camperland*.

Huic ad Austrum contigua

SOETELINSKERKA,

& Soetelinskerka.

Amplus olim pagus ac nobilium Zelandorum Dominium, pro parte hodiè ab aquis vindicatum, ac in varios Dominos dispertitum.

WISSEKERKA,

Wissenkerka, vetus Dominium; ejus Dynastæ,

Celebre & antiquum Beverl Sept. Dominium, cujus Dynastæ inter priscos Zelandiæ nobiles locum tenent.

Stirpem eorum exhibet in *Annal.* suis Smallegangus *pag.* 754 Inter hos celebrati, *Egidius a Wissenkerke*, Antonii, Equitis, Domini *Conwerve* ac *Olesende*, prætoris Middelb. Anno 1452. ex priori matrimonio filius, J. V. Doctor, &c. *Capellæ* Vosmerianæ institutor,

& viri illustres.

Atque *Simon a Wissekerke*, Henrici filius, J.V. Doctor, & S. Petri Middelburgi Decanus.

Claruit etiam *Wissekerka* natalibus *Guilielmi Egidii*, celebris Astronomi, qui librum de Cæli cursu conscripsit, Anno 1494. typis editum.

Pagus hodiè ab aquis restitutus.

Hodiè novus est, agri Noortbeverlandici pagus, Geersdyckæ conterminus, cum præstanti sano, ac portu commodo.

Wissekerkæ ad hypafricum adjacet,

GEERSDYCKA,

Geersdycka,

Anno 1668. aggeribus ab ejus inundatione novis cincta. Uterque pagus plures hodiè Dominos agnoscit, Joannem *Huyssium*, Wilhelmum *Lierium*, Joannem *Reigersbergium*, Equites, aliosque.

Templarios in *Geersdyck* Dominium aliquod tenuisse olim, tradit Reigersbergius in *Annalibus*.

Wellis,

WELLE, seu WELLIS,

&

CONINXHEM,

Coninxhem,

Ejusdem tractus Dominia, in quibus majorem portionem, cum viveret, tenuit Guilielmus Angliæ Rex.

In

In Paroch. Ecclesia de *Wellis*, juxta Cod. M. Eccl. Traj. pridem erat *Capella B. Mariæ Virginis*. Hujus possessor Anno 1529. Dnus Antonius Henrici, Dni Petri Henrici successor. Arx ibidem olim vetusta.

E M E L I S S A,

Emelissa, Ejusdem tractus Dominium, pro majori parte Wilhelmi Henr. Auriaci Principis & Angliæ Regis peculium dum viveret.

Ecclesia, Pastor, Parochialis ei Ecclesia, cujus pridem Pastor, JOANNES ADRIANI HILLE, a Geersdyck. "Curatus portionis unius Parochia-"lis de Emelissa, in Noortbevelandia, Anno 1527. "fundavit in Pædagio castri bursas duas". Ex *Fast. Acad.*

Vicaria, In Parochiali ejus Ecclesia *Capellania* pridem ex prædicto Cod. M. seu *Vicaria perpetua B. Mariæ Virginis*, cujus possessor Anno 1529. Dnus Joannes Egidii, successor Petri de . . .

& Cœnobium. In Emelissa pridem viguit, ut jam diximus & Sanctimonialium Abbatia, Anno 1297. fundata, *Noortdyck* appellata, ob maris infestationem in *Waterlootwerve* ad colles Walachriæ arenosos transplantata.

C A T S,

Cats, Amplissimum pridem ac vetus Dominium, quod cognomines habuit Dynastas, quorum apud Stokium ad Annum CIↃ. CCC. & in Annalibus Zel. est mentio.

Hodiè, vix caput ex aquis emergens Beverl. Sept. vicus est cum fano ac portu. Dominos numerat de Colster, Watervliet, & Joannem Vosbergium.

H O U C K E,

Houcke, Vetus ejusdem tractus Dominium, vulgò *'s Gravenhoucke* hodiè appellatum.

V L I E T E,

Vliete, vici olim nobiles; eorum Domini, Ecclesiæ, ac *Vicaria*. In Cod. Eccl. Traj. *Offliet*, nobile ac vetus Dominium, cui præter arcem *Capella*, juxta Reigersbergium *in Annalibus*, pridem ingens, Parochiæ simillima. Hodiè unà cum *Weele* sub aquis gemit.

Primarius Insulæ totius pagus modò est,

C O L Y N S - P L A T E,

Colyns-plate. Cui præter ædes plures ac præstantes, portus commodus, portui Ziricxeno oppositus.

Pagis his Decanatui Walcherano in Cod. Traj. Lappii a Waveren, quem secutus est *Zel. Annalium pag.* 92. 93. 94. Boxhornius, annectitur,

W O L F E R S D Y K,

In antiquis chartis,

W O L F A E R T S D I K A,

Ex Bevelandicis Insulis quondam una, Scaldis Occidentalis quarta & postrema, Walachriæ proxima, atque cum illa ex ingenti diluvio Anni 1287. juxta Stokium servata.

Piet. Illic arx olim & oppidulum *de Piet*, e cujus ruinis antiqua monumenta, juxta Reigersbergium in *Zel. Chron.* Anno 1512. adhuc visebantur.

Boxhornius ex Reigersbergii *Annal. Zel.* alium illic cum arce pagum locat, *Muyden*, seu *Termuyden* dictum. Sed verius hæc duo loca confundit Smallegangus *Annal. Zel. part. 1. lib. 5. p.* 757.

Præter locum hunc, Pagi in Zel. Annalibus & Codicibus Traj. nobiles, *Sabbinge*, ac *Oosterkerk*, qui & *Oosterlandt* dictus; Zel. Comitum feudum, pluribus beneficiario jure mancipatum.

S A B B I N G E.

Sabbinge, Wolfaertdikæ Insulæ juxta Altingium *Not. Ger. part* 2. *p.* 153. portio, cui sui seorsum Dynastæ, quorum mentio in Diplomate Wilhelmi I. Holl. Comitis Ann. 1231.

Fuit & ea in Insula Pagus, cum fano turri

H O N G E R S D Y K,

& Hongersdyck, pagi ac Dominia vetusta, Zel. Comitum feudum. Cujus alluvies novâ quotidiè glebâ accrescit.

Hodiè Insulæ Wolfaertdikæ inter utramque Bevelandiam nominis ferè tantum superest memoria duobus inviculis, *'T oude en nieuwe dorp.*

DECANATUS BORSSALIÆ,

Monster, *Tewyck*, *Westkercke*, *Oestkercke*, *Wolfersdorp*,	*inundatæ.*	*Ecclesia S. Catharinæ*, *Everdingen*, *Coudorp*, *Ellswoutsdyck*,	*inundatæ.*

BOR-

BORSALA,

Borsalæ, Insulæ ab aliis olim sejunctæ pagi complures.

Insula olim a Bevelandia australi euripo sejuncta, in qua extra oppidum eognomine Borsalæ antiquissimæ gentis, cujus in Zel. Annalibus frequens mentio, celebre Dominium, & pagi complures, qui alterum apud Zelandos Decanatum constituebant.

His ferè singulis sua Parochialis Ecclesia, in quibus *Capellaniæ*, *Vicariæ*, aliaque beneficia complura, Borsalorum pià munificentiâ dudùm condita, quæ ad gentis ejusdem erant collationem; ut fidem facit hæc charta concordiæ MS. in qua. Wolphardus Borsalus cum Wilhelmo & Joanne *Oostendanis* fratribus transigunt de beneficiis hisce Ecclesiasticis alternatim conferendis:

in quorum Ecclesiis plura beneficia ad Borsalorum & Oostendanorum collationem.

WY Wolfart van Borssélen, Grave van Granpre ende van Bochain, Heere vander Vere, van Zandenburch, ende Willem de Vriese van Oistende, ende Jan van Alsen, Ridder, ghebroeder, doen condt allen luyden, Alzoo by wylen onsen vaders alle zaligher ghedachten, op ten xxviij. dach vander maent van Augusto int jaer ons Heeren duysent vier hondert ende dertich een voerwaerde ende overeendraehte, gemaect, ghesloten ende bebrieft was op stuck van den ghysten ende collacien vanden beneficien kereken, capelryen ende costerien, dy de voorsz. onsen oulders doen ter tyt ter cause van hueren ghemeynen *Ambachten over al in Borsselen* ghemeen ende te samen te gheven, Te weten wy Wolfart van Borsselen, Grave van Granpre, Heere vander Vere voirn. dy twee eerst verschinende, tzy *kercke*, *cappelrie*, oft *costerie*, ende wy Willem, ende wy Jan van Oistende gebroederen voirn. de derde dair naest verschinende, die welcke voorsz voorweerde, overmits dat dy brieven daer af oult zyn, wy begheren noch zoo tonderhouden ende de brieven daer af te vernieuwen ende te doen verscriven ende verseghelen, daer inne wy over beyde zyden, minnelyeke geconsenteert hebben, Soo eest dat wy achtervolghende den inhouden vanden voirsz. oulden brieven noch van nieus overdraghen ende minnelyeke ghesloten hebben ende gewillecoort, overdraghen, willecooren ende sluyten met desen onsen brieve voor ons, onsen erven ende nacommelighen, dat yeghelyek van ons lieden, te weteo wy Wolfart van Borssele voirn. ter eenre zyden, ende Willem ende wy Jan van Oistende gebroederen voorn. ter andere zyden van nu voort aen verwaehten zal zyn *ghebuerte* int ghevene vanden voirsz. beneficien ende gheestelyeke goeden, tzy kercke, capelrye oft costerie alzoo dy verschijnen sullen, dats te verstaene wy Wolfart van Borsselen voirn. dy twee eerst verschinende, ende wy Willem ende wy Jan van Oistende gebroederen voorn. tsamen dat derde, alzoo langhe als enighen ghysten van dyen verschinen, daer wy t'samen beyde deelachtich aen zyn, ende waert saecke dat eenich van ons luyden enighe vanden voirsz. ghysten hene gave, tware kercke, capelrye oft costerie, ende het zyn gebuerte nyet en ware dy te gheven, zoo en zal dy ghyste van gheender weerde wesen, ten ware dat dander van ons luyden daer in consenteerde. Voort alzoo Willem ende wy Jan van Oistende onsen neven voorn., ons Wolfart van Borsselen voorsz. te kennen gegeven hebben hoe dat wy voor dese tyt enighe der voorsz ghysten, gegeven souden hebben dy in onse gebuerte nyet en waeren te ghevene, begheren e vriendelyck dat wy als nu een van onsen twee ghysten, dy wy naer inhout van den voirsz. oulden brieven ende oick van desen tegenwoordigen hebben souden te meneken ende te vreden te willen zyn, mit dy eerste ghyste vanden beneficien voorsz. dy verschijnen zal, tzy kercke, cappelrie oft costerie te ghevene, ende dat Willem ende wy Jan onsen neven voirn. dan terstont daer naer gheven souden, dy eerste dy dan verschinen zal, ende dan daer naer altyt achtervolghende dinhout van desen onsen brieven, te weten dat wy Wolfart van Borsselen voirn. alsdan voirt aen naer dat Wy om de eerste reyse inden manieren voorsz. dy eerste ghyste vanden beneficien voirsz. gegeven sullen hebben, ende Willen ende wy Jan onsen neven voirn. dy tweede, dat wy Wolfart voorn. oft onse naecommelinghen naer ons dy twee eerste dan daer naer verschinen geven zullen, ende Willem ende wy Jan onsen neven voirn. dat derde, ende dat van als dan voort aen soo onderhouden in dier manieren tot eewighen daghen. Ende om in deser saecke den selven mynen neven te believene ende om alle vrientscap ende maeschap tonterhoudene, Soe hebben wy Wolfart van Borsselen voorn. ter begheerte van onsen neven voorsz. hier inne geconsenteert ende consenteren midts deseo, in alre manieren als hier voren verclaert staet, alle dinck sonder arghelist. In orconde ende kennisse van desen zoo hebben wy Wolfart van Borsselen, Grave van Granpre ende van Bochain, Heere vander Vere, ende Willem ende wy Jan van Oistende, gebroederen voorn. desen brief bezeghelt mit onsen segh helen vuythanghende, ghedaen inde stede vander Vere opten dach van Julio, int jaer ons Heeren duysent vier hondert eeo en tacchentich. Ende dese brieven zyn twee alleens houdende van woorde te woorde, daer af wy Wolfart, Heere vander Vere voirn. deen hebben, ende wy Willem ende wy Jan gebroederen voorn. den anderen.

Plures ex his pagis aquis absorpti;

Ex pagis his sex cum Paroeciis suis mari absorpti;

S. Catharin, cujus D. Catharinæ Virg. & Martyri nuncupata Ecclesia.

Monster, ingens & amplus pagus: dein *Oostkerke*, *Westkerke*, *Wolfersdorp*, & *Te Wyck*, ubi Sedem pridem habebant Borsali Domini.

Pagi hi Anno 1531. ingenti aggerum mole cincti, aquis iterum Anno 1532. juxta *Leeuwium* in *Bat. Illustr.* absorpti fuère.

ferè sola hodiè superest in Bevel. Aust. *Borsala* pagus.

Borsala autem hodiè superest, in vindicata ab aquis Bevelandiæ Australis terrâ, a Goezanis per emptionem Anno 1615. acquisita; ubi & de *Everdingen*, *Coudorp* & *Ellewoutsdyk* nobis erit sermo.

DECANATUS SCALDIÆ.

Zirixzee,
Curia Begmarum ibidem,
Brouwershaven,
Vetus Ecclesia Duvelandiæ,
Kerckwerve, | *submersæ*.
Duvendyck, |
*
Ecclesia S Philippi, *inundata*,
Ecclesia Alardi, *inundata*,
Ecclesia filiorum Nicolai,
Elckerzee,
Ellemeet,
Noirdtwellandt,
Zuytwellandt,
Zuytkercke,
Renesse,
Brydorp,
Haemstede,
Borch,
Westerslandt,
Nova Ecclesia Duvelandiæ,
Jackenkercke,
Brieskercke, *inundata*,
Nova Ecclesia Schaldiæ,
Ecclesia Remeri,
Simonskercke,
Coudekercke,
Bordendam,
Ecclesia, *seu Capella Cursorum*,
Bommenee,
Parva Dryscher,
Noirtgouda,
Dreysche,
Claeskinderkercke,
Sonnemaer,
Nova terra Duvelandiæ,
Brunesse in Duvelandia,
Muggerschil.

* In quibusdam Codicibus jungitur *Stevenisse* inundata.

S C H O U W E N,

Insulæ Scaldiæ situs ac partitio.



Latinis *Scaldia*, a Scaldi flumine Orientali, qui eam eum vicinis Orientalibus Insulis a Scaldi Occidentali dirimit, olim tam ampla ac Noortbevelandiæ Insulæ tam vicina fuit, ut utriusque incolæ secum colloqui possent; nunc verò largo sinu ab illa distenditur.

Insula hæc in VI. olim territoria divisa, præter pagos & vicos, continet *Xirixæam* & *Brouwershaviam* oppida.

X I R I X Æ A,

Hujus Caput Xirixæa, a Siricio denominata,

Decanatus hujus Caput, Zelandicarum Urbium post Middelburgum præstantissima, inter omnes ordine tertia, ad Scaldia Orientalis dextrum latus, sonat *Siricii* Insulam, qui an sanctus an profanus fuerit, non liquet; clari saltem nominis virum suo tempore fuisse nulla ambigendi ratio est. L. Lemnius, civis indigena 2. *cap. l.* 4. *de occult. nat. miraculis*, ejus initia ducit ad Lotharium I. *Civitas*, inquit, *Zirixæa a conditore* (Siricio) *nomen sortita*, *hanc Insulam præcipuè exornat*, *quæ anno redempti orbis* 849. *imperante Lothario primùm in formam civitatis ædificari cœpta*, *ac mœnium ambitu muniri.* Idem tempus designatur rhythmis vernaculis in Reigersbergii Chronico relatis, ubi & anno dicto octava assumptionis D. Virginis jongitur.

magnæ dudùm existimationis, a fide in principes laudata;

Quidquid sit de istis ejus primordiis, magnæ existimationis fuisse Xirixæam inter urbes quas ditione tenuit Theodoricus VII. satis cognoscitur ex Stokio, cui & sæpius laudatur a fide immota in Principes, & vicissim a Principum in illam repositâ fiduciâ. Comites olim, fortè intra muros, exstruxere Castrum, in quo hospitabantur dum Zirixæam veniebant. Illud tempore corruit, ac in eodem fundo erecta domus, in qua Marchio supremum tenebat tribunal, 's *Gravenhof* appellata.

cui Ecclesia D. Livino sacra, in qua fundatum Canonicorum Collegium eximiæ auctoritatis;

Ecclesia ejus primaria, S. Livino Episcopo ac martyri dudùm consecrata, Zelandicis omnibus splendore ac ædificii magnitudine longè eminuit; vulgò S. *Lievens Munster* appellata, quia & ad illam Collegium fuit Canonicorum, ut pridem solebat, communiter & vice Monasterii viventium. Anno quippe 1378. Albertus Bavarus, Hollandiæ ac Zelandiæ Comes in ea fundavit

davit xxiv. Canonicorum Collegium; quod aliquandò, cum circa electionem Decani Tolensis lis esset, sententiam tulit, ut sub Tolcosi Collegio, huic Xirixæno æquali, dicemus.

Præbendæ erant ad collationem Comitis. Ex Collegio Xirixæno fuere,

Philippus a Leidis, dicto duci a coosiliis, de quo sub Lugduno Bat. unde ortus erat, egimus *Bat. Sac. part.* 1. *p.* 202.

JACOBUS DE RHENO, Decret. Doctor, Decanus Zierixæensis & Bergensis ad Zomam, Lovanii ad S. Michaelem Parochus: admissus ad Concilium Universitatis Lov. An. 1504. pridie Kal. Sept. ad Collegium Doct. J. V. 1505. Obiit Anno 1519. Ex *Fast. Acad.*

Inter quos viri nominati.

LEVINUS LEMMIUS, Medicinæ Lovanii Doctor, & prænobilis Dnus Jacobus vanden *Abeele*, Cornelii filius, ultimus Abeeliani stemmatis, Anno 1557. defunctus.

Heylwich van Cats, uxor quondam Domini de *Abeele* perpetuam io ea Ecclesia * *Canonicalem præbendam* fundavit sub principium seculi xv. juxtà tenorem chartæ hujus;

Aliæ ea in Ecclesiâ præbendæ

In dên name ons Heeren, amen. Kondig zy allen luyden die dezen brief zullen zien of koren lezen, dat wy Heilwich, Vrouwe van Abeele, en Boudewyn Waddins zoon, Priester, Canonick van S. Catharine Kerk ten Bryele, by onze gezonde lyven, met goede voorsien, wetende en wel beraden, met onzen vryen wille, in die eere Gods, Maria sijne moeder, S. Livens, S. Catharine, des H. Cruycen, en alle Heyligen Gods, om saligheyt onser zielen en tot vergiffenisse aller onser sonden, onser vaderen, moederen, susters en broeders en andere sielen en om te houden en te volbrengen Renger Willemans sone *testament en uyterste wille, en voor alle bare sielen die ons goed gedaen hebbe, gefundeert, gestigt, gemaekt, en vergift hebben met sulke landen, renten en goeden als hier na geschreven staet een Canonyke Provende eenwiglyk te staen in S. Liviens Kerk in Zierikzee*, &c.

ac Vicariæ.

Aliæ io Ecclesia hac *Præbendæ* ac *Vicariæ* fuêre; inter ceteras, *Vicaria* ad Altare S. Crucis, ad quam Anno 1545. xvii. Febr. a Georgio Egmondano, Traj. Episcopo, institutus Laurentius Petri, *pro sui status* (cum adhuc Canonicatum ibi possideret) *decentiore*, inquit Diploma *sustentatione*.

Sacella,

Templi aditus Sacellis undéquaque cinctus, priscis temporibus a Lombardo quodam câ mente extructa, ut in sacratâ illic bumo condi posset.

organum speciosissimum: hæc flammis deflorata,

Organum in Ecclesia hac speciosissimum & artificiosissimum, a Nicolao Nyckhovio adornatum. Fanum istud augustissimum fulmine tactum conflagravit Anno 1466. in profesto dedicationis Ecclesiæ, cujus memoria adhuc viget in

de quibus lepidum, Gen. 28.

versu hoc Chronico, qui ad æditorum fenestram hodiè-dùm legitur, † in quo est allusio ad hunc *Introitum, Terribilis est locus iste*,

Chronicon.

Sub Missa io dedicationis Festo a Mystis cani solitum,

Cras Cane terrIbILIs: *non possum*;
CVr? CaDIt IgnIs.

Cœnobia Xirixææ diversa;

Extra primariam hanc ædem, varia olim Monachorum, Virginumque cum fanis Cœnobia viguere Xirixææ.

* *Smallegangi Annales Zel. pag.* 525.
† *Reigersb. Part.* 2. *p.* 238.

Templariorum vetustissimum,

Antiquissimæ *Templariorum* ædes, ibi spectatissimæ ad Annum usque 1312. quo Ordo iste, sedente Clemente V. deletus est. Boxbornius in notis ad Reigersbergii *Annales Zelandicos pag.* 317. refert inter urbis ejus archiva repertas literas Prætori, Consulibus, Scabinis, ac Senatui Zirixæo inscriptas, quibus mandabatur, ut omnes illius Instituti viros nocte unà trucidarent; præscripto etiam ordine quo tragœdia hæc perficeretur. Duo tamen ferali ea nocte extra Monasterium degentes, carnificinæ feliciter substracti feruntur.

Paucis retrò annis adhuc visebatur Xirixææ Monasterii hujùs aditus, qui erat porta fastigiata ex lapide rubro, cui incisi Leones aliarumque rerum effigies, artificiosè admodum elaborata. Huic respondebat platea, S. Joannis platea adhuc hodiè cognominata, Templariorum olim equile; quia ædes eorum postmodum a Joannitis, ex Boxhornio, occupatæ.

quod dein Jacobæis cessit.

Sed hæ postmodum Jacobæis, & Dominicanis dictis, cessêre. Hi enim & suum Xirixææ domicilium habuêre. Sed mutato regimine destructum Cœnobium, Senatûs jussu in privatorum ædes fuit dissectum.

Eremitarum S. Augustini.

Eremitæ S. Augustini suum quoque cum fano, juxta Torrium in *Relat. Rom.* domicilium habuêre Xirixææ.

Minoritarum, inter se discordantium:

Minoritæ Franciscani suo illic etiam gavisi dodùm Cœnohio, cum fano conspicoo. Sub medium seculi xiv. illic eos viguisse perspicuum est, cum ex archivis oppidi constet, quod ab Anno 1383. adeò dissoluta eorum esset vivendi vita, ut manus quandóque miscerent, & Theodorus Oudergeestius Monachus a Collegâ fuerit perfossus.

Ob crimen hoc Senatos Xirixæus in alios etiam animadvertit, pulsis e Cœnohio Monachis, ac bonis fisco adjudicatis, quorum apud Scabinos erat administratio.

Cum annis indè quatuor Senatus indulgentiâ Rector & Monachi alii in Cœnohium admitterentur, hi vivendi enormi licentiâ census reditusque omnes sub anterioribus Monachia Ordini concessos vendidêre. Unde novâ inter Senatom oppidaoosque in eos ortâ discordiâ, ad supplicationes veteribus agnatorum ex patriæ, moderatorum decreto sancitum est, ut novis ejectis, veteres Monachi Cœnobio restituerentur.

Hi novi mandati hujus conscii, vendito reliquo censu, utensilibus, vasis, calicibus, atque omni supellectile ablatâ, nocte intempestâ, antequam Senatus quidpiam resciret, ædibus & oppido sunt egressi. Quod in urbis tabulis sic annotatum reperitur; Anno MCCCLXXXVIII. *Observantiales spoliaverunt Conventum Xirixæensium de mobilibus, immobilibus*; quo acutè designabatur, Monachos hos, quibus mobilia movere seu alienare fas non erat, ea nihilominus amovisse.

Fanum eorum Anno 1552. in profesto S. Luciæ igne consumptum; Cœnobium per subsecutam iconomachiam totum dirutum est.

Cisterciensium, ex Antverpiensi D. Salvatoris Abbatiâ progenitum;

Sed inter Cœnobia excelluit Cisterciensium Monach. Monasterium, ex Antverpiensi S. Salvatoris Abbatiâ Anno 1470. prognatum, *Aula B. Mariæ* appellatum. De hoc ita in *Brabantia* sua Sanderus *c.* 9. *p.* 22. " Monasterium, dictum *Aula B. Mariæ* in urbe Xirixæâ Anno 1470. solido paternitatis jure Monasterio S. *Salvatoris*, illiusque loci prælato subjectum fuit". Cœnobium hoc Warmondano, aliisque per Hollandiam & Frisiam Cisterciensium Cœnobiis colligatum fuit.

Ex

quorum Rectores quidam hic recensiti.

Ex Codice mortuali Warmondano, quem dono Clarissimi Viri, Joan. Versydii, tenemus, Priores Cœnobii Xirixeni fuere;

Fr. *Nicolaus van Nieuwkerk.*

Fr. *Jacobus van den Briel.*

Fr. *Nicolaus Reyex*, ad Warmondam Anno 1537. defunctus.

Griscarum,

Ad hæc Xirixæa Catholicorum ævo habuit asceterium griscarum seu nigrarum, sic a pullâ veste dictarum, sororum, SS. sub *trium Regum* vocabulo, Capitulo Sionensi, ex J. Lindebornio *cap.* 2 §. 1 *pag.* 112. colligatarum.

ac Panificarum sororum ædes, & Beghinarum curia,

Aliæ ibi sororum ædes, a pane emendicato, vel labore acquisito, *Brood-susteren* appellatæ.

His accedebat Beghinarum conspicua curia, Anno 1456. incendio, una cum Jacobæorum æde sacrâ, plurimùm deformata. Hujus turris hodiédum cum posteriori fani vestigio & pauculæ ædes supersunt. In hac Beghinasii Ecclesia olim fundata erat *Vicaria* ad altare B. Mariæ. Hujus possessor Anno 1529. Dnus Cornelius Huberti, successor Dnus . . . Lyndreyer.

in qua & Vicaria.

Leprosorum ibidem ædes, Nosocomium, Orphanotrophium, Gerontotrophium, & in egenarum ac vetularum commodum ædes variæ.

Sunt & alia Xirixææ pietatis monumenta;

Leprosorum ædes,

Nosocomium,

Orphanotrophium, Anno 1569. censu & ædificio multùm auctum, cujus fastigio inscriptum, *Senectutem honora.* Gerontotrophium ab Adriano Francisci, Brouwershavio, Xirixææ desuncto Anno 1585. extructum, atque Anno 1606. censu largiore ditatum.

Et hæc in feminarum egenarum commodum prisca ædificia:

Ædes S.

Ædes S.^æ Jacobi,

Ædes S. Antonii,

Ædes S. Jacobi,

Vetularum, piscatorum ædes.

Xirixææ adjacens Carthusianorum Cœnobium, Mons Sion;

Xirixææ pridem ad pagum Noortgaudanum adjacebat Carthusianorum Cœnobium, *Mons Sion* appellatum, S. Hieronymo Confessori & Ecclesiæ Doctori nuncupatum, & sub Annum 1434. fundatum a Joanne Livino, *Lievens* vulgariter dicto; e cujus stirpe orta *Cromstreyana* familia adhuc hodiè viget, avitæ fidei constanter addicta.

Monachus illic, Ægidius Auri-Faber,

Ægidius Auri-Faber, dicti Cœnobii Monachus, *vir tum doctus, tum devotus aurea fabricatus est opuscula*, ut loquitur Petrus Sutor *lib.* 2. *vitæ Carth. cap.* 7.

De laude Carthusianâ,

Opus exemplorum,

Sermones de Tempore & Sanctis,

Obiitque Anno 1466. die 20. Februarii.

& Rector, seu Prior Cornel. Poldermans, fidei avitæ custos ac defensor, pro ea a furente plebe interfectus.

Cornelius Poldermans in Cœnobio eodem moderator seu Prior, ad hoc munus ex Monasterio S. Salvatoris Antverpiæ adsumptus, singulari pietate & prudentiâ commissum sibi gregem custodivit, donec collapsâ illis in partibus Religione Catholicâ & Ecclesiasticâ auctoritate in præceps ruente, & ferè omnibus Monachis vel occisis, vel profligatis, mirabili constantiâ, in monasterio suo perseveravit, potius mori eligens, quam vel Religionem mutare, vel locum deserere. Quare a furente turba immaniter interfectus fuit Anno supra millesimum, qoingentesimom, septuagesimo secundo: de quo, ut Ordinis Cisterc. religioso mattyre, vide Chrys. Henriques *Fascicul. SS. Ord. Cist. l.* 2. & Raissii auctuarium ad *natales SS. Belgii* J. Molani ad 15. Febr.

Extrà hos Zirixæi,

Extrà hos Xirixæam natalibus suis illustrarunt;

religiosi aut eruditi, Amandus Zirixiensis,

* AMANDUS ZIRIXIENSIS, Ord. Minorum Theologus & Lector Lovanii, posteà minister Provincialis, qui multùm adlaboravit pro reformatione Provinciæ sibi creditæ. Ministerii cursu exacto Lectoris denuò officium amplexus fuit, in eoque, quoad vixit, perseveravit. Vir artium variarum, linguarumque non ignarus; quippe qui Græcam, Hebraicam ac Chaldaicam calleret linguas, cum vix typi earum in Belgio noti essent. Congessit ex probatis Auctoribus, ut titulus habet, atque eruditâ brevitate digessit,

Chronicon, a mundi exordio ad An. 1534. quo in vivis esse desiit, libris VI. quod *scrutinium* vel *venationem veritatis historicæ* vocabat, Antverpiæ 1534. 8. apud Simonem Cocum. Adhæret ejusdem liber,

De 70. hebdomadibus Danielis. Præfatur Franc. Titelmannus de Auctoris vita ac scriptis, & has insuper laudat *Amandi* lucubrationes,

Commentarios in Genesim, Jobum, & Ecclesiasten.

Dominicæ Passionis Historiam.

Spiritualis militiæ XII. *Horas*, *lib* I.

De XL. *Mansionibus: de S. Annæ conjugio, &c.*

De Sophi Rege Persarum, hoste Turcarum. MS. *Lovanii.*

Adrianus Hofferus,

ADRIANUS HOFFERUS, natione Zelandus, domo & stirpe Zirizæus, nascitur Anno Dom. 1589. IX. Kal. Junii, Patre *Rocho Hoffero*, octies consulari. Post varias functiones, etiam Consulatus, in Republicâ Zirizæana obitas, Quæsturâ Regalium, seu Domaniorum Zelandiæ ad Orientem Schaldis, ab Ordinibus ejusdem Provinciæ donatus est: nec interim in dignitate ista Musis valedixit. Carmina varia lusit, sparsim edita.

Andreas Lemnius,

ANDREAS LEMNIUS, Zelandus, Medicus, scripsit

Epistolam satis longam, *qua urinæ studium, & ex ea morborum prævidentiam*, commendat.

Petrus Peckius,

† PETRUS PECKIUS Zirixæus, J.U.D. in professione paratitlari Pandectarum successit *Joachimo Hoppero*, quæ quidem professio hoc anno facta est Regia, primusque Regiis auspiciis paratitlorum Pandect. Codicisve Professor fuit *Peckius* usque ad Ann. 1562. quo Pomeridianam, eamque Ordinariam, in jure Canonico Lectionem suffragiis S. P. Q. Lovan. obtinuit. Deseruit verò stationem illam An. 1586. vocatus Machliniam ad magnum Senatum Belgicum anno Professionis plus minus trigesimo, magno Scholæ Academiæque relicto desiderio. Scripsit *de Testamentis conjugum: de jure sistendi & manuum injectione*, quam *arrestationem* vocant: *de Amortizatione bonorum: de Ecclesiis Catholicis ædificandis & reparandis*, &c. Aliaque leguntur apud Hæredes, & alibi, a multis jam pridem desiderata: ut *Responsa*, seu *Consilia*, & *Commentaria absolutissima in sextum Decretal. Bonifacii* VIII. *& Clementinas.* Vivere desiit Machliniæ XVI. Kal. Augusti 1589. ætatis anno LX. corpusque Lovanium fuit translatum & depositum in D. Michaelis ad latus aræ summæ: ubi imago pendet Deo & memoriæ *Peckii* dicata, cum inscriptione vernacula.

Balduinus Henrici,

BALDUINUS HENRICI, de Zirixæa, Zelandus, Decretorum Doctor & Professor Lovanii, claruit An. 1460.

* *Valer. And. Bibl. Belg.*

† *Val. Andr. Fast. Acad. pag.* 193.

Ejus *Lectura ad libros* v. *Decretalium Tomis* v. ibidem ad S. Martinum exstare solet. In librum iv. *Decretalium* legitur in Bibliotheca Warnesiana, apud A. V. *Petrum Weymsium* Præsidem Luxemburgensem.

Corn. Liens,

CORNELIUS LIENS, Urbis Zirizææ Medicus Ordinarius, post municipii aggeris Martiniani in Tholensi Zelandiæ Insula Prætor, vulgo Drossardum vocant, ibidemque inter Toparchas ejusdem loci sub magnifico monumento, quod sibi vivus fieri curaverat, reconditus, edidit

Concertationem Epistolicam cum adversariis Phil. Lausbergi. Zirizeæ 1614. 8

DAVID THEODORUS PLASEER, Zirizæus, Zelandus, Medicus Antverpiensis, edidit

Commentarios Belgicos in aphorismos Hippocratis. Item

Enchiridion, continens remedia contra pestem. Antv. 1603. typis Jac. Meesii.

Dominicus Jansenius,

DOMINICUS JANSENIUS, *Boy* cognomento, Zirizæus, Zelandus, Ordinis S Dominici, Missionarius Apostolicus ad Daniæ Regnum, edidit idiomate Germanico,

Tract. de jejunio, contra Lutheranos.

De confraternitate Sanctissimi Nominis Jesu, instituta in Ordine Prædicatorum: nec non *Davidicum gloriosissimi Nominis Dei Officiolum.* Hamburgi, 1634. Cujus rei certior ibidem factus Magistratus, mandato speciali ejusdem excedere jussus fuit. Fratres habuit in eodem Prædicatorum Ordine *Nicolaum* & *Cornelium.*

Franc. Zandicus,

FRANCISCUS ZANDICUS, Zelandus, urbi Zirizæensi a Secretis & Consiliis, *Orationem* habuit ad *Carolum V.* ex Africâ reducem. Exstat inter Archiva curiæ dicti oppidi.

Guilielmus Lemnius,

GUILIELMUS LEMNIUS, *Levini* fil. Zirizæus, Zelandus, Medicinam, Patris exemplo, factitavit, atque *Errico*, Suecorum Regi, a Consiliis valetudinis fuit: quo a fratre suo *Joanne*, Finlandiæ Duce, Regnum affectante, in vincula conjecto, *Guilielmus*, fidus Domino Medicus, unâ fortunis, vitaque exuitur, eodem, quo pater è vivis excessit, anno, si Melchiori Adamo lib. de Vitis Germanorum Medicorum credimus. Legitur *Guilielmi* ad Patrem

Epistola, quâ obiter docetur, *plus efficere in animis hominum educationem, quam aëris ambientis aut loci qualitatem*, edita Antv. typis Nutii, 1554. & Lugd. Bat. cum libello Patris de termino vitæ, 1638. 12.

Scripsisse quoque luculentum *Tract. de Stomacace* testatur pater lib. II. cap. VI. de complexionibus.

Jason Pratensis,

JASON PRATENSIS, vel *a Pratis*, Zirizæus, Zelandus, Medicinæ Doctor, parentem habuit *Thomam*, Artis item medentis Classicum Doctorem, ut ipse in Epitaphio lib. tertio Carminum scribit: vir insigniter eruditus, & heroico stylo illustris, in versibus autem tersus & facilis. Medicinam primo in urbe patria exercuit, deinde ab Adolpho Burgundo, Marchione Veriæ, & Domino Beverensi (quem Principem suum appellat) requisitus, & in arcem Sanderburgum evocatus, aulæ ejusdem, urbisque Verianæ Archiater fuit. Scripsit varia, quorum elenchum vide in *Bibl. Belg.* Valerii Andr.

Nicol. Jansenius,

NICOLAUS JANSENIUS, cognomento *Boy*, Zirizæus, Zelandus, S. Theol. Licentiatus, cum tribus fratribus suis, *Leonardo*, *Cornelio*, & *Dominico*, Religionem instituti Dominicani professus, Theologus & Ecclesiastes Antverpiæ celebris, voce & stilo inclaruit, Sedisque Apostolicæ Missionarios, ut vocant, ad Daniæ Regnum, dum illud perpurgare a Lutherano fermento nititur, in medio certamine de statione vitæ hujus dejicitur. Scripsit

Vitam S. Dominici Ord. Prædicatorum fundatoris. Antv. 1622. 8. apud Henr. Aertsium.

Scholia & animadversiones in Apologiam de vita & morte Joannis Duns, Scoti, Ord. S. Francisci. Coloniæ, 1622. 8

Defensionem fidei Catholicæ & Apostolicæ Romanæ, oppositam oppositioni necessariæ *Joan. Mulleri*, *Lutherani*, Prædicantis Hamburgensis. Antv. apud Guil. a Tongris, 1631. 8.

Pro hac defensione scripserat Replicam *Cornelius Jansenius*, *Nicolai* Frater, ejusdem Ordinis, S. Theol. Lector Bononiensis, quæ cum ipso Auctore periit in mari, dum Romam è Batavis contendit An. 1636.

Beneficia FF. Prædicatoribus a D. Virgine collata. ibid. 1632. 12.

Præterea *Instructionem sacerdotum*, ex SS. Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus, Auctore *Antonio de Molina*, Carthusiano, post septimam in Hispaniis editionem, Latinitate donavit. ibid. typis Nutii, 1618 8.

Item *Summam casuum Petri de Ledesma*, Ord. Præd. Cathedratici Salmanticensis.

REGNERUS VITELLIUS, Zirizæus, Zelandus, a primis ætatis annis peragratâ Italiâ, Galliâque, & lustratis plerisque Germaniæ locis, Patriæ redditus, publicâ ibidem auctoritate Gymnasiarcham egit, posteaque, abdicato Scholæ regimine, Amstelodamum se contulit, ubi annis aliquot exactis vitam cum morte commutavit, Anno Dom. 1618. & denudato capite, eique impositâ laureâ, more Poetarum, elatus ac sepultus est, circa annum ætatis sexagesimum. Ex Italico Latinam auctioremque fecit — Regnerus Vitellius,

Descriptionem Regionum Belgii, sive Germaniæ inferioris, Lud. Guicciardino, Nob. Florentino, Auctore. Amst. typis Guil. Jansonii, 1612. fol. & Arnhemii, 1616. 4.

Præterea *Guil. Camdeni Britanniam* in Epitomen contraxit, & tabulis Chorographicis illustravit. Amstel. 1617. 8.

R^dus^ D^nus^ STEPHANUS JACOBI, Xirixæus, tres Bursas instituit in Lovaniensi S. Catharinæ Beghinasio, pro filiabus duas, alteram pro juvene, qui studia sua Lovanii prosequi vellent. Bursæ filiarum reddunt annuè florenos XXIV. ultrà quod domicilium suum babeant in ædibus prædictæ fundationis. — & R. D. Stephanus Jacobi, *Bursarum*, ut vocant, Lovanii fundator.

Bursa pro juvene, si sit de fundatoris cognatione, ei annuè reddit florenos XXXVIII. si de cognatione non sit, XXVIII. tantùm.

Præferuntur 1 consanguinei. 2. oriundi Brouwershaviâ, vel Schiedamo. 3. gente Batavi. 4. Lovanienses. 5. Hongardienses.

Dotes in filiabus per fundatorem requisitæ sunt, quod sciant opificium tale, quo simul cum Bursa se possint sustentare; quod nec infames sint, nec amentiæ aut aliis natalium defectibus subjectæ; & quod proximæ sint ut suscipiant statum Begghinarum.

Ceterùm oppidanis Catholicis, quibus civitas Xirixæa mediocriter gaudet, & Brouwershavianis numero exiguis, a mutato regimine subven- — Xirixæis & vicinis Catholicis

deservit S. J. Presbyter.

ventum per S. J. Presbyterum; cui & primùm Religiosus ex Eremitarum S. Augustini in Belgio Cœnobio annis aliquot affuit.

* Verùm eum eo ibidem mortuo, alter defectu sustentationis illic se non contineret, statio hæc mansit P. P. Jesuitis, quorum nomine curam ibi hodie gerit P. Abraham Oems, Delphensis, ex non ignobili in patria stemmate.

* *Rel. Rom. Jac. Torrii.*

BROUWERSHAVIA,

Brouwershaviæ Etymon,

Municipium, denominatum a cerevisia, ad portum istum, cum aquæ Zelandicæ ad hujusmodi cocturam minus idoneæ censerentur, ex Hollandia, inprimisque Delphis deportata, inde in alias Zelandiæ oras distrahenda; sub Comitum primùm Zel. Præfecturâ, variis dein Dynastis, inprimisque Borsalis, paruit; donec Maximiliano Burgundo, Marchione Verensi, Domino Brouwershaviensi mortuo, per emptionem cederet Hispaniarum Regi, qui varia incolis jura firmavit, inter cetera annuarum nundinarum: munitionibus vallisque primùm sub bello inter Hispanos & Auriacum circumdatum fuit.

Domini varii,

Ecclesia primaria,

Parochialem dudùm habuit Ecclesiam, in qua & *Vicariæ* quædam, inter ceteras ex Cod. M. S. Georgii Egmond. Traj. Episcopi

Vicariæ,

Vicaria SS. Petri & Pauli,
& *Vic. S. Francisci.*

possessores,

Ad illam ex eodem Cod. MS. Anno 1571. 18. Sept. proclamatus fuit Dnus Cornelius Walen, Presbyter, successor Dni Francisci de Heelt.

Hanc per mortem Dni Digmani vacantem 5. Febr. Anno 1573. jure devoluto impetravit Dnus Simoo Hyek.

Jac. Torr. in Rel. Rom.

Præter fanum primarium, ad portas suas habuit Monasterium quoddam, *Bethleem* dictum.

Claruit autem Brouwershavia natalibus,

& clari scriptores,

PETRI A BROUWERSHAVEN, Zelandi, a patrio solo cognominati, Theologi insignis, qui scripsit utiles Tractatus

De SS. Missæ sacrificio,
De meritorum Christi & Sanctorum consensu,
De cœlibatu Sacerdotum,
Quæstiones Pastorales,
Lovanii simul excusa Anno 1572.

Huic accedunt

MATHIAS FELISIUS, vulgò *Catz*, a Brouwershaven, e nobili *Catziorum* in Zelandia stirpe, Ordinis Minorum in Belgio Provincialis, Lovanii Anno 1586. III. Non. Martii mortuus & apud suos depositus, qui vivens scripsit

Cathol. elucidationem Decalogi, &
Cathol. elucidationem Institutionis Christianæ, secundùm methodum a Magistro Sentent. in II. observatam, impressam 8. Antv. apud Plantin. Anno 1575.

CUNERUS PETRI, a Brouwershaven Sac. Theol. Lovanii Doctor, ac primus Leovardiensium initiatus Episcopus, cujus vitæ seriem sub Frisia dedimus.

STEPHANUS JACOBI, a Brouwershaven, Pastor Ecclesiæ S. Gertrudis in oppido Lovan. Anno 1599. benefactor Collegii Castrensis. Ex *Fast. Acad.*

ADRIANUS CORNELII, de Brouwershaven, Zelandus, Canonicus ad D. Petrum Lovanii, & S. T. Professor. Obiit Anno 1456. pridiè idus Augusti. Ex *Fast. Acad.*

DUVELANDIA,

Duvelandiæ Etymon,

Stokio Insula est, cui etiam hodiè agnominatio a *Duven*, id est columbis, adhæret, *Duvelandt* & ipsi Rhythmographo dicta, separata pridem a *Scaldia* strictè dicta arctiore euripo, sed ei aggeribus conjuncta circa initium seculi XVI. Innotuit navali victoria, quam Joannes II. ejus nominis Holl. & Zel. Comes Anno 1304. ab hostibus Flandris reportavit.

Ecclesia vetus,

Vetus Ecclesia Duvelandiæ, vernaculè *Ouwerkerk*, ex Cod. M. Traj. Eccl. erat ad nominationem Decani & Capituli S. Salvatoris Ultrajecti. *Duæ portiones* ex ea obveniebant Episcopo Ultrajectino juxta ejus *Cathedraticum.* S. Gertrudis dudùm in singulari fuit veneratione illic & in tota Insula, ob quam nec glires nec mures ibidem subsistere memoriæ est traditum, juxta Jac. Torrium in *Rel. Rom.*

Præter hanc veterem, &

Ecclesia nova,

Nova Ecclesia Duvelandiæ, vernaculè *Nieuwerkerk*, nota est in Codicibus MS. Eccl. Traj. Ex hac, juxta *Cathedraticum Episcopi Traj. duæ portiones* similiter Episcopo isti veniebant.

Divi Tutelares, Collatores, ac Domini hodierni.

Pagi hi, hodiédum excellentes, pertinent ad civitatem Xirixæam cum altiori eorumdem dominio.

Duvelandiæ Capella,

Præter binas has Duvelandiæ Ecclesias Parochiales, & nota est in Cod. M. Eccl. Traj. *Capella Duvelandiæ.*

ab Adr. Borsalo dotata,

Adrianus Borsalus, Brugdammensis & Duvelandiæ Dominus, quædam ad *Capellæ* ejus ædificium & supellectilem Anno 1465. ex testamento reliquit.

Arx ibi Swanenburgica collapsa: alia nova apud Walachros,

Capellæ, uni hodiè ex quatuor Duvelandiæ territoriis Zelandiæ feudis; quorum possessores Xirixæi, adjacet arx vetus Swanenburgica collapsa. Ejus nominis prædium suburbanum hodiè notum in Walachria,

OOSTERLANT,

Oosterlandiæ,

Præfectura Duvelandiæ,

OSTERSTEIN,

Oostesteinæ, & novæ Dreischor Dominus.

Sub *Oosterlandiæ* præfecturâ Dominium: huic per novos aggeres adjecta *Nova Dreischor*, seu S. *Joannis Ecclesia*, vulgò S. *Jans-landt*, de qua infra.

Tria hæc amplissima Dominia, a Smallegango repræsentata Anno 1669 tenuit Dnus Cornelius de Jonge, Dominus Oosterlandiæ, &c. Consul Middelburgensis, Indiæ Orientalis apud Zelandos

Collegii assessor. Arx illic *Oosterstenia*, Zelandiæ feudum eidem Consuli inscriptum.

OOSTDUVELANDIA,

Oostduvelandiæ, aliàs *Brunissæ*

Insula, arctiore euripo a continente separata, in qua cognominis pagus, amplus cum portu commodo, alter appellatus

BRUNISSA.

Ecclesia, D. Tutelaris, collator, ac Dominus hodiernus.

Eminens ei cum præstanti turri Ecclesia, S. Jacobo Minori nuncupata, cui pridem Pastorem designabat luci olim Dominus, Adrianus Borsalus. *

Pagi ab inundatione gravia dispendia passi, sed ferè modo restituti Dominium post Dnum Wilhelmum de Jonge, Brunissæ & Botlandiæ Dominum, Exconsulem Xirixæum &c. devenit ad Dnum Nollens, Zelandici Consilii ex parte Goezæ assessorem.

KERKWERVE,

Kerkwerva, pagus, arx Kerkwervianæ stirpis dudum sedes, ac Dynastæ.

Dominium Scaldiæ sub Scaldiæ olim Decanatu mediocriter amplum, quod pridem erat penes Dnam Adrianam Hanneman, viduam Jacobi Wielii van der Werve, & Joannem de Nobelaer, aliosque. Ei ad Noortgaudam arx adjacet, à Kerkwervis olim ibi conspicuis inhabitata.

Varii Scaldiæ pagi ab aquis infestati, aut etiam absorpti;

Duyvendyeke, circa Brouwershaviam, *Rengerskerke*, in *Cathedrat.* Cod. M. *Ecclesiæ Ryneri:*

Bordendam, seu *Bordamme*, *H. Symonskerke*, *Suytland*, sub quo *Suderkerke*, ex cujus Ecclesia juxta *Cathedrat.* duæ portiones obveniebant Ultraj. pridem Episcopo.

inter alios S. Jacobi,

Brieskerke, & *Jacobskerke*, Ecclesia D. Jacobo nuncupata, Scaldiæ sunt minoris amplitudinis ac splendoris Dominia, in plures Dominos dispertita, aquis pro majore parte, & posteriora tria, tota absorpta.

& S. Philippi Ecclesia. Hæc modò restituta. Eorum Dynastæ.

S. *Philippi Ecclesia*, vulgò *Philips - landt*, S. Philippo Apostolo nuncupata, Tolensi Insulæ adjacens, aquis etiam pridem submersa, sed postliminio restituta, Zelandiæ feudum, pridem Bossuviorum, dein Rupelmondanorum Comitum cum consortibus Dominis † fuit possessio.

ELKERZEE,

Elkerzea & vici *Scharendyke*

Scaldiæ Pagus ac Dominium amplum, sub quo & vicus, *Scharendyke*, cujus Dynasta dudùm fuit stirps ejus tractus nobilis *Witiana*, & possessor Anno 1696. Dnus Cornelius de Witte, qui & *Ellemeetæ* Dominus.

ELLEMEET,

Ellemeet,

Scaldiæ Insulæ ac Dec. Dominium, ubi ædes & villæ plures, sed minus conjunctæ.

Hujus Ecclesia, Hispanico bello diruta, nunquam posthac restituta est.

Dominium a Jacobo de Jonge, Syndico, dum viveret, Brielensi, hæreditate devênit ad ejus filium Cornelium de Jonge, Dominum de *Ellemeet*, Fœd. Belgii dudum quæstorem, &c.

* *Ad duas partes conferebat Dec. & Cap. S.* Salv.

† *Small. pag.* 752.

WELLANDT

Wellandt Sept. ac australis, & Serooskerke Dynastæ.

In *Noord-Wellandt* & *Zuyt-Wellandt* distinctum, amplissimum Scaldiæ Insulæ ac Dec. Dominium, ad cujus australem partem & Pagus *Serooskerke*, sub eo quoque, ut putatur, comprehensus, dudùm est penes *Tuyllos van Serooskerke*, cujus stirps *Annal. Zel. 1. part. lib. 5. p.* 692. repræsentata a Smallegango.

RENISSA,

Renissa,

Vulgò *Renesse*, Scaldiæ Insulæ ac Dec. Pagus peramænus, cujus Dominium dudùm fuit penes cognominis Zelandiæ nobiles inde ortos & toto Belgio celebratos, quorum gentilitiam stirpem tradit ac fusè deducit *Annal. Zel. part.* 1. *lib.* 5. *pag.* 675. Smallegangus.

& Moermontia arx, Renessiorum dudum Sedes, Dynastæ veteres & hodierni.

Ibi arx *Moermontia*, Renessiorum Domus hæreditaria & dudùm Sedes, fossis olim latis ac profundis cincta, & quinque turribus ornata.

Hujus exinde, & Dominii pro majori parte, possessor fuit prænob. Dnus Daniel van Wyngaerden, Werkdammi & Benthuysæ Dominus, &c.

BRIDORPE,

Bridorpe antiquitus pagi Dominium.

Ex quo Florentius ejus nominis V. Holl. ac Zel. Comes ut allatæ suprà Joannis Brabantiæ Ducis tabulæ exprimunt, emporium struere meditabatur, hodiè

BRIEPE,

Insulæ ac Dec. Scaldis Dominium pro majori parte aquis absorptum, & ab urbe Xirixæa possessum.

HAMERSTEDE,

Haemstede, & cognominis arcis Dominus,

Contractè *Haemstede*, amplus, nobilis & peramænus Scaldiæ Insulæ ac Dec. Pagus ac Dominium ex collibus arenariis, arvis, campis, arborum serie, ceterisque, quæ visum oblectant, totius Insulæ jucundissimum.

Arx ad pagum præstantissima, a ruinis suis per Jacobum Eyndium, *Chronici Zel.* Scriptorem, pagi atque arcis Dominum, Annis 1679. 1680. & 1681. egregiè restituta.

Ad arcem area non exigua, in qua forum frumentarium. Est & forum ibi equarium annuum octo dierum, quod auspicium sumit ad diem 24. Junii Joanni Bapt. sacram.

Ecclesia, divus Tutelaris,

Ecclesia in Pagi gremio sita ampla, turri acuta ornata & insignis, D. Joanni, uti ex nundinis colligere licet, nuncupata, ex qua duæ portiones veniebant Episc. Traj.

Pastores, Vicariæ.

Vicaria, ex Cod. MS. Georgii Egmond. Traj. Episc. *sita in Capella pauperum* de Haamstede in summo altari. Hujus possessor Anno 1529. Dnus Cornelius . . . . successor Dni Joannis Cornelii. *Eykinge* & *Hamerstede* Parochial. Ecclesiarum, sub Georgio Egmond, ex ejusdem Cod. MS. unitarum, Pastor Anno 1529. Dnus Joannes Adriani, successor Dni Cornelii Petri.

Hodiernus Haemstedii Dynasta, Dnus Moggius, Xirixæus Consul.

DE BURCH,

Schaldiæ Pagus cum portu commodo, medio lapi-

Burghi Ecclesia, Pastor, Collator,

lapide ab Haemstede situs, solo amœno, arce de Crayesteyn illustris. Tam bujus quam illius Dynasta ad Ann. 1696. erat D. Petrus de Huybert. In ejus Parochiali Ecclesia penè cum turri, collapsâ, pridem erat *Vicaria* perpetua ad altare sancti Willibrordi, cujus Patronus Anno 1548. M. Livinus à Burch. Ad illam institutus Mr. Hubertus Nicolai Presbyter a Georgio Egmondano Anno 1548. licentiam habuit, Missam, qua dicta *Vicaria* onerata existebat, celebrandi extra locum beneficii, scilicet in Ecclesia S. *Livini oppidi de Zierixzee*

Pagi ac vicinæ arcis possessor.

Fanum novum cum turri eleganti prioribus collapsis a loci Domino superstructa.

WESTERLANDT,

Westerlandt, antiquum municipium, a mercatu olim celeberrimum.

Hodiè vulgò *Westenschouwe*, Scaldiæ Dominium, Dno Joanni de Huybert inscriptum ex matrimonio cum Dna Cecilia de Witte, olim municipium cum portu commodissimo, a piscationibus & mercatu celebri, cujus turris præcelsa mare sulcantibus Pharos erat.

Portus ejus ante obices eidem objectos adeò frequentatus fertur, ut ad cauponas XXVIII. vinum Rbenanum vendibile esset.

NOVA ECCLESIA SCALDIÆ,

Neo-Ecclesiæ, Ecclesia Collegiata, Pastor, & Vice-curatus.

Apud Miræum † *Nyetlerkerck*.

Ex Cod. MS. T. ad Parochialem Ecclesiam, dictam *Novam Ecclesiam* Scaldiæ, vacantem per dimissionem Joannis Ottonis, institutus fuit 2. Junii 1571. D. Lambertus Martini. Vice-Curatus illic, ex Cod. MS. Georgii Egm. Traj. Episc. Dnus Antonius Joannis, ob prolis suscitationem a dicto Episcopo correctus, & pœnitens absolutus.

Anna Burgundica, Adolphi Clivensis filia, in Ecclesia hac circa Annum 1490. Collegium Canonicorum instituit. *

Vicinum *Neo-Ecclesiæ*, vetus, sed exiguum hodiè Dominium

BOTLANDT,

Sub ejus hodiè præfecturâ Botlandia, quæ cognomines habuit Zel. nobiles.

Sub Neo-Ecclesiæ præfectura. Cognomines olim Dynastas habuit, quorum stirpem repræsentat Smallegangus *Annal. Zel. pag.* 695. Illud translatum in Dnum *Wilhelmum de Jonge van Brunisse*, &c.

OUD- seu VETUS DREYSCHOR,

Vetus *Dreyschor*s ejus Ecclesia, *Vicaria*, possessores, arx, viri eruditi,

Amplus & frequens Inf. ac Dec. Scaldiæ pagus, cum portu & fano.

In Parochiali Ecclesia de *Oud-dreyschor*, *Vicaria* Altaris S. Barbaræ. Ad eam vacantem per mortem Livini Christophori, proclamatus & institutus est 1. Aug. Anno 1571. Leonardus Martini, Clericus Middelburgensis Diœcesis.

Domus ibidem prænobilis, *Windenburgica*, fossis cincta, ab Anna Burgundicà exstructa.

Pago huic originem debet

etymon.

JACOBUS ZOVITIUS DRIESCHARUS, a pago cognomine prope Zirizæam, Zelandiæ oppidum, sic denominatus: unde etiam se *Triturbium* nominare placuit, voce deducta a *tribus turbis*, quasi *Drie-scharen*. Zelandi eam derivant x tribus alluvionibus, ita ut *Drye-schor*, quasi a *drye schorren*, locus iste dictus sit, (quod etiamnum hodie pagi est insigne:) Poeta fuit Tragi-comicus, Scholæque Hoocbstratanæ ac Bredanæ apud Brabantos moderator. Edidit Comœdias aliquot, stylo familiari atque eleganti scriptas; *Ruth*, ex Veteri Testamento. Antverp. 1533. 8. apud Hillenium; *Ovem perditam*, ex Novo Testamento. ibid. 1541. Et Coloniæ apud Gymnicum, 1539. 8. Denique *Didascalum* Antv. apud Steelsium. 1534. & 1540. 8. Typis Ægidii Copenii. Quas quidem Comœdias juvenis admodùm, & *Ruth* annos vix natus XXI. scripsit, atque exhibuit publicè.

Circumferuntur etiam *Adagia Latino-Belgica Jac. Zovitii*, quæ aliquando edisci in Scholis a tironibus solent.

† *lib. de Can.* * *Miræus ibid.*

NIEUWE DREYSCHOR,

Nova *Dreyschor*, ejusque Dynasta,

Seu S. *Jansland*, Terra D. Joanni nuncupata, Zelandiæ feudum, de qua supra.

Dynasta Dnus Cornelius de Jonge, &c.

NOORTGOUDA,

Noortgouda Ecclesia, *Vicaria*, vicina arx, possessores.

Scaldiæ Inf. & Dec. pagus.

Ad Parochialem Ecclesiam de Noortgouda, vacantem per resignationem D. Laurentii Heymanni, proclamatus & institutus est D. Martinus Leonardi 24. Jan. 1572. ex Cod. M. T.

Carthusianorum in ejus vicinia Cœnobium.

Dominium a stirpe Berendrechtana, apud Hollandos & Zelandos clara & nobili, per matrimonium obvênit Dno Joanni de Huybrecht.

Illic pridem, ut jam dictum, Carthusianorum Cœnobium, *Mons Sion* dictum.

KOUDEKERK.

Koudekerkæ Dynasta,

Sunt ejus nominis vici plures, quorum Dynastæ sæpius in Comitum Diplomatibus memorantur; in ripa Rheni dextra supra Lugdunum, in Walachria, & in Scaldia. Hic insignis pridem pagus ac Parochia fuit, ex annuis nundinis celebrata; frequenti inundatione valdè imminuta, & tribunali Haemstediæ subjecta.

Hujus in Scaldia Dynasta olim, Joannes, *Dominus temporalis de Grathuse*, *de Hamstede*, *& Princeps de Steenbuse*, &c.

Ecclesia, divus Tutelaris, collator,

Ecclesia pagi hujus fundata & dotata ab cujus majoribus *, *ad honorem Dei omnipotentis*, *& gloriosæ Virginis ac Domini matris Mariæ & omnium sanctorum*, *atque S. Marsias illic patroni*, a Pastore & Sacellano curari erat solita.

Pastor

Jus designandi Pastorem erat penes dictum Toparcham, ejusque hæredes saltem pro parte.

Sic ad vacantem hanc Ecclesiam per decessum defuncti Mri *Judoci van Coudeberge* nominavit Anno 1501. Mrum Henricum Tornacensis Diœcesis, juxta tabulas has, quæ feliciter mibi in manus incidêre;

juxtà Chartam MS.

Johannes Dominus temporalis de Gruthuse, *de Hamstede*, *& Princeps de Steenbuse*, *Consiliarius & Camerarius ordinarius Christianissimi Regis Franciæ*, *ac sui Ordinis miles*, *Reverendo in Christo Patri Domino Archidiacono Trajectensi*, *seu ejus Vicario & Officiali*, *cordialem & debitam salutationem*. *Cum acceperimus Parochialem Ecclesiam de* Coudekerke *partium Zelandiæ*, *Insulæ Scaldiæ*, *Trajectensis Diœcesis*, *per obitum quondam Magistri* Johannis Neeiynex *non multo temporis nostri dotati & nominati curæ Parochialis Ecclesiæ per decessum defuncti Magistri* Judoci van Coudeberghe *ultimi Rectoris*, *liberam esse & vacantem*. *Cujus quidem Parochialis Ecclesiæ provisio*, *ac personæ idoneæ ad eandem præsentatio ad nos jure dicti nostri Domini de Hamstede*, *institutio vero ad vos pleno jure spectare*, *& pertinere dignoscuntur*. *Quare nos promotioni*

tioni dilecti nostri Magistri Henrici de Tiendenare, *Clerici Tornacensis Diœcesis familiaris nostri, ac humilibus suis precibus inclinati, Dei & pietatis ac meritorum suorum intuitu jure quo fungimur, in hac parte eundem Magistrum Henricum tanquam habilem, sufficientem, & idoneum ad eandem Parochialem Ecclesiam de* Coudekerke *partium Zelandiæ, Insulæ Scaldiæ, Trajectensis Diœcesis obtinentem, Vobis Domino Archidiacono, seu vestro Vicario & Officiali dignum duximus præsentandum, & præsentamus præsentium per tenorem, ac virtute litterarum expeditarum pro dicto Magistro Henrico per Dominam* Margaretam de le Vere *matrem nostrum causa nostræ absentiæ & procurationis, quas approbamus & libenter ratificamus; cum eâ supplicatione, quatenus præfatum Magistrum* Henricum de Tiendenare *præsentatum nostrum locis defunctorum Magistri* Judoci van Coudenberghe, *& Magistri* Johannis Neervncx *ad hujusmodi Parochialem Ecclesiam de* Coudekerke *partium Zelandiæ admittere, sibique eam conferre & de eâ cum suis juribus & pertinentiis universis providere dignemini, inducentes seu induci mandantes eundem Magistrum* Henricum *seu ejus Procuratorem legitimum pro eo in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Ecclesiæ Parochialis de* Coudekerke, *juriumque & pertinentium suorum prædictorum, adhibitis solemnitatibus in talibus adhiberi solitis & consuetis, juribusque cujuslibet alterius in hiis semper salvis. In cujus rei testimonium præsentis sigilli nostri appensione duximus communiri, ac eas manuali signo nostro signavimus. Datum Parisiis, Anno ab incarnatione Domini, millesimo quingentesimo primo, secunda die mensis Decembris.*

Sic signatum,

GRUUTHUISE.

Turris fani præcelsa, hodiè sola superstat.

Ecclesiæ dirutæ sola hodiè turris superest adeò eminens & præcelsa, ut navigantibus Pharos sit.

CAPELLA,

Ecclesia seu *Capella Cursorum*, vernaculè *der Lopers Kapelle.*

Capella Cursorum,

Capellæ hujus denominatio non est petenda ab insana plebe, quæ a creditis sibi Rectoribus ob chartas non legitimas, quandóque etiam effictas & ementitas, se ipsos segregant; quales hodiè innumeræ per Fœd. Belgium occurrunt.

Nomen hujus etiam non desumitur a Sacrificulis, qui cursim divina pertractant, quales stolidum & irreligiosum vulgus ferè desiderat.

In tabellariorum commodiorem cultum, ad notum ibi portum ædificata,

Cum enim *Cursores* hi in MS. *Lappu u Haveren Codice*, quem & Boxhornius *Annal Zel. part.* 1. *pag.* 92. exhibet, *Boden* appellentur, Ecclesia seu *Capella* hæc nomen haud dubiè sortitur a nuntiis vel tabellariis, quibus ad locum seu portum istum frequens occursus ac transitus erat, in eorum commodum & cultum ibidem extructa, ut Deum ac superos ad sacra invocantes, in itinere propitios haberent.

Sic sub *Hacmsteda* jam proximè meminimus *Capellæ pauperum*, quia pauperum commodis & cultui serviebat.

SONNEMAERE,

Sonnemaere, antiquissimus

Antiquissimis Scaldiæ pagis annumerandus videtur, cum Otto III. Imp. Theodoricum Comitem II. eo donaru Anno 985. VIII. Kal. Sept. per disertum Diploma a Boxhornio & Smallegango in *Zel. Annalibus* sllatum.

pagus, Zel. feudum,

* *Sonnemaere* & *Dreischor* Dominium integrum est penes Zelandiæ Comitatum.

BOMMENÆA,

Bommenæa, Regio, Zel. dudum & hodiè juris, cujus caput cognominis urbe, aquis modò absorpta, Ecclesiâ superstite in undis fluctuante.

Cum Goeræâ sc regionibus adjacentibus Zelandici ab ævo juris, ab Hollandis occupata dudùm & possessa, pactione ad Zelandos Anno 1687. transmissa, regio est cum urbe cognomine, forti olim, ab Hispanis Anno 1575. obsessâ, & cum oppidani eam generosè pulsis hostibus sustinuissent, alterâ dierum 20. obsidione intercepta, ab undis maritimis graviter diu infestata, tandem exundante maris æstu Anno 1682. tota penè absorpta solâ superstite Ecclesiâ, quæ in aquis natat, continuisque maris undis pulsatur, spe restitutionis nullâ affulgente.

Zelandiæ Provinciæ, in soli hodiè Hollandici medio, haud procul Bommenæâ dissitum,

SOMELSDYCUM,

Somelsdyci municipii, sub Zelandiæ ditione novis aggeribus subindè aucti Dynasta, Ecclesia, Capitulo Zouburgensi pridem unita, Vicariæ

Municipium amplum, multis oppidis æquiparandum, feudum Zelandicum, cujus aliquando Dynasta, prænobilis Dnus Cornelius Aertsen.

Ecclesia eius Parochialis D. Virgini sacra, *Capitulo de Zobborch*, juxta *Cathedrat. Cod in corporata*, per Pastorem & Sacellanum deservíri solita. Summum altare D. Virgini Mariæ erat factum. Præter hoc, & altaris S. *Gertrudis*, S. *Barbaræ*, S. *Georgii*, & aliorum SS.

Vicaria ibi ad *Altare S. Gertrudis*, ad quam per mortem Ewaldi Sebastiani proclamatus & institutus est 26. Sept. Anno 1571. Dnus Theodorus Ganu, Presbyter Diœcesis Camerac.

Altera, ad *Altare S. Georgii.*

Fundationes aliæ,

Anno 1573. 5. Febr. facta † est unio vitslis prioris *Vicariæ* ad eam, quam dictus Theodoricus ad altare S Georgii ibidem obtinebat.

Fraternitates ac contubernia,

Variæ in ea insuper fundationes sacræ, cujus seriem tenemus ex autographo desumptam, ad usum Pastoris, Capellani & custodis Ecclesiæ.

Fraternitates ibidem quoque,

— in honorem SS. *Jacobi & Antonii*,

— S. *Gertrudis*,

— S. *Barbaræ*; & S. *Annæ*, Rhetorum, qui ibi contubernium habebant, divæ Tutelaria.

Rectores Ecclesiæ Sommeldycanæ, Anno Domini 1496. Dnus Adrianus Cornelii, atque dein,

& Pastores, veteres

Dnus Corvinus Henrici. Hic mortuus illic Pastor Anno 1526 mense Octobris hanc annuam memoriam instituit.

Anno Domini, millesimo quingentesimo vigesimo sexto, in Octobri obiit Dominus Corvinus Henrici, Curatus hujus Ecclesiæ, & constituit perpetuam memoriam suam, & post mortem Magdalenæ filiæ sua etiam perpetuam memoriam, supra Domum suam juxta reddituarium situatam, & celebrabitur annuè in festo Leonardi vel circa, & Pastor habebit in distributionibus quatuor stuferos: Cappellanus & custos duos, & quilibet sacerdos unum, & duo pondera ceræ, & post missam Pastor habebit residuum cum Ecclesia, & distribuetur pauperibus een mate brooten.

ac moderni.

Magdalenam filiam, cujus hic meminit, antè Ordines sacros ab eo progenitam sperandum est; alioquin corruptissimo ævo tanta tribuenda esset impudentia. Catholici a defectione reliqui a Pastore Oude-tongano modò curantur.

* *Smalleg.* 1. *part.* l. 5. *p.* 697.

† *Cod. MS, G. Egmond.*

Pluri-

Pluribus aggeribus auctom lapsu temporis *Sommeldycum*, inter ceteros S. *Christophori* aggere.

STAVENISSA,

Stavenissa olim Insulæ, pagus palmarius, Stavenissa,

Scaldiæ Decanatui ex Cod. Eccl. Traj. MS. annumerata, insignis territorii Tolani pagus ac Dominium, S. Martini aggeri ad Occidentem. Ante inundationem Anni 1509. Insula erat separata, ante annos 300. ex Diplomate Alberti Bavari, Holl. ac Zel. Comitis, aggeribus cincta cum vicis *Kempens-Hofstede*, & *Zuydmoer*, atque Anno 1599. novis aggeribus vallata.

Plures illic decimas tenebat Capitulum S. Mariæ Ultrajectinum.

in qua matrix Ecclesia, atque in ea *Vicaria.*

Primaria Ecclesia erat in pago *Stavenissa*, in quâ, ex Cod. M. Georgii Egm. *Vicaria perpetua* erat *ad altare S. Nicolai.*

Dominii hujus Dynasta,

Elegans domus sub Stavenissa, exstructa a prænob. Dno *Hieronymo Tuyllio*, Serooskerkano, pagi ejus Domino.

MOGGERSCHIL,

Moggerschil aquis absorptum.

* Terra ejus regionis contermina, per inundationem, ex Boxhornio, periit.

* *Boxh. part.* 1. *p.* 345.

TERRA S. ANNÆ,

S. Annæ inscripta regio, vetus ac nova,

Vulgò S. *Anne-landt*, D. Virginis genitrici, S. Annæ, inscripta regio, vetus ac nova, comprehendens terras *Mallant* cum *Hannebosdyk*, *den Hamel*, & 's *Gravenkreeke*, ex maris alluvio emersas.

fanum.

Pagus hic insignis cum amplo & præstanti fano, cui additæ ædes plures ac elegantes, & portus percommodus, prænob. Joanni Doubletio cessit ex tabulis 1. Aprilis Anno 1620. a quo in filium est devolutus.

ac crucigerorum Cœnobium.

Sub Annum 1492. exstrui cœptum ibi Crucigerorum Cœnobium, ab Anna Burgunda, Ravestini Domina, & a Balduino Burgundo, notho rebus & prædiis dotatum.

Tolaensium & Tolanatis Territorii, Catholici administri.

Pauci porrò hodiè in oppido Tolano, in aggere S. *Martini* pauciores Catholici; ruri verò per Tolanum territorium aliquot reperiuntur.

His curandis Ordinis S. Dominici sacerdotem Jacobus Torrios sub Annum 1656. ut in *Rel. Rom.* meminit, Theodoro Wervio, Westkerkano Domino, concesserat.

Sed viro prænobili unà cum dicto Presbytero post breve spatium coacto discedere, pagi de *Halteren*, Bergopzomo vicini, Pastor, ejusque Vicarius Catholicis istis dein succurrerunt: modò iisdem subvenitur per excurrentem illuc ex eodem tractu Religiosum Franciscanum.

DECANATUS ZUYTBEVELANDIÆ,

Remerswael,
Goeza,
Broeck, }
Steenvliet, } *inundata.*
Kreecke, }
Everswweerde,
Huyckelenoirde,
Ouderdinghen, }
Scoude, } *inundata.*
Mara, }
Ryllandt, }
Badt, Aggere, Oostende,
Valckenesse, inundata,
Weerde,
Nova Capella, alias Hinckel,
Cruningen, inundata,
Lelpolre,
Tolsende, }
Nova terra, }
Lodick, } *inundata.*
Dunenee, }
Coudewerve, }
Terseke, }
Vlaecke,
Schora;

Eversdyck, inundata.
Capella,
Wemelingen,
Cloetingen,
Westkercke,
't's Heerabbekercke,
Nissa,
Baersdorp,
't's Heeraertskercke,
Nova Ecclesia,
Heynkessant,
't's Heerhendriks Kinderkercke,
Voortrap, aliàs, 's Gravenpolre,
Oversande,
Bakendorp,
Basrlandt,
Oudelandt,
Heer Oedekenskerck,
Vynningen,
Stuvesande,
Symonskercke,
Crabbendyck,
S Maertensdyck,
Scherpenisse,
Terra S. Annæ.

ZUYTBEVELANDIA INSULA.

Decanatus Australis Bevelandiæ; undè hæc nomen trahat?



Alachriæ Insulæ ad Occidentalem Scaldim proximè adjacet *australis*, seu *Zuyt-Bevelandia* Insula, a *Beyerland* vocabulo, quia Bavari Duces incolas hos variis privilegiis & juribus auxerunt, deducta; vel, ut alii volunt, a peregrinationibus, vernaculè *bevaerden* eò institutis, derivata. *

Insulæ huic palmarium, quod cum montes collesve arenarios, vulgò *duynen*, sicut Walachria & Scaldia non habeat, objectis aggeribus ab æstu mari defendatur; quibus prospiciendis provisores destinati, atque unus iis præfectus.

* *Boxh. in Zel. Chron. p.* 380.

ROMMERSWALE, SEU REMERSWALE,

Rommerswalia, primarium ejus oppidum;

Undè nata fabula, a Joanne Borsalo, Decano olim in *Zandenburch*, sota, urbem hanc a Reymero quodam conditam. Sic enim Adrianus Hofferus;

Fabula ficta refert Reimêri hanc esse paludem,
Qui prior hæc fossis cinxerit arva novis.

undè nomen sortiatur?

Ipse contra vult vocabulum urbi natum ex munimento, a Romanis hic jacto: sic enim canit,

Sed minus in dubio est, quin pro munimine valli,
Romanis quondam cesserit iste locus.

At ne id quidem Boxhornio & eruditis placet, qui locum hunc in antiquis tabulis lectum dicunt,

REMBURSWALE,

Vocabulum nihil cum Romanorum voce commune habens.

Certe antiquum fuisse oppidum hoc, & inter Zelandiæ antiquiora numerandum, extra dubium est, variis privilegiis ditatum a Comite Wilhelmo Anno 1315. & Anno 1374. a Wilhelmo Hannorum ac Zelandiæ Comite.

Parochialis Ecclesia,

Ad Paroch. Ecclesiam olim nominabat Decanus & Capitulum S. Salvatoris Ultrajecti.

collatores,

In hac Parochiali Ecclesia, *Vicaria* erat ad Altare S. Sebastiani, cujus possessor, Anno 1529. ex MS. Cod. Georgii Egm. Dnus Hermannus Joannis de Eversweert: illic & *Vicaria* ad Altare S. Joannis Evangelistæ, ex eodem Codice Georgii Egmondani. Ædes ibidem S Spiritus.

Vicariæ, Rectores, ædes S. Spiritus.

Principes Zelandiæ illic inaugurari solebant. Et cum Sedi Ultrajectinæ subesset, ejusdem Sedis Episcopus Anno 1449. Rommerswaliæ concessit, ut intra ejus urbem jurisdictio Ecclesiastica esset super universam *Zuyt-Bevelandiam*.

Ecclesiast. tribunal.

In Boxhornii ad *Zel. Chron.* notis mentio est *Capituli*; sed nusquam alibi ejus memoria occurrit.

Prope oppidum quidem Canonicorum Regularium Cœnobium fuit, Sionensi prope Delphos Capitulo subditum.

Paradisus B. Mariæ ex S. Lindeb. dicebatur, in vetere Aremuda a Guilielmo loci Domino, ut jam diximus, erectus Anno 1438. & largo censulò ditatus: sed cum aquarum alluvies, quæ jam pagum absumpserat, eidem adolescenti minaretur exitium, Anno 1462 ad mœnia Rommerswaliæ jam oppidi, per Henricum & Wolfardum Borsalios translatus; ubi quod a mari timuerat, ab innovata religione excidium tulit.

Cœnobium Canonicorum Regularium ad mœnia urbis, modò ad pagi valetem redacti.

Prior Cœnobii istius,

ÆGIDIUS BOUCHEROEL, Leodiensis, artium Magister Coloniensis, & Canonicus ad S. Dionysium Leodii; Oxonii in Anglia J. V. Lauream adeptus, fundatâ Universitate Lovaniensi Lectionem Ordinariam in Decretis a Consulibus ejusdem oppidi obtinuit: dein ad Regulares in *Bethlehem* commigrans, interfuit ex parte Ordinis concilio Basileënsi. Obiit Prior Conventûs B. Mariæ juxta Rommerswael, Anno 1465. Ex *Fast. Acad. pag.* 161.

Viri ejus religiosi,

Civitas ipsa grave incendium Anno 1558. passa, diluviô cum pagis pluribus pluries destructa, & eodem pene absorpta, vix pagi titulo hodiè gaudet.

Originem ex Rommerswalia traxere,

NICOLAUS DE CONFLITA, Rommerswalius, Poëta insignis Anno 1549. a Guicciardino in Belgii descriptione laudatus, nec non

& eruditi.

CORNELIUS, a loco nativitatis de *Rommerswalia* dictus, Sac. Theol. Professor ordinarius Lovanii, & Decanus Veriensis ad Annum 1575. Ex Valerii *Fast. Acad.*

GOE-

G O E S A,

Goesa, sola modò Aust. Bevel. urbs,

Australis Bevelandiæ urbs modò sola, proximè ab Euripo, qui *Bevelandias* separat, inter Zelandicas hodiè vulgò *Ter Goes*, id est, *ad Goesam*, vocatur. Et quia *Goes* vernaculè anserem femellam notat, fossæ *Goesæ*, quæ ad urbem ducit, in qua ferorum anserum statis temporibus plurima copia, atque hinc urbi *ad Goesam* nomen fieri potuit. Alii a signo anseris ad tabernam suspenso, cujus infinita in itinerariis exempla sunt, loco vocabulum adhæsisse, magis verosimile ducunt.

anteà castrum.

Castrum ibi excitari cœptum, Auctore Stokio, Anno CIↃCCC. a Borsaliis ad Comites Zel. devolutum, municipii jure ditatum fuit paulò post Annum 1406. A Jacoba Bavara Anno 1417. annuas nundinas impetravit, a Philippo Burgundo confirmatas, quæ auspicium sumant ad octavam assumptionis D. Virginis, & octo post dies finiant: hæ tantæ pridem æstimationis ad Arthesios & Hannones usque habitæ, ut forum Goesanum pro die solutionis assignaretur ad festum S. Joannis, vel Pauli. Alia oppidanis concessa privilegia, a Boxhornio recensita.

Ejus Etymon, nundinæ annuæ valdè celebres,

Paroch. Ecclesia D. Magdalenæ sacra:

Parochialis urbi Ecclesia, S. Mariæ Magdalenæ dudùm inscripta, præstantissima, quæ Anno 1618. incendio absumpta, Anno 1621. magno oppidanorum impendio ex communi ære sic splendidè restaurata est, ut vix ulli inter Zelandicas magnitudine aut præstantià cedat.

Pastor ibi Anno 14.. .. . Dnus *Vlieger*.

Fraternitates ibi, inprimisque jaculatorum.

In Ecclesia hac variæ pridem Fraternitates, atque inter has jaculatorum, quorum ingens hortus adhuc hodiè viget. Ex Reigersbergii *Annalibus part. 2. p. 200.* Jacoba Comitissa Anno 1428. Goesæ scorpione manuali Psittacum jaculata, evasit regina; ex quo tam festivum in urbe & foris gaudium fuit, ut mulieres agrariæ gratulabundæ dona ex penu suo ei offerentes accurrerint: quod gratum adeò a Comitissa habitum, ut a lini pendendis decimis plures Zuyt-Bevelandiæ vicos absolverit.

Virorum, ac Monialium Cœnobia,

Tria insuper aderant Cœnobia; primum, Fratrum crucigerorum; quorum ædes Gymnasio ad linguam Latinam impensæ. Duo alia, Virginum erant asceteria, quorum alterum vulgò dictum, *Domus nigrarum sororum*; unde plateæ adhuc hodiè nomen adhæret, *susters-straet*. Hæc hodie orphanatrophium; fanum, Gallo-Calvinistarum cœtibus destinatum est. Adhæc modò gaudet gerontotrophio, & genætrophio. Zenodochium quoque habet liberaliter dotatum.

& alia pietatis monumenta.

Claruit autem Goesa, religiosorum, doctorumque virorum natalibus; inprimis J. Rami.

Viri docti ac religiosi.

JOANNES RAMUS, a Goesa, Zelandus, bonarum Litterarum Professor in Academia Viennensi. Post J. V. D. Institutionum imperialium Lovanii Professor Regius per biennium, indéque Duaci in novella Academia per triennium, atque iterum Lovanii publicus Pandectarum Professor, Ordinum Brabantiæ beneficio ac salario, jura docuit magno cum affluxu, laude & profectu: deinùm Dolæ in Burgundia, a Belgicis tumultibus secessum & otia quærens, nondum conscensâ Cathedrâ, e vitâ decessit Anno 1578. die S. Catharinæ sacro. Scripsit *Oeconomiam* sive *Dispositionem Regularum J. U. Commentar. methodicos ad easdem Regulas: Tract. de analogia juris & facti. Comment.* ad Titt. Institut. *de Tutelis*. Sed & *prælectiones ejusdem ad Pandectas* usque ad Tit. *de Tutelis*, dignissimæ sunt, quæ bono publico prodeant. Val. *Andr. in Fast. Acad. p. 195.*

JOACHIMUS POLITES, Goesanus, Zelandus, S. P. Q. Antverpiensis ab Actis, sive Graphiarius, ut loquuntur, inclaruit versibus pangendis non illepidè, uti testantur *Poemata* ejus edita Antverpiæ 1548. 8. Musicesquè amator & admirator fuit eximius. Fertur & de *Republicâ* libros IV. scripsisse; verùm illi hactenus lucem non viderunt. Meminit illius Nic. Clenardus lib. 1. Epist. XVII. ubi ad *Politem*, tunc Lovanii agentem scribens, eum Professoribus accenset: *Vixisti*, inquit, *felicissimè, dum propter fortunam illam Zelandicam tibi res ad rastros Professorios rediit* &c. Et lib. II. Epist. ad Joan. Vasæum, scribit *Joannem Tartesium*, illum, quem tantopere laudavit in meditationibus suis Græcanicis, Parisiis evocatum, venisse Burdigalam, comitatum viginti Professoribus, Græcis, Latinis, Hebraicis, è quorum numero fuerit & hic *Joachimus*, ut Academiam istic instauraret jam olim collapsam.

DANIEL MIVERIUS, Medicus Goesanus. Vide *Val. Andr. Bibl.*

CORNELIUS BAERSDORPIUS, Goesanus, Eques, & Medicus Cubicularis Caroli V. Imp. *Val. Andr.*

GASPAR BARSÆUS ex stipendiario milite Caroli V. Ignatii Loyolæ socius, & D. Francisci Xaverii in Evangelii apud Indós prædicatione, inprimisque in Ormò Insula, individuus comes; pluribus editis signis, & innumeris ad fidem Christ. conversis obiit apud Goam Anno Domini 1553. cujus duæ extant de peregrinatione & prædicatione illic susceptà epistolæ.

Fuit & Goesa patria eximii viri *Leonardi Marii*, S. Theol. apud Ubios Doctoris & Professoris, dein Amstelodami Pastoris & Virginum Præfecti, ac Sedis Harlemensis Vicarii Generalis, cujus vitæ series sub Amstelodamo data. Vide *Bataviam Sacram Part. 2. pag. 404.*

Goesani, & Bevelandiæ Australis Catholici administri.

Civitas Goesana, & Bevelandia Australis a nullo sacerdote Regulari, certè qui stabilem illic Sedem habuit, post immutatum regimen proscriptumque avitæ fidei cultum exculta fuit.

Goesæ & Goesani agri Catholici Pastores.

Soli e Clero, ut vocant, seculari sacerdotes ab Hyerarchis suis missi hanc Provinciam suscepêre.

Hi, cum sedem ob persecutionis æstum illic primò figere non valerent, ex vicinis Hollandiæ & Trajecti regionibus, ubi minor rabies,

ad Catholicorum Zelandorum subsidium, eò identidem excurrebant; atque inter ceteros,

MARTINUS REGIUS, de quo suprà sub Middelburgo, inprimisque *Batav. Sacræ part.*2. sub *Ultrajecto*, pluribus disseruimus.

MARTINUS SCHAPIUS, Quirini Schapii germanus frater, Goesæ vitâ functus Anno 1606. mense Septembris, qui præclarum hoc in Ecclesiæ Batavæ Necrologo elogium tulit, ut laudaretur *fidelis Zelandiæ & charus Apostolus.*

JOANNES TRUITIUS, Aldenzaliensis, Saç. Theol. Licentiatus, & in patrio oppido Canonicus, illic ab Anno 1616. & anteà, a Philippo Rovenio, Ecclesiæ Batavæ moderatore, ex ipsius *Relat. Rom.* Anni 1616. constitutus Pastor; qui & *ibi*, inquit, *multùm fructificat.* Ipsoque inde discedente,

JOANNES GRIFFINUS, Brielensis, ex nobili tractus illius familiâ, Coloniæ Licentiæ laureâ decoratus.

Anno A. D. Abrah. Brienii. Vir hic Græcè & Latinè doctus, facundus, suavis moribus, primus (post Truitium) fuit Pastor Goesanus, *verbo* pridem *valens & exemplo.* Post multos labores proscriptus, Hussiæ in Cliviâ fixit domicilium; sed infelici successu: amplissimâ enim acceptâ hæreditate (quæ ex voto testatricis destinata erat pro majori parte Ecclesiæ Goesanæ) implicuit se negotiis sæcularibus. Quique pauper Deo placebat & hominibus, dives factus displicuit Superioribus. Valdè sobriè ad mortem dispositus, exspiravit.

Sic de J. Griffino Necrologium Eccl. Harlemensis;

Adm. R. D. *Joannes Griffinus ex familia nobili Coll. Col. alumn. Pastor Goesanus per annos . . . obiit in Huyssen 27. Januarii.*

Ei, cum Pastorem Goesanum ageret,

R. D. JOANNES MELS * vicariam navabat operam.

*alii vocant J. Leyssium.

JOANNES CUYSTEN, S.T.B. successor Joannis Griffini, Sylvæ-ducensis, S. Theol. Baccalaureus format. Canonicus olim Herbipolensis, atque totius Zelandiæ Archipresbyter fuit.

Obiit autem ibidêm admodum Rev. & Amplissimus Dnus Joannes Cuysten, Pastor Goesanus, & Zelandiæ Archipresbyter 11. Novembris Anno D. 1664. in æde Magdalenæâ terræ mandatus. *Necrol. Eccl. Bat.*

Prænobilis ac Rdus D. ADRIANUS RENESSE DE WULP, ex illustri & avitâ stirpe, originem ducente ex Xirixæa Insulâ, amplissimo Dno J. Cuysten subsidiariam præstabat operam.

Illi & ad manum aderat,

JACOBUS EVERSDYCK, ex urbe Goezanâ Zelandus, Sacræ Theol. Baccalaureus, successor Adriani istius de Renesse a Wulp, antiqua nobilitate, zelo ac virtute conspicui sacerdotis, immaturâ morte defuncti, Goezæ 27. Octob. Anno D. 1652. cujus sic cum laude meminit ad illum diem ac annum Eccl. Bat. Necrologus.

Rdus ac Prænobilis Dnus, Adrianus Renesse de Wulp, operarius fidelis in Zelandia, &c.

Mortuo Joanne Cuysteo se ingessit Jacobus Kempius, S. Theol. Bacc. formatus, qui Cuystenio sub finem vitæ ipsius opem laturus advenerat: sed cum multi magis afficerentur Eversdyckio, qui hactenus agrum Goezanum tantummodò excoluerat, atque hinc orta fuisset contentio, ea demum hoc pacto sopita fuit, ut utrique facultas daretur intra urbem ac foris Pastorale munus exercendi.

Vitâ autem defungitur R. D. ac Mr. Jacobus Kempius, S.T.B.F. Pastor ibidem 19. Novemb. Anno D. 1665.

Illo autem defuncto, solus oppidi Goezani Pastor remansit Jacobus Eversdyckius; agri excolendi provinciâ R. D. Francisco van der Lisse, Dordraceno, S. T. B. sub Annum 1665. delatâ. Jacobus hic post decennium illic etiam migravit e vitâ:

Rev. enim *Dnus Jacobus Eversdyck obiit Gousæ, Pastor ibidem zelosus 25 Novemb. Anno D.* 1674. in choro templi majoris inhumatus. *Idem Necrologus.*

Mortuum Eversdyckium pro excolendo oppido excepit Walterus Bolck, Vianensis, aliquandò adjutor Amp. Dni Adr. Outheusden Roterodami.

Verùm cum vix annum in Pastorali cura illic transegisset, eam ob infirmitatem deserere coactus, jussu Superiorum tradidit Guilielmo van Dyck. Ipse verò ex morbo tabido defungitur Vianæ mense Novembris, Anno Dom. 1677.

GUILIELMUS VAN DYCK, S. T. B.

* Lissio ex agro Goezano ob infirmitatem circa Annum 1671. migrare compulso, ejusdem agri excolendi cura commissa fuerat Guilielmo van Dyck, Ultrajectino. Verùm cum & Bolkius ob similem causam indè cogeretur discedere, eidem in oppidi administrandi provincia successit.

Demandata interim cura agri Goezani excolendi Anno 1677. mense Martio Cornelio *Oosterlaen*, Pynakrensi propè Delphos, S. T. Bacc. F. exinde Pastore creato in *Raedemburch*, propè Goudam, ibidemque defuncto 11. Augusti, Anno D 1705.

Habuit is in agro Goezano successorem Anno 1680.

Amandum van Nispe; nobilem Zelandum. Hunc in Hollandiam pariter decedentem excepit,

JOANNES KELDERS, Lugduno-Batavus, S. T. B. qui exinde creatus Pastor in Rhoon, vico inter Dordracum Roterodamumque medio, successorem nactus est 5. Martii 1686. Joannem Ottonem Wilmes, Aldenzaliensem. Hic avunculi sui, Brunonis *Bruins* 1. Julii Anno 1688. in *Berge* propè Alcmariam defuncti, munus Pastoritium adiens, successorem Anno 1688. accepit Henricum Lansing, Zutphaniensem S. T. B. F. nunc Pastorem Schoonhovianum.

In ejus locum, ex Pastore in *Kolschaten* ad muros civitatis Daventriensis, suffectus est 16. Novembris A 1698. Joannes Schonebeek, Roterodamus, S. T. B. F. Interim Wilhelmus van Dyck, oppidanorum Goezanorum Pastor, apud suos senex defungitur 16. Octob. Anno 1694. in æde Magdalenæâ ibidem sepultus.

In demortui provinciam a Sebasteno Antistite immittitur

JOANNES VAN VELDE, ex clara stirpe Lugduni-Batavorum oriundus, congregationis Oratorii olim presbyter, Harlemi atque Hagæ-Comitis primùm adjutor, atque indè Pastor in civitate Hornanâ.

Dnus autem Joannes van Velde, oppidanorum Pastor, (amplificatâ Goezæ Ecclesiâ) obiit illic 11. Septembr. Anno D. 1699. *in* æde Magdalenæâ appositus ad ossa Joannis Cuysten decessoris. Successorem mox adeptus est,

est, Simonem Egbertum Charliers, Ultrajectinum, Lovaniensem Theologum, Pastorem illic sedulum annis xv.

Varii Bevel. Austr. pagi, aquis absorpti.

Broeke, *Steenvliet*, *Everſweerde*, ſeu *Everſwaert*, *Huykelenoirde*,

In aliis Cod. MS.

Hinckelenoirt,

Contractè hodiè

Inkenoort,

Icoude, *Ryſlandt*, *Tolſende*,

Nova terra,

Vernaculè

Niewwelandt,

Lodick,

Ubi caſtrum olim ex Reigersbergii *Annalibus pag.* 101.

Duvenee, *Coudewerve*,

Contractè

Cowwerve.

Bat,

Cujus turris in vicinia poſitæ, *den Batſen toren* dictæ, adhuc rudera viſuntur,

Bevelandiæ Auſtralis ſub Decanatu olim Zuyt-Bevelandiæ pagi ſunt, aquis ſubmerſi.

Eccleſiæ pagorum eorum ferè omnium, ex Cod. M. Eccl. Ultraj. ad nominationem erant Decani ac Capituli S. Salvatoris Ultrajecti.

EVERINGE,

Everinge.

Fortè idem cum *Onderdingen*, ut eſt in quibuſdam Cod. MS. Bevelandiæ Auſtralis olim vicus, in auſtrino ejus littore, ſub Dec. Borſaliæ recenſitus, cujus toparcham Dodinum laudat Stokius ad Annum CIↃ. CCXCV. ab aquis & ipſe abſorptus.

ELLEWOUTSDYCK,

Ellewoutsdyck,

In Cod. M. Eccl. Traj. cum *Coudorp* & *Everinge* ſub Dec. Borſaliæ recenſitus, Bevelandiæ Auſtralis vicus eſt, portu gaudens, & Dominium agnoſcens inter ceteros, Dnum *Iſ. de Perponcher Zedenitzky*, qui & arcem ibi nobilem tenet.

arx,

Eccleſia, *Vicaria*, poſſeſſores.

Parochialis ei dudùm Eccleſia, in qua *Vicaria B. Mariæ* Virginis, ad quam Anno 1571. 30. Oct. proclamatus eſt Dnus Theodoricus Davidis, Clericus Diœceſis Middelb. Petri Cornelii ſucceſſor.

Ex pagis inundatis quidam reſtituti; inter hos,

VALKENISSE,

Valkeniſſa,

Quatuor leucis Goezâ diſſitus Zuit-Bev. Inſ. ac Dec. pagus, ac Dominium, cujus Dynaſtæ, antiquæ per Zelandiam nobilitatis, jus telonii pridem tenebant in foſſam Ottonianam.

Anno 1682. aquis cum aliis pagis quibuſdam abſorptus, pro parte a Dynaſtâ, Carolo Torrio, reſtitutus eſt, turri Eccleſiæ extra aggerem ab undis adhuc hodiè infeſtatâ.

Eccleſia,

Eccleſia pridem erat ad nominationem Decani & Capituli S. Salvatoris Ultrajecti.

Collator, Paſtores.

Hujus Eccleſiæ Curatus Anno 1464. erat * *Joannes Roeper*; contra eum, tanquam unum ex Curatoribus exſequendi Teſtamenti Dni & Mri Joannis de Leydis in Medicinis Magiſtri, & Canonici Eccleſiæ S. Salvatoris Traj. Anno 1464. a Davide Burgundo Epiſcopo Traj. mandatum emiſſum & executioni mandatum, quod præfatum Teſtamentum intrà anni ſpatium non adimpleſſet; quin potius, eô fruitô, notabilem ſummam, mille ſcilicet florenorum, ſuis uſibus reſervaſſet, fortè, lucro ſibi inde facto, poſtea exſolvendam, ac proinde Teſtamenti diſpoſitio ad Epiſcopum devoluta eſſet: verùm ad inſtantiam Nicolai de Loydis, oppidani Leydenſis, deinde revocatum, & annullatum fuit a D. Theodorico Utenweer, Canonico Eccleſiæ Traj. Decretorum Doctore, ac Davidis Burgundi in ſpiritualibus Vicario Generali.

MARA ſeu *MERE*,

Mara. parochia, *Vicaria*, poſſeſſor.

Bevel. Auſtr. Inſulæ ac Dec. pagus, in cujus Paroch. Eccleſia *Vicaria* ad Altare S. Catharinæ, cujus poſſeſſor Anno 1529. Dnus Joannes de Winter.

WAERDA ſeu *WEERDA*,

Waerda, Dynaſta,

Inundatus Zuyt-Bev. pagus, ab aquis poſtliminio reſtitutus, & aggeribus cinctus, Dni Davidis van der Niſſii hodiè Dominium.

Eccleſia, Collator.

Eccleſiæ Waerdenſis collatio pridem ad Decanum & Capit. S. Salvatoris Ultrajecti pertinebat.

Weerdæ ad Boream,

Agger D. Mariæ, vel, *Onſer Vrouwen Polder*,

Agger D. *Mariæ*

Dominium hodiè Dni *a Cruyningen*.

Ex ſerie Decanatûs hujus, ut jam tum vidimus, *Capella* ibi pridem viguit,

Dynaſta:

Nova Capella, aliàs in *Hinckel* nuncupata, D. Virgini, ut ipſum pagi nomen adhuc præfert, inſcripta.

Capella, D. Mariæ ſacra,

Ex alio Cod. MS. Eccl. Traj. *Noortcapella in Waerde* hæc appellabatur, eratque ex eodem Cod. MS. in ea *Vicaria D. Virginis*.

Vicaria, poſſeſſores.

Ad hanc, ex ceſſione Dni Sylveſtri de Campen vacantem, 16. Januarii Anno 1572. proclamatus & inſtitutus eſt, Dnus Antonius Eraſmi.

CRUNINGE,

Cruninga,

Villa prætoria Auſtralis Bevel. M. P. ab ora foſſæ Ottonianæ verſus Orientem, portu accommoda; peculium nobiliſſimæ gentis cognominis, cujus frequens in Annalibus mentio, ſpeciatim *Waltheri de Cruninge* in Diplomate Wilhelmi I. Holl. Comitis Anni 1231.

Arx illic munita, foſſis latiſſimis cincta, Dynaſtarum olim domicilium, Anno 1678. Dno Antonio Huberto, Domino in *Cruningen* inſcripta.

arces.

Arx ibi & *Voorboutana*, gentis iſtius, ex Brabantin. *Voorboutorum* nobili ſtirpe genita, domus hæreditaria, lapſu temporis diruta fuit.

Eccleſia Collator,

Eccleſiæ Cruninganæ collatio olim ad Decanum & *Cap. S. Salvatoris* Ultrajecti. Ex ea *portiones* duæ obveniebant Traj. Epiſcopo.

Vicaria, poſſeſſores.

In ea pridem *Vicaria ad Altare SS. Catharinæ & Barbaræ*, cujus poſſeſſor Anno 1529. Dnus Henricus ten Boiſche, Dni Antonii Jacobi ſucceſſor.

YERSEKE,

Yerſeke,

Vicus Bevel. Auſtralis in latere Orientali, ad hunc modum ad Annum 1300. a Stokio vocatus, ut & in Cod. MS. Eccl. Ultraj. hodiè

* *Cod. MS. G. Egmond.*

YRSICH,

Ecclesia, A portu quo gaudet, *Yrsickedam* appellatus.

Collator, Pastor. Parochialis Ecclesiæ collatio pridem etiam spectabat ad Decanum & *Cap. S. Salvatoris* Ultrajecti. Ecclesiæ Pastor ad Anno 1571. Dnus Simoo de *S. Vito*.

SCHORA,

Schora, Collator Bevel. australis pagus, cui præstans eum fastigiata turri Ecclesia, cujus collatio ex Bieselingensis Cœnobii monumentis, pridem erat *Monasterio illic in Jerusalem*.

Vicaria, In Parochiali Ecclesia de *Schora*, *Vicaria Altaris S. Nicolai*. Eam vacantem per dimissionem ac inhabilitatem Wilhelmi à Vaerwyck, jure devoluto impetravit Reynerus Henrici Opstraet, possessores. Clericus Leodiensis Diœcesis Anno 1571. ult. Nov.

Eaodem *Vicariam* vacantem per desertionem Wilhelmi de Vaerwyck, jure devoluto ootinuit D. Nicolaus van de Veste Decanus in *Capella* 1572.

EVERSDYCK,

Eversdyck, Conditor, & Pastor. Aust. Bev. & Dec. pagus, ab aquis restitutus. Huie eum densa turri Ecclesia, olim a quodam ex stirpe *Evere* extructa. Pastor ibi Anno 1571. Dnus Joannes Block a Duvenè.

BAERLANDT,

Baerlandt, Pagus (elarus natalibus Adriani, cui a solo natali *Barlandi* cognomen) Goesæ oppido vicinus ad austrum, a fertilitate & rerum eopia, pratisque irriguis maximoperè commendatus, Dynasta, Dynastam habet Comitem Rypelmondanum, qui & arce ibidem gaudet; ubi & rudera areia prægrandis ac vetustæ visuntur.

Ecclesia, *Vicaria,* In Parochiali ejus Ecclesia *Vicaria S. Joannis*, quam per contractum matrimonium Joannis de Beringen vacantem, jure devoluto impetravit M. Leonardus de Haccuria, Clericus Leod. Dioc. 1571.

possessores. Ad eandem *Vicariam* vacantem per mortem D. Joannis de Beringen proclamatus est D. Petrus de Horreo 2. Jan. 1572.

Henricus Richardi à Mierlo, Pastor in Baerlandt ad Annum 1571.

BAESDORP,

Baesdorp, Australis Bevel. vieus baud procul Goesâ reperitur hoc oomine, ubi antiqui ædificii rudera hodié-dum visuntur.

Capella de Heervelsdorp, Vicaria, possessores. In *Capella de 's Heervelsdorp*, *Vicaria* pridem ex Cod. M. Traj. Ecel. *Divæ Margaretæ*. Ad eam vacantem per mortem Dni Joannis Andreæ proclamatus & institutus est D. Jacobus Petri, 2. Aprilis 1572.

CLOETINGA,

Cloetinga, Insignis fano ac turri sua Australis Bevelandiæ pagus ad medium Goesâ oppido milliare; Dynasta, cujus Dynasta pridem Brederodiana stirps.

Ecclesia, Ex ejus Ecclesiâ iv. portiones pridem obvenêre Ultrajectino Hyerarchæ.

Pastores. Ecclesiæ Cloetinganæ Pastor olim, Matthæus Joannis, Bieselinganus. Illie Aono 1443. xi. Sept. ut notat in *Zel. Annal.* Smallegangus, vitâ defunctus Joannes de Cloetingen, Zelandus, qui varias Epistolas Latinas conscripsit Anoo 1508. in Hemensi propè Schoonhoviam Cœoobio impressas.

CATTENDYCK,

Zuyt-Bevelandiæ pagus, portu commodus, ad milliare Goesâ dissitus; cujus olim Dynasta Henrieus Tuyllius, Wellandiæ Dominus. Cattendyk, Dynastæ,

Parochialis ei Ecelesia elegans cum turri ad aggerem marinum. Ad hujus portiones duas collationem pridem habebant Decanus & Capitulum S. Salvatoris Ultrajecti. Paroch. Ecclesia, Collator

Ad Parochialem hanc Ecclesiam, vacantem per dimissionem Dni Adriani de Wyssliet, 22. Oct. Anno 1571. proclamatus & institutus est Dnus *Lucas de Balen*. Pastores.

Ad eandem deio 3. Febr. 1578. proclamatus est Dnus Joannes, Joannis, presbyter, eum per obitum Lucæ de *Balen* vacaret.

CAPELLA,

Australis Bevelandiæ pagus ad horàm Goesâ dissitus, ad quem tres olim coospicuæ arces; Capella,

Maelstede, scilicet, *Bruelis*, & *Gistelle*. arces,

Duarum priorum Tuyllii, tertiæ Catzii dudùm Domini. Domini,

Ecelesia Paroch. excelsâ turri ac campanis præstantibus decora. Ecclesia,

Collegium xi. Canonicorum in ea, ex Miræo de *Can. Coll.* fundarunt *Anna Burgundiaca*, & Colardus, Domious de *Lydenkerke* Anno circiter millesimo, quingentesimo tertio. Collegium,

Missa illic fundata 1506. 20. Jan. a *Priorissa* Bieselingensi.

Ibidem *Vicaria SS. Catharinæ & Barbaræ*, quam vacantem per ingressum religiooia Joanois Georgii Bol, jure devoluto obtinuit Joannes Henrici Monetarii Aono 1572. 24. Januarii. *Vicaria,*

Item, *Vicaria perpetua altaris S. Joannis*, cujus possessor ad Anno 1548. D. Joannes Theodorici Presbyter: * data est huie licentia a Georgio Egmoodano onus *Vicariæ* extra locum beoefieii persolvendi, videlicet in Parochiali Ecclesia de Cruoingeo. possessores. Cod. *M. G. Egm.*

BIESELINGA,

Vernaculè

BIESINGE,

Horâ & quadrante Goesâ distans, portu gaudens, Zelandiæ feudum, cujus Dynastæ dudùm Tuyllii. Bieselinga, Capellensi pridem Eccl. unita;

Ejus Ecclesia, *Capellensi* Ecclesiæ pridem, ex Cod. Eccl. Traj. *incorporata*.

In pagi hujus tractu olim viguit nobilium virginum asceterium Ordinis S. Augustini, *Jerusalem* dictum, ex Mechliniensi Cœnobio (quod auspicium sumpserat a quibusdam Monialibus Pariensibus) progenitum, *Victorinarum* Cœnobium ibi appellatum, circa tempora S. Romualdi illic conditum. Alia hæ ibidem sortitæ sunt vocabula; uti Moniales *Ten Haen*, a miraculo quod obtendunt; subinde Moniales *Parisienses*, quia inde prognatæ, ab Aono 960. ad Annum 1642. Monialium ibi asceterium origo, varia nomina

quan-

quandò extra urbem in terra novâ transplantatæ fuêre, *Moniales Bleyenburgenses*, insuper & Moniales *B. Mariæ Virginis in monte Sion* dici cœpêre.

Ad Annum 961. vel 62. duæ ex his in Zelandiam missæ, qui *Bieselinge* conderent Monasterium. Ex hoc dein Anno 1317. progenitum Vallis S. Margaritæ, vulgò *Margritendale*, extra portam S. Georgii Antverpiæ asceterium, cui ad supplicationem Senatûs Antverp. accessit Traj. Episcopi consensus, Diplomate Officialis expressus.

Prima in hoc pietatis opus ab Abbatissa Bieselingensi destinata cum tribus quatuorve Monialibus,

D^na *Beatrix van Everingen.*

Variis privilegiis, ac divite censu auctum; inter cetera, *juris Patr.*

Variis juribus, privilegiis, censu & emolumentis ditatum fuit hoc Bieselinge Cœnobium, a Patriæ Antistitibus, & Comitibus firmatum.

Inter cetera, *jus Patronatus*, ut vocant, erat Abbatissæ & Monasterio huic in Ecclesiam Zuitbevelandiæ *Schorensem.*

Prima & ultima Abbatissa.

Ultima Cœnobii Abbatissa, fuit D^na *Catharina Meskens*, quæ sub iconomachiam, Antverpiam ad asceterium *Vallis S. Margaretæ*, ablatis secum Cœnobii sui monumentis se conferens, ea illic condidit in cistula lignea ferreis ligaminibus obducta & triplici cera obsignata, ibidemque Monialibus suis supervivens, obiit Antverpiæ 12. Febr. Anno 1612.

Melitens. Commendaria,

Olim in pago Bieselingi Equitum Melitensium *Commendaria* sub Baiulivatu S. Catharinæ Ultrajecti.

Presbyter Biesel. fundator.

D^nus Marinus Cornelii Baesdorp, Bieselinganus, Presbyter, peregrinator Jerosolymitanus, ludimagister contubernii & hospitii sacri, *Putereyken* dicti, in civitate Mechliniensi ex testamento, Anni 1625. cujus transumptum tenemus, eo in oppido conditi bona omnia mobilia & immobilia legavit dicto hospitio, in usum puerorum egenorum, inter quos consanguinei & patriæ gentis præferri debeant, qui ibidem ab ætate IX. annorum fidem Cathol. artem pingendi literas, & aptum opificium condiscant.

WESTKERKA,

Westkerka, Ecclesia, *Vicaria,*

Cui ejusdem nominis dudùm Dynasta, Ecclesiâ Parochiali gaudet, fastigiatâ turri ornata.

In Ecclesia hac *Vicaria* S. *Nicolai*, seu S. *Adriani*, cui *Vicaria Virginis* unita est. *

* *Ex C. MS. G. Egm.*

possessores.

Ad hanc vacantem per dimissionem ac privationem D^ni Lamberti Joannis *Vuystert*, aliàs *Welgemoet*, Anno 1571. ult. Nov. proclamatus & institutus est D. Cornelius Coroelii a Streyen.

WEMELINGA,

Wemelinga

Pagus amplus & insignis uno & medio milliari Goesâ dissitus, portu gaudens opportuno, cujus Dynastæ dudum Barlandi. Parochialis ei Ecclesia elegans, in qua priscæ ætatis monumenta visuntur. Ad duas ejus portiones collationem pridem habebant Decanus & Capitulum S. Salvatoris Ultrajecti. Duæ etiam Ecclesiæ portiones cedebant Traj. Episcopo.

Ecclesia, Collator,

Pastores.

Ad alteram Ecclesiæ illius portionem, vacantem per obitum D^ni Adriani Beuoirdt, proclamatus & institutus est 21. Maji Anno 1571. D^nus Adrianus de Wysfliet.

Vicariæ in eadem Ecclesia variæ;

Vicaria, Vicarii,

Vicaria B. Mariæ Virginis, cujus possessor Anno 1529. D. Joannes Arnoldi Ryn.

Vicaria ad altare S. Wilgefortis, cujus possessor Anno 1529. Cornelius Wilhelmi, successor Jacobi Joannis de Noortgouda.

Vicaria S. Nicolai, cujus possessor 1529. D Joannes de Buggenkerke, successor D. Antonii de Hozaert.

Vicariam S. Jacobi, dictam *Bedels-cappelrye*, jure devoluto impetravit Marinus Crysman, vacantem per dimissionem, seu indebitam resignationem, Marini Theobaldi, 20. Octobris 1571.

Ad eandem *Vicariam* vacantem per resignationem, Marini Theobaldi, ultimâ Novembris 1571. proclamatus est M. Arnoldus de Crayendael, institutus verò 16. Julii 1574.

Ad *Vicariam Altaris S. Nicolai*, vacantem per resignationem Oliverii Wilgefortis, 22. Nov. 1571. proclamatus & institutus est Ismael Melchioris.

Ex Wemelinga ortum habuit,

& viri eruditi,

Joannes Godefridi, de Wemelinghen, Zelandus, ex Insula Zuytbevelandia, J. U. D. receptus ad Conc. Universitatis Anno 1484. post Canonum Licent. & Professor Ordinarius horis pomeridianis, surrogatus *Guilielmo Arnoldi* de Delft Anno 1487. Kal. Dec. Epitaphium & Elogium illius legitur apud Minores Lovanii ad Chori introitum, inscriptum Sarcophago:

Hic sepultus est Dominus

JOANNES GODEFRIDI,

Natus in Wemelinghen,

Decanus Ecclesiæ S. Gudulæ Bruxellæ,

Conservator Privilegiorum Universitatis Lovaniensis,

J. U. D.

In quo studio publicè multâ cum laude,

Et non mediocri Auditorum fructu docuit

Annos XXXVII.

Vir æquitatis observantissimus, & tam liberalis,

Ut nihil magis suum existimaret,

Quam quod amicis ac verè pauperibus dedisset,

Juxta dictum vetus:

Hoc habeo, quodcunque dedi.

Obiit An. 1425. die 12. Octobris.

Ex *Fast. Acad.*

'S HEERABTSKERKE,

Contractè & vulgò

SCRABBEKERKE,

's Heerabakerka varium nomen, etymon, Dynastæ.

Bevlandiæ Australis Insulæ ac Dec. dominium, *Synoutskerkæ* ad orientem adjacens, ab Abbate, fortè ejus loci quondam Domino aut Rectore, denominatum, inter prænobil. D^num *Cornel. de Perponcher Zedlenitzky*, aliosquo modò divisum. Præstans pago cum denia & præcelsa turri adhuc hodiè Ecclesia. Sunt qui pagum hunc confundunt cum pago, *'s Gravenkerke.*

Certè ejus nominis pagum reperio in M. S. Eccl. Traj. nisi idem hic sit cum pago territorii Tolaoi.

'S GRA-

'S GRAVENKREEKE.

Ecclesia, Divus Tutelaris, Collator, prisci Pastores.

'S *Gravenkerkæ* Ecclesia ex eodem Cod. M. S. Joanni Bapt. erat nuncupata, ejusque Rectorem designabat Scholasticus S. Salvatoris in urbe Ultrajectina. Hujus Anno 1529. Rector Dnus Henricus Vosse, Dni Wolfardi Joannis Wakker successor.

Pago 's *Heer-abbekerkano* unus hodiè cum *Synoutskerkano* minister Calv. ritus deservit. Ei proxima est ingens terra de *Groe*, cum æde D. Martino nuncupata, vulgo, *St. Maerten ter Groe*; undè conjicere est pridem eam fuisse ædem sacram, Divo isti inscriptam.

Dominium ter Groe, cum æde sacra D. Martini.

OUDELAND,

Hodiè

OUWELANDE,

Oudelandiæ Ecclesia, census & Pastores.

Aust. Bevel. Insulæ ac Dec. commodus pagus, cui præstans cum densa & excelsa turri Ecclesia, ex qua duæ portiones, juxtà *Cathedrat*. Traj. Episcopo obveniebant.

Ad alteram portionem Ecclesiæ de *Oudelant*, ex Cod. M. Traj. Eccl. Anno 1571. 22. Junii proclamatus & institutus est Dnus Christophorus *de Lacu*, Presbyter Leod. Diœcesis, successor Dni Joannis Petri Plas.

OUDEKERKE,

Oudekerkæ

Alius ab *Oudekerka* in Scaldia, Australis Bevelandiæ pagus, uno ac medio Goesâ milliari, hodiè

aliàs

HOEDEKINSKERKE,

Contractè

HOETIESKERKE,

Hoetieskerkæ

Cujus aggeres ab undis maritimis validè infestati, magnis sumptibus adversus eas indies debent muniri. Dynasta ejus præcipuus, Dnus Scherpenzeelius.

Dynasta,

Dives illic olim *Personatus*, ad Præpositum S. Salvatoris Ultrajecti pertinebat.

Personatus, Collator

Vicaria ibidem *ad Altare S. Nicolai*, ex Cod. MS. Georgii Egmond. Traj. Episcopi, cujus ejus temporibus, ex eodem Codice, possessor, Dnus Joannes *Vierloos*.

Vicaria, possessor.

NISSA,

Nissa Dynasta, fanum,

Vulgò, *Ter Nisse*, Dominium Austr. Bevel. ac Dec. valdè excellens, cum fano amplo ac eleganti, præcelsa turri ornato, & ad fanum ædes speciosissimæ. Pagus uno & medio Goesâ milliari, Dynastam habet Davidem van der Nisse.

Contubernium ibi dudùm jaculatorum.

contubernium.

HEYNKESSANT,

Heynkessanti Dynastæ, arx, & contubernium.

Amplus & insignis pagus cum fano & turri egregia, unâ ac mediâ quoque Leucâ a Goesano oppido, ubi & adhuc hodiè viget jaculatorum contubernium. Odykius, nobilium Zelandiæ, dum viveret, primas, ædes hîc conspicuas incoluit. Inter alios, Dynastæ hîc Comes Ryppelmontius, & *D. de Perponcher Zedlenitzki.*

SYNOUTS-KERKE,

Contractè

SINSKERKE,

Synoutskerkæ

Horâ circiter Goesa dissitus pagus, ac dominium cum Baersdorpiano hodiè commune, cui fanum & turris mediocris, pratis viget uberrimis; hujus modò Dynastæ Comes Rypelmontius, & Dnus van der Nisse.

Dynastæ.

Maximilianus Burgundus Anno 1553. ex testamento sororem suam Jacobam, nuptam Cruningiæ Domino constituit Dominam *Synoutskerke*, *Ter Nisse*, *Schoebekerke*, *Duyvelandt*, & S. *Jauslandt*.

'SGRAVENPOLDER,

aliàs

VOIRTRAPPE,

Sic enim disertè legitur in Codice Eccl. Ultrajectinæ.

Voirtrappe, in veteribus monumentis celebrati,

Multa de hoc, vel affini ei vocabulo *Fortrapa*, contentio ob donationis tabulas, quas cum eruditis Carolo Calvo abjudicatas, Carolo Simplici restituimus. De voce hac vide Altingium *Not. Germ. part. 2. p. 59.*

Is vicus est hodie pago 's *Gravenpolder* conterminus. Pagus autem hic cum fano & turri præstanti, horæ a Goesa spatio, amæno situs est loco, ad quem viâ lapidibus stratâ, serie arborum utrimque consitâ, pervenitur, cujus Dynastæ Comes Ryppelmontius, ac Dni Nissius & Westerwyckius.

& 's Gravenpoldræ Dynastæ,

Contubernium ibi Rhetorum ac jaculatorum. Alius eis adjacet pagus,

ac contubernia.

SWAKE,

Suo gaudens prætorio, & solo Domino, Ryppelmondæ Comite.

Swake,

OVERSANDE,

&

Contractè

OVESANT,

Ovesandæ

Duobus Goesâ milliaribus, cui Dynastæ penè iidem, qui & *Heynkessanti.*

Dynastæ.

Catholicorum erectum ibi Oratorium nostrâ ætate insano quorumdam furore vidimus demoliri.

'S HEERARNOUTKERKE,

Contractè

'S HEERAERTSKERKE,

Bevelandiæ Australis pagus, ab ejus conditore Arnoldo, Equite, qui Anno 1140. adhuc in vivis erat, denominatus. Hinc, ob ventris crassitiem *Arnoldus* crassus, *Arent met den buycke* dictus, filium hæredem reliquit, Arnoldum Goesanum, *van der Goes*, appellatum, non ut Goesæ Dominum, sed ut Goesæ, filii ibi ex *Borsala* stirpe torem, imperantem, Anno 1183. mortuum, relictis filiis quatuor, qui ejus inter se Dominia dividerent, & in monumento ad summum Altare Ecclesiæ 's *Heeraertskerkanæ* conditum. Latum valdè pagus hic exercet dominium, pagum S. Judoci, Divo huic nuncupatum, sub ditione sua continens.

's Heeraerts-kerkæ conditor, etymon,

amplum dominium,

Parochialis ei Ecclesia insignis, divo Petro Apostolo consecrata, turri densa & tam præcelsa decorata est, ut Zuytbevelandicas omnes altitudine exsuperet.

Paroch. Ecclesia, Divus Tutelaris,

In Ecclesia hac altaria, & ad ea *Vicariæ* variæ inter cetera,

Altaria, Vicariæ,

D. Vir-

Vicaria,

D. Virginis,
S. *Nicolai*,
S. *Martini*, &
S. *Barbaræ*.

antiquus Pastor,

Pastor illic Anno 1510. Wilhelmus Wissen: hic 27. Augusti Anni 1518. testamentum condidit, libro *Memoriarum* dictæ Ecclesiæ contentum, Latino sermone, & in pergameno descriptum, quo diebus Jovis singulis ad summum altare Missam solennem assistentibus Diacono & Sub-diacono ordinat in honorem SS. Sacramenti, ita ut quotiescunque Missa ea intermittitur, proventus cedant egenis domesticis; mandans ut sub Sacro illo, æquè ac intra Missas Dominicorum & festivorum dierum, decantetur hymnus, *O salutaris hostia!* Fundat insuper *Anniversariam* pro se & pro fratre suo M. Kogiers, Wisseni filio.

& ejus fundationes.

Adhæc pro parentibus suis, *Wisse Kogiers* & *Dorothea*; *Hugone*, *Cornelio*, & *Adriano Wisse* ordinat preces fundi Dominicas.

Tres horas decantari statuit per Octavam SS. Sacramenti;

Horasque decantari in festo visitationis Mariæ.

Item singulis diebus Dominicis sub auspicium supplicationis decantari orationem, *Inviolata & intacta*, &c.

Præter hæc varias eleëmosynas in usum pauperum legat, ad quas plura jugera destinat, &c.

's Heeren-Heyndrikskinderen-kerck,

Contractè

's Heer-Heyns-kinderkerck,

's Heer-Heyndricks kinderen-kerk,

Bevelandiæ Australis sub cognominis Decanatu pagus ac Dominium, Goesæ vicinum, ab Henrici Equitis filiis, cum a patre cœptum esset, perfectum, atque adeò denominatum.

Ecclesia,

Parochialis illic Ecclesia turri decora; cujus suo tempore Collator, nobilis Vir, Constantious vander Werve, & ejusdem ex Wervii nominatione Rector fuit, Adrianus Leys. Cum enim inter hunc Adrianum & Dominum Antoniom Yemanni Presbyteros ob nominationem orta lis, coram Tribunali Trajectino instituta esset, causa secundùm dictum Adrianum judicata est, juxta hanc chartam Francisci Sonck, *Officialis* Eccl. & Arch. Trajectensis.

institutor Collator,

prisci Pastores,

In causa quæ coram nobis per & inter honestum Dominum Adrianum Leys *ea unâ, contra & adversus venerabilem virum & Dominum* Anthonium Yemanni *Presbyterum in discordia Patronorum ad Parochialem Ecclesiam* 's Heer-Henrikskynderen *jurisdictionis Zuyt-bevelandiæ & Archidiaconatus Trajectensis præsentatum ea altera partibus, in prima vertente instantia, ac pendente indecisa, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, ac solam Deum & justitiam præ oculis habentes, per hanc nostram sententiam diffinitivam, quam communicato nobis desuper Jurisperitorum consilio pariter & assensu, actis & actitatis maturâ deliberatione præhabitâ discussis & perspectis, in his scriptis ferimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus præsentationem per nobilem & strenuum virum* Constantinum van der Werve *dictæ Parochialis Ecclesiæ Patronum de persona præfati Domini Adriani Leys Presbyteri, ad dictam Parochialem Ecclesiam de* 's Heer-Henricxkynderen *cum certificatione Rev. Patris & Domini nostri Archidiaconi Trajectensis subsecutam, esse & fuisse canonicam, validam & efficacem, suosque debitos & legitimos debuisse & debere sortiri vires, & effectus, ipsumque* Adrianum *præfatum ad prædictam Ecclesiam investiendum & instituendum fore, ac in realem & actualem possessionem ejusdem cum omnibus suis juribus & pertinentiis inducendum, ut eundem investimus, ac instituimus & induci mandamus; molestationes, vexationes, turbationes, ac impedimenta quæcunque per adversarium factas, facta, præstitas ac præstita, de facto fuisse & esse temerarias, illicitas, præsumptas, ac præsumpta, illasque dicto adversario minimè licuisse, nec licere, ac propterea super dicta Parochiali Ecclesia eidem* Antonio Yemanni *adversario perpetuum silentium imponendum fore, ut imponimus, ipsum in omnibus hujus litis expensis condemnandum, ut condemnamus eandem, taxationem earundem nobis imposterum reservantes.*

Erat subscriptum: Ita pronuntiavi
J. FRANCISCUS SONCK,
Canonicus Ecclesiæ & Officialis Archidiaconatus Trajectensis.

Vicariæ

In Paroch. hac Ecclesia,
Vicaria D. Laurentii, &
Vicaria B. Mariæ Virginis.

possessores,

Ad priorem, vacantem per matrimonium a Carolo Joannis Gallo initum, proclamatus & institutus est 1. Sept. Anno 1571. Dnus Petrus Engelen. Ad alteram, vacantem ex cessione Dni Martini Brielkens, 16. Jan. Anno 1572. proclamatus & institutus fuit Dnus Petrus Bourdon.

Dynastæ,

Pagi hujus Dynastæ, olim Watervlietii, postmodum D. de Perponcher Zedlenitzki, nobilis Polonus.

arx vetusta,

Arx illic aquis cincta, suis gaudens juribus ac immunitatibus, *'t Huys te Nerf* appellata; cujus olim possessor Corn. Schuilius, dein Schelperhornius.

W I S S E K E R C K,

Wisse-kerck, Conditor, pagi ac vicini agri Dynastæ,

Alius a Noortbevelandiæ cognomine pago, in Bevelandia Australi vicus, a *Wisse* nobili Zelando, dicti Henrici fratre, conditus; cui præstans quidem cum densa ac eminenti turri Ecclesia, sed paucæ hodiè ædes. Dynasta, Dnus Sonsbeek, &c. Vicinus ager, *Leeuwerken Polderken*, anteà *Calis-polder* dictus, Anno 1686. inscriptus est Dno *Isaaco de Perponcher Zedlenitzky*.

S T U V E S A N T,

Stuvesant vicinæ ob tenuitatem Ecclesiæ unitum; & priscus ejus Pastor.

Aquis modò absorptus pagus. Sed cum & hic, & præcedens Everinganus pagus, ob aquarum inundationem & aggerum irruptionem censu tenues redditi essent, Georgius Egmond. Traj. Episcopus duas has Paroch. Ecclesias unitas, uni commisit animarum Curatori, *Wilhelmo* fe. *Jacobi*, ex seq. Diplomate:

Georgius ab Egmond &c. dilecto nobis in Christo Domino, Wilhelmo filio Jacobi Presbytero nostræ Diœcesis, salutem in Domino sempiternam. Quandoquidem fructus, obventus, & proventus Parochialium Ecclesiarum in Stuyvezandt, & Everingen *jurisdictionis Zuit-bevelandiæ nostræ Diœcesis ex aggerum ruptione & aquarum inundatione adeo sunt facti tenues, quod vix ambæ unum, qui eis deserviat, alere & sustentare possent. Ne igitur cultus divinus apud subditos dictarum Ecclesiarum pereat & negligatur, nos earum saluti & commoditati consu-*

lore & intendere volentes, Tibi ut singulis diebus Dominicis & quatuor anni festis principalibus duas Missas, unam videlicet in Ecclesia de Stayvezandt, & alteram in Ecclesia de Everingen, quamdin Parochiis & curis earundem in divinis præfueris & deservieris, liberè & licitè celebrare possis & valeas, permissione canonica, & auctoritate nostra Ordinaria tenore præsentium litterarum concedimus, & facultatem, ac tecum in Dei nomine desuper dispensamus, Nostrorum testimonio litterarum, &c. Anno 1548.

V L A K E,

Vlake, E. cl. Paroch. Collator:

Quadrante horæ Schorâ dissitus pagus, cum Parochiali Ecclesia, cujus collatio olim ad Decanum & Capitulum S Salvatoris Ultrajecti.

depicta ibi lepidè Diaboli effigies.

In Tabella lignea ad Ecclesiæ hujus parietem olim pendulâ, depicta erat Diaboli parvuli forma, calamo & atramento accincti ad scribendum, cui hæc supposita verba Latina:

Fragmina verborum,
Titevullus colligit horam;

quo designabatur quod Diabolus, *Titevulli* nomine, ad prædicatorum informationem, errores in concionibus illic habitis colligat & annotet, ut eos divino exhibeat judicio.

Sed junior & ineruditus quidam Ecclesiastes, inquit in *Annalib. Zel. p.* 721. Smallegangus, non ferens aberrationes suas hic annotari, effigiem hanc ab annis xx. deleri jussit, ita ut, cum a biennio illic versarer, juvenis mihi asseruerit a patre suo, Ecclesiæ hujus æditus, Diabolum igne absumptum.

D R I E W E G E N,

Driewegen, Dynasta.

Tribus leucis Gocsâ dissitus Bevel. Aust. pagus, cui Dynasta, Dnus *de Proponcher Zedlenitzki.*

C R A B B E N D Y C K,

Crabbendyck, Dynastæ.

Quatuor Gocsâ milliaribus distans Austr. Bev. Insulæ & Decan. pagus, Anno 1682. aquis absorptus, dein restitutus, Dynastas numerans D. D. *Reigersbergios*, *Couwervios* & *Vamios.*

V I N N I N G E N,

Vinningen, antiquus Pastor.

Bevel. Aust. & Dec. pridem pagus, aquis absorptus, ubi Pastor Anno 1571. Dnus Antonius Cornelii.

'S H E E R E N H O E C K,

'S Heerenhoeck, Dynasta.

Ab aquis noviter vindicatus, & ex pluribus aggeribus exstructus Bevel. Aust. pagus, cujus dominium est penes Comitem Rypelmontium, & Dnum *de Perponcher Zedlenitzki*, &c.

N O V U S A G G E R,

Novus agger.

Vernaculè *'s Nieuwe Dorp*, novus, ut nomen præfert, ex aquis emersus pagus, cujus incolæ, cum fanum eis nondum sit, vicino in pago ad sacra coeunt.

De *Wisschkerkæ* antiquo dominio, suprà sub *Scaldiæ Decanatu*, & hic sub Bevel. Australi, sermonem habuimus.

Alia loca in Cod. Dec. *Zuytbevel.* recensita, ad Tolonam Insulam pertinent, cujus sacra mox describemus.

T O L A,

Tola cognominis Insulæ caput;

Cognominis Insulæ caput, Leodiensis pridem, non Trajectensis, erat Diœcesis; adeóque sub vet. Decanatibus Ultraj. Diœcesis non recensetur.

etymon,

Zelandicarum urbium ordine hodiè est postrema, sic dicta a *Telonio* ibi constituto; vernaculè *Ter Tollen*, id est *ad Telonium.* Usu evaluit scriptio per l simplex loco geminati, *Ter Tolen.*

situs,

Facit nomen toti Insulæ, particulæ quondam pagi *Scaldis*, situm habens M. P.II. a dextra Scaldis Orientalis ripa ad Euripum, qui illac ducit in majorem, cui *Slaack* nomen. A Comitibus Hannoniæ ad Blesenses Dnos translatum est dominium.

Duo ea in Insula oppida, & pagi vii.

Ecclesia, B. Mariæ inscripta, Leodiensi pridem, postea Ultrajectinæ subdita: Collatores.

Ecclesia Tolensis, D. Mariæ Virgini inscripta, olim ex veteribus Codicibus, inferioris dignitatis erat, *quarta Capella* de *Tolnis* dicta, seu Leodiensi subdita, uti & sita in Tolano territorio Ecclesia de *Scakerloo.*

Harum Rectorem nominabat Zelandiæ Comes, dein loci Dominus temporalis.

Vicariæ.

Altaria in Tolensi Ecclesia, & ad eas sic dictæ *Vicariæ*, varia; videlicet,

— *Beatarum Catharinæ & Barbaræ*,
— *Coram Sancta Cruce*,
— *S. Spiritus.*

Altaria, & Fraternitates,

In Ecclesia verò de Scbakerloo;
Altare Beatæ Mariæ Confraternitatis,
--- *Beati Nicolai,*
--- & *Beatæ Mariæ in Castro.*

Canonicorum Collegium.

Ecclesia Tolana ad supplicationem *honorabilis viri, Dni Petri de Zande, Præpositi Condacensis; & investiti Parochialis Ecclesiæ seu quartæ Capellæ de Tolnis*, atque *Petri Bloc*, investiti Ecclesiæ seu *quartæ Capellæ Scakerloo*, ut in erectionis tabulis mox apponendis legitur, in Ecclesiam collegiatam erecta est, eidemque Scakerloënsis Ecclesia cum juribus, fructibus & emolumentis suis unita est, erectumque in eadem a Joanne Bellimontio, Boloniensi Comite, Joannis Hannoniæ Zelandiæque Comitis filio, circa Annum 1305. ex Miræo *de Can. Coll. p.*190. Collegium novem Canonicorum, ac Decani per ipsum Collegium eligendi, Capitulo Leodiensi præsentandi, a Leodiensi Episcopo confirmandi, & a Decano Christianitatis admittendi.

Tabulæ fundationis Mri *Petri Stierbier*, ex qua una Præbendarum seu Canonicatuum erecta est; ratificatio Joannis Bavari, electi Leodiensis Episcopi, consensus Guidonis, Comitis Blesensis, assensus & confirmatio Decani Christianitatis in eodem Codice MS. subsequuntur. Ex his

patet

patet *Capellaniam* in *Ecclesia Tolnis* istam primitus fundatam *ad laudem & honorem, D^ni^ nostri Jesu Christi, Dei omnipotentis & gloriosæ, intemeratæ ac perpetuæ Mariæ semper virginis, genitricis ejusdem, sanctarumque Catharinæ ac Barbaræ Virginum & Martyrum, atque omnium Sanctorum.*

Aliæ deinceps in eadem Ecclesia ex eodem Codice fundatæ *Capellaniæ* seu *Vicariæ*: uti,

Capellania altaris S. *Eligii*; & ejusdem augmentatio.

Aliæ Capellaniæ, seu Vicariæ, in ejus institutione prioribus additæ.

Capellania S. *Jacobi Majoris.*

Capellania S. *Antonii.*

Capellania S. *Crucis, dotata per M^rum^ Petrum Stierbier.*

Capellania S. *Joannis Bapt.*

Capellania B. Mariæ Magdalenæ.

Capellania S. Jacobi Minoris, fundata per Mathiam Jacobs Menss.

Capellania S. *Theobaldi Episcopi, fundatio officii* S. *Salvatoris, unà cum augmentatione.*

Capellania altaris S. *Huberti & aliorum, fundata per honorabilem virum, & D^num^ Joannem Wittonis.*

Capellania S. *Annæ, fundata per Joannem Maademaker.*

Capellania S. *Cornelii Papæ & M. fundata per Joannem vander Ruyt.*

Primus possessor hujus erat D. Henricus Slachdoodt, & ejus successor D. Matthæus van Horck.

Aurea Missa, ut vocant: Laudes ad honorem D. Virginis: Fraternitas *SS. Sacramenti* *Hospitale*, & in eo *Vicaria*.

Instituta & illic *aurea*, ut vocant, *Missa*, dotata & confirmata per Capitulum.

Institutio Choralium in Ecclesia Tolnensi, ratificata per Principem.

Ordinatio & fundatio laudum B. Mariæ Virginis.

Fraternitas SS. *Sacramenti.*

Fuit & *Hospitale* dudùm Tholæ, in quo *Capellania B. Laurentii.* In *Castro* ibidem, ut suprà dictum est, *Capellania B. Mariæ.*

Ex fundationibus his, ut jam meminimus, institutum, vel certè auctum est prænominatum Tolnense Canonicorum Collegium.

Celeberrimum illud pridem, & Xirixæno, ut nunc præfati sumus, immunitatibus ac juribus æquale.

Collegii hujus nobilitas, (falsò asserta ab Altingio) auctoritas immunitates,

Si Altingio *Not. Germ. part. alt. p.* 176. in his fides habenda, *ejus præsul ordine prior reperitur Middelburgense in Diplomate Wilhelmi I. Holl. Com. Anni* CIↃ.CCXIII. *ubi scriptum*; ABBAS DE THOLAN. Prævié dixerat, *quod* (Thola) *veteri Abbatiâ, quam vocant, quondam illustris fuerit.*

Sed vereor ne in hoc hallucinetur nobilis scriptor, cum in nullis, quæ vidimus, monumentis, talis *Abbatiæ* exstet memoria; nec in Reigersbergii *Zeland. Chronico*, nec in Boxhornii in eum annotationibus, nec apud Smallegangum, nec in Jac. Torrii, cui res Patriæ non ignotæ fuere, *Relatione Rom.* neque in ipso, quod palmarium est, MS. Codice institutionis Tolnensis hujus Collegii. Auctoritas ceteroquin Decano electo ac confirmato, unà cum Collegio, statuta condendi, causas Canonicorum aliorumque ejus Ecclesiæ cognoscendi, immoderationes corrigendi, & aliis juribus fruendi, quibus gaudent Decani & Collegiatæ Ecclesiæ Civitatis Leodiensis; exemptus insuper erat a jurisdictione Leod. Episcopi ac Ordinariorum.

jura,

exemptio,

Decano autem & Collegio concessæ *singulæ libertates, privilegia, & jura similia, ac Decano & Capitulo S. Livini in Zirinæa ab Alberti Ducis antecessoribus sunt concessa.*

Collatores.

Collatio autem & præsentatio VI. Canonicatum delata prædicto Duci, ac successoribus, territorii dictarum Ecclesiarum Dominis temporalibus.

PARS VI.

Collatio & præsentatio Canonicatûs fundati ex *Altari Beatarum Catharinæ & Barbaræ Martyrum coram sancta Cruce* in dicta Ecclesia *de Tolnis* concessa M^ro^ Petro *Stierbier*, fundatori & dotatori ejusdem altaris, ejusque hæredibus.

Aliorum verò duorum Canonicatuum noviter fundatorum aut imposterum creandorum ad eorundem fundatores, & ipsorum hæredes spectabit.

Hæc latius patebunt ex Tabulis erectionis, quæ feliciter in manus nostras inciderunt, hic apponendis.

E R E C T I O

Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis oppidi de Tolnis, Leodiensis Diœcesis.

I.

Præambulum unà cum narratione supplicationis factæ Alberto Comiti Hollandiæ ac Domino Leodiensi, cum eorundem consensu &c.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Johannes de Bavariâ Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Electus Leodiensis salutem in eo, qui est omnium vera salus, & vera prosperitas totius bonitatis Ex pastorali officio nobis commisso nos attendere oportet ad ea, quæ divini cultus augmentum, ac populi devotionem respiciunt, eaque diligentius prosequimur, ut ad effectum deducamus salutarem, & præsertim ad ea, quæ illustris Princeps Albertus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Frisiæ, Genitor noster, ad honorem Dei Omnipotentis, Beatæ & gloriosæ Virginis Mariæ, ac totius curiæ cælestis, & ad salutem animæ suæ, & suorum subditorum animarum recreationem providè ordinare & proficere, & ordinari & profici excogitavit. Sane ad nostrum auditum pervenit, quod honorabiles viri Domini Petrus de Zande, Præpositus Condacensis, & investitus *Parochialis Ecclesiæ*, seu *quartæ Capellæ de Tolnis*, ac Petrus Bloc investitus Ecclesiæ, seu quartæ Capellæ *Scakerloo*, Capellani dicti nostri genitoris piè moti, & ut piè creditur, ab Altissimo inspirati, omnisque populus utriusque sexus Parochiarum dictarum Ecclesiarum nostræ Leodiensis Diœcesis, cupientes, ut dicta Ecclesia sive quarta Capella de Tolnis, in honore beatissimæ & gloriosissimæ Virginis Mariæ constructa, & diuturnis temporibus onerata, in Insula per se aquis marinis circumvallata, infra temporale dominium dicti nostri genitoris, & in fine nostræ Leodiensis Diœcesis situata, cujusque Ecclesiæ de Tolnis & omnium beneficiorum in eadem fundatorum præsentationes jure hucusque Patronatûs ad dictum nostrum genitorem, tanquam dominum temporalem loci de Tolnis spectaverunt, in Ecclesiam collegiatam erigatur, & ut de cetero Missarum solemnia, ceterumque divinum officium diurnum pariter & nocturnum, altâ voce omni die conventualiter in eadem celebrentur, ad dictum nostrum genitorem accesserunt, sibi præmissa exponentes, & humiliter supplicantes, quatenus propter Deum in præmissis assequendis & perficiendis suum auxilium & consilium, suumque consensum pariter & assensum, in quantum in ipso foret, & ad eum spectat, omnibus modo & forma, conditionibusque infrascriptis, præstare & impartiri dignaretur. Quibus quidem dicto illustri Domino & Duci Alberto genitori nostro, ipsiusque loci de Tolnis Domino temporali expositis, idem Dominus

genitor noster præmissa concepta percipiens, ac de tanto bono invento & concepto congaudens, omnibus cordis sui affectibus supplicata hujusmodi adimpleri, & ad perfectionem deduci desiderans, de forma adimplendi eadem cum Jurisperitis consilium habuit; & ad factum veniendo, quantum in eo fuit, voluit & ordinavit in effectu sub formâ quæ sequitur.

Quomodo quarta Capella de Tolnis sit erecta in Ecclesiam Collegiatam cum institutione novem Præbendarum & Canonicatuum in eadem, ac quod Decanus per ipsum Collegium debeat eligi &c.

II. Primo videlicet, ut dicta Ecclesia de Tolnis in Ecclesiam Collegiatam erigatur, & in eadem Ecclesia novem pro nunc Canonicatus instituantur, & novem Præbendæ singulis ejusdem Ecclesiæ Canonicis pro tempore conferendæ, qui unum ex eis idoneum in Decanum eligant nobis & successoribus nostris Episcopis Leodiensibus, & venerabili nostro Capitulo Leodiensi præsentandum, ac per nos, & successores nostros Episcopos Leodienses pro tempore existentes confirmandum, & ulterius Decano Christianitatis loci pro cura animarum recipienda secundum consuetudinem antiquam præsentandum.

Quomodo Decanus & Capitulum habeant exercere jura Collegialia, statuta condere rationabilia, corrigere &c. ac de exemptione ordinariâ.

III. Cum quo sic electo confirmatoque Decano unum corpus seu Capitulum faciant, statuta canonica & rationabilia condant, & cetera jura Collegialia exerceant, liberique sint & exempti a jurisdictione nostra & Ordinariorum, & de excessibus Canonicorum & aliarum personarum ipsius Ecclesiæ cognoscant, & illos corrigant, quemadmodum Decani & Capitula Collegiatarum Ecclesiarum nostrarum Civitatis & Diœcesis Leodiensis hactenus facere consueverunt & solent, gavisuri libertatibus, exemptionibus, Franchisiis, & privilegiis Collegiatarum Ecclesiarum secundariarum Civitatis & Diœcesis Leodiensis.

De incorporatione Ecclesiarum de Tolnis & Scakerloo ac certarum Capellaniarum cum earundem fructibus & proventibus Collegio dicto.

IV. Et ut eo quietius divina officia in habitu decenti Deo omnipotenti & gloriosæ beatæ Mariæ semper virgini Genitrici ejusdem, prædictæ Ecclesiæ Patronæ, in eadem Ecclesia celebrent & persolvant; & ut præmissa ad effectum uberius deducantur, optavit dictus genitor noster præfatas Ecclesias sive quartas Capellas de Tolnis & de Scakerloo cum eorum fructibus & emolumentis præfatæ Ecclesiæ Collegiatæ perpetuo incorporari ac uniri; quasque idem genitor noster, qui verus Patronus est Ecclesiarum earundem, quantum in eo fuit, præfato Collegio propter hoc incorporavit, & univit, sic quod ipsi Canonici Præbendas suas hujusmodi recipiant de fructibus dictæ Ecclesiæ seu quartæ Capellæ de Tolnis, per dictum Dnum Petrum de Zande ejusdem Ecclesiæ investitum in manus nostri genitoris antedicti veri Patroni propter hoc alias resignatæ, nec non ex fructibus Ecclesiæ memoratæ de Scakerloo, & ex fructibus altarium infrascriptorum, videlicet beatarum Catharinæ & Barbaræ coram sancta Cruce, sancti Spiritus, beatæ Mariæ Confraternitatis, beati Nicolai & beatæ Mariæ in Castro. Ad quos Canonicatus & Præbendas septem personæ idoneæ nominabuntur instituendæ, videlicet D. Petrus Bloc, investitus pro nunc Ecclesiæ de Scakerloo, Magister Henricus Stierbier Rector altaris beatarum Catharinæ & Barbaræ, Johannes filius Andreæ Rector altaris beatæ Mariæ in Castro, Johannes filius Balduwini Rector altaris S. Nicolai, Cornelius Dankardi Rector altaris beatæ Mariæ Confraternitatis, actu Presbyteri, Wilhelmus de Zande, & Cornelius filius Nicolai Stierbier Clerici Leodiensis Diœcesis.

De institutione duorum novorum Canonicatuum & Præbendarum, & earundem primario valore, ac de earundem tempore vacationis præsentatione.

V. Ceterum vero ut honorificentius dictum Collegium fundaretur ad complendum dictum numerum novem Canonicatuum & Præbendarum, idem genitor noster voluit Magistrorum Johannis & Petri infrascriptorum ad hoc accedente consensu, quod residuorum duorum Canonicatuum & Præbendarum ipse Magister Petrus Stierbier unius, & Magister Johannes Yonis de Tolnis Presbyteri de præsenti alterius Canonicatuum & Præbendarum fundatores existant, quarum duarum hujusmodi Præbendarum quælibet ad minus valeat tres libras grossorum, prout in litteris & instrumentis authenticis super fundatione altarium donatione & consensu hujusmodi confectis plenius continetur, qui prædictas Præbendas per ipsos fundatas personaliter, quamdiu vixerint, nisi eisdem liberè cesserint, habebunt & possidebunt; vacantibus autem supra proximè dictis duobus Canonicatibus & Præbendis simul vel successive, dicti Magistri Petrus & ejus successores sive hæredes per ipsum Magistrum Petrum, Magister vero Johannes & ejus successores sive hæredes per ipsum Magistrum Johannem, Canonicatus & Præbendas sic fundatas infra tempus debitum personis idoneis canonicè conferant, seu personas idoneas per dictos Decanum & Capitulum rite recipiendos & admittendos, ad illos præsentent.

Quomodo ad hoc novem Canonicatus & Præbendas fundatis datur authoritas & licentia fundandi quatuor usque ad numerum decimum tertium.

VI. Et ordinavit idem genitor noster, quod quicunque ultra prædictas novem Præbendas volens & affectans in futurum in dicta Ecclesia de Tolnis unam vel plures fundare Canonicatus & Præbendas, quod sibi hoc liceat, de consensu tamen dictorum Decani & Capituli, & quod illius vel illorum usque ad numerum quatuor Canonicatuum & Præbendarum fundator, & ejus successores sive hæredes plenum jus habeant conferendi dictos Canonicatus & Præbendas, aut præsentandi ad eosdem, sicut dicti Magistri Petrus & Johannes fundatores in suis fundatis habebunt Canonicatibus & Præbendis, sic quod totalis numerus Canonicatuum & Præbendarum dicti Collegii possit extendi usque ad tredecim Canonicatus & Præbendas inclusive & non ultra.

De grosso fructibus Præbendarum & Decanatus &c.

VII. Dictas vero Præbendas sic ordinavit idem genitor noster, & voluit ad invicem adæquari, ut fructus dictarum Ecclesiarum de Tolnis & de Scakerloo, qui hactenus investitis & Rectoribus earundem cesserunt, nec non fructus prædictorum altarium, & fructus atque proventus prædictorum Canonicatuum noviter fundatorum seu fundandorum, simul nomine Capituli colligantur, & ex illis primo unum grossum novem Præbendarum Canonicis assignandarum deducatur, quodlibet ad summam duarum librarum grossorum monetæ Hollandiæ, ad quam duntaxat grossum cujuslibet Præbendæ constituatur, & ex grosso Decani ratione Decanatus ultra Præbendam duæ libræ grossorum prædictorum annuatim ordinentur: residuum vero dictorum fructuum cedat ad onera, & ad distributiones residentium Canonicorum, & ad alias Ecclesiæ utilitates, prout Decanus & Capitulum pro tempore ordinabunt, in quibus Decanus præbendali portione contentetur, primis tamen Canonicis de fructibus suorum beneficiorum, quoad vixerint, percipiendis, & super ordine promotorum sua potestate ipsis adinvicem concordandi reservata.

Adhuc de grossis fructibus succedentibus.

VIII. Et si in prima fundatione dictarum Præbendarum valores fuerint inæquales hanc ad æqualitatem reduci cupiens idem genitor noster ordi-

…ilum in Præbendis, & studentium in studio generali sive loco privilegiato &c.

ordinavit, quod post obitum cujuscunque Canonici decedentis, successor ejus in Præbenda pro grosso corporis suæ Præbendæ, seu de grossis fructibus ejusdem, duas libras grossorum duntaxat recipiat, sive levet, nisi studenti uni in studio generali de consensu Decani & Capituli fuerit plus gratiose concessum: cetera vero jura suæ Præbendæ, sive in certis, sive in incertis existant, in communibus distributionibus Decani & Capituli cedant, prout inter se duxerint statuendum.

De obligatione Decani Collegii Tolnensis.

IX. Translatis quidem in dictum Capitulum dictarum Ecclesiarum curis, Decanus prædictus, qui semper erit Canonicus præbendatus, ad perpetuam & personalem residentiam obligetur, curam tam personarum Capituli quam populi Parochianorum dictæ Ecclesiæ de Tolnis gesturus, duplicemque portionem anniversariorum, nec non omnes oblationes in exequiis personarum Capituli cum solo cereo per eum eligendo habiturus; & præterea quod omnia emolumenta Parochialia percipiat, quæ hactenus Curato dictæ Ecclesiæ infra sive extra muros de Tolnis cum stola visitando cedere consueverunt, demptis oblationibus quæ fient ad altare; & quod legata quæ Decano fient, exclusa fraude, Decano cedant, Capitulo autem legata Capitulo cedant: in dubio vero Capitulum præferatur; quodque super his & aliis idem Decanus Capitulo fidelitatem jurare teneatur; eritque etiam idem Decanus obligatus ad executiones Ecclesiasticorum mandatorum, & ad rurale consilium seu generale Capitulum visitandum, & ad Synodum, prout hactenus observatum est; teneatur etiam ad cetera jura & onera Parochialia tam in temporalibus qoam in spiritualibus, quomodocunque hactenus per investitum de Tolnis fieri consueta & debita, & occupatus circa negotia dictæ curæ Parochialis in Ecclesia nil amittat. In festis autem duplicibus Ecclesiæ & majoribus Missas & Matutinas ac utrasque Vesperas faciet, nec non temporibus debitis fontis benedictionem; & in casu impedimenti poterit ad tempus modicum aliquem Canonicum subrogare.

Quod septem sunt Præbendæ sacerdotales, & duæ non sacerdotales.

X. Quodque dictarum novem Præbendarum septem Præbendæ ex dictis Ecclesiis & altaribus decisæ seu fundatæ post decessum primorum Canonicorum sint sacerdotales, nec eædem Præbendæ ministrentur nisi in sacerdotio constitutis, & personaliter residentibus; & quod hi, qui reliquas duas Præbendas noviter fundatas obtinebunt, infuturum teneantur secundum quod eorum ætas patietur, ad omnes sacros Ordines iofra annum se facere promoveri.

De obligatione Curati aut Vice-Curati in Scakerloo.

XI. Præterea ordinavit & consensit idem genitor noster, quantum in eo fuit, quod Dominus Petrus Bloc pronunc investitus Ecclesiæ de Scakerloo, ut præmittitur, incorporatæ sic existens Canonicus præbendatus in dicta Ecclesia de Tolnis per se vel Vicarium idoneum quem deputaverit eidem Ecclesiæ de Scakerloo in cura Parochiali laudabiliter providere teneatur; obligetur etiam ad executiones Ecclesiasticorum mandatorum, & ad rurale consilium seu generale Capitulum Christianitatis visitandum, & ad Synodum, prout hactenus observatum est, ratione ejusdem Ecclesiæ, teneatur etiam ad cetera jura Parochialia quomodolibet hactenus per investitum Ecclesiæ de Scakerloo debita, seu consueta; & his mediantibus idem D^nus Petrus Bloc gaudeat fructibus & proventibus ac emolumentis ex dicta Ecclesia de Scakerloo provenientibus, quamdiu dictam Ecclesiam obtinebit: postquam vero idem D^nus Petrus dictæ Ecclesiæ cesserit, aut decesserit, extunc Decanus & Capitulum providebunt dictæ Ecclesiæ de Scakerloo in cura Parochiali sufficienter per Canonicum vel alium Vicarium idoneum, qui curam animarum populi exercebit, & qui per se vel alium in Ecclesia de Scakerloo ad cotidianam Missam celebrandam, executionem mandatorum faciendam, & ad sanctam Synodum, & ad Capitula seu consilia generalia tenebitur & obligabitur.

De onere septem sacerdotalium Præbendarum.

XII. Præterea Canonici prædictarum septem sacerdotalium Præbendarum sigillatim per hebdomadas cotidiè, festis Decani exceptis, in majori altari summam Missam, & officium hebdomadarii, ac horas canonicas, & de mane extra Chorum in prædictis altaribus successivè per hebdomadas primam Missam observabunt & celebrabunt, & primam Missam sic celebrans nil perdet in Matutinis, dum eam tempore Matutinarum celebraverit; & diebus quibus Missam sic celebraverit, suo altari reputabitur satisfecisse.

De obligatione Rectoris Scholarium & suo salario.

XIII. Rector vero Scholarium omnibus diebus dominicis & celebribus, sive festivis ad Missam & ad alias horas canonicas cum Scholaribus Chorum frequentare tenebitur, ac legere, cantare, ministrare in Choro, prout in aliis Ecclesiis Collegiatis est consuetum; & diebus primatis trium lectionum singulis horis ad Chorum mittet sex Scholares habiles, & cum eis intersit saltem summæ Missæ; & ejus negligentia per Decanum & Capitulum puniatur; & in augmentum sui salarii præsentias & distributiones anniversariorum duplices, dummodo in Choro præsens vel circa Scholares in Scholis instruendos occupatus fuerit, lucrabitur, sicut præsens Capellanus simplicem; & de quolibet Scholari frequentante Scholas habebit, annuatim quatuor grossos communis monetæ ultra solitum salarium juxta dicti oppidi consensum.

Quomodo Decanus & Collegium habeat disponere de Matriculariis & providere, & ad quæ obligantur cum eorum annexis.

XIV. Item Decanus & Capitulum disponent singulis annis de Matriculariis tam in Tolnis quam in Scakerloo & de annexis earundem; & Matricularius in Tolnis tempestivè & distinctè ad omnes horas pulsabit, luminaria Ecclesiæ accendet & extinguet temporibus convenientibus, & tam Capitulo ad horas canonicas quam Decano in jure Parochiali deserviet, & cetera pertinentia exercebit. Similiter Matricularius in Scakerloo in omnibus deserviet Ecclesiæ Parochianis, & populo prout hactenus est consuetum.

Ad quæ obligatur Fabrica, & Provisores ejusdem.

XV. Fabrica quoque Ecclesiæ de Tolnis in officio Parochiali etiam ad Missas & horas Canonicas Capituli in luminaribus, & in quantum suppetunt facultates, in libris & ornamentis & ceteris opportunis providebit; & duobus Magistris fabricæ ad hoc, ut consuetum est, deputatis unus Canonicorum ex parte Capituli adjungetur, qui annuatim in Capitulo computabunt, vocatis ad hoc Baillivo, Burgimagistris, & Scabinis de Tolnis, in quorum præsentia fiat computatio si interesse voluerint; item in exequiis defunctorum una de candelis majoribus ultra solitum pro luminari Ecclesiæ recipietur.

Cui cedent grossi fructus Canonicorum decedentium.

XVI. Canonico vero dictæ Ecclesiæ decedente, grossi fructus Præbendæ primi anni post ejus obitum mortuo cedant, & pro secundo anno sequenti in augmentum Præbendarum convertantur.

De obligatione Capellanorum, & exemptione eorum.

XVII. Capellani vero tam infra Ecclesiam de Tolnis quam extra eandem infra utramque Parochiam beneficiati; & alii imposterum creandi & beneficiandi suberunt jurisdictioni & protectioni ipsorum Decani & Capituli, & ipsam Ecclesiam horasque Canonicas diurnas & nocturnas in eadem tenebuntur frequentare, & participabunt in distributionibus anniversariorum, præsentiarum & aliorum emolumentorum Ecclesiæ communiter obvenientium prout Decanus & Capitulum pro tempore ordinabunt; & quidquid ex fructibus ultra deservituram absentium Canonicorum superfuerit, in utilitatem Ecclesiæ convertetur.

De memoria relinquenda per quemlibet Canonicorum secundariorum.

XVIII. Quilibet etiam Canonicus in vita sua vel in morte memoriam in dicto Collegio relinquere teneatur valoris quinque solidorum grossorum in annuis redditibus singulis annis solvendorum ad minus, primis tamen Canonicis prædictis exceptis, quorum conscientiis hoc committitur, eo quod oneri se primo subjiciunt & labori.

Quomodo quilibet Canonicus in sua receptione & Decanus in sua admissione ad decem Francos obligetur.

XIX. Sane quilibet novus futurus Canonicus, sive via permutationis sive aliàs advenerit, in sua receptione ad Præbendam pro augmento Præbendarum dabit decem Francos de Francia seu valorem eorundem de promptioribus suæ Præbendæ fructibus per eum percipiendis. Nec remissio fieri poterit in præmissis, nec preces nec excusatio aliqua admitti debebunt. Et similiter tenebitur facere Decanus in sua prima receptione ad Decanatum.

De præsentiis & distributionibus cotidianis persolvendis.

XX. Præterea nullus de Collegio nec etiam Decanus de præsentiis aliquid accipiet nisi in Choro præsens fuerit, vel nisi notabili infirmitate detentus, & in oppido resideat, & nisi in negotiis Ecclesiæ de consensu Capituli & ejus ordinatione absens fuerit.

De exemptione Collegii & suppositorum ab assisia potus.

XXI. Et insuper ordinavit idem genitor noster & concessit, quod Decanus & Capitulum sint liberi & exempti de assisia sui potus, quem inter se una cum eorum familia & in suis domibus biberint absque fraude.

Quomodo Capitulum gaudet privilegiis, quibus Ecclesia S. Livini in Zierixzee.

XXII. Et etiam dedit & concessit ipse genitor noster eisdem Decano & Capitulo omnes & singulas libertates, privilegia, prærogativas & jura similia, sicut antecessores ipsius Decano & Capitulo sancti Livini in Zierixzee concesserunt, & ipsos recepit sub sua defensione speciali.

Ad quem, vel ad quos spectant collationes Præbendarum.

XXIII. Collatio quoque & præsentatio dictorum sex Canonicatuum sive Præbendarum spectabit futuris temporibus & dignosceetur pertinere ad ipsum genitorem nostrum & suos successores Dominos temporales territorii sive loci dictarum Parochiarum de Tolnis & de Seakerloo. Sed collatio & præsentatio Canonicatus & Præbendæ decisæ seu fundatæ ex altari beatarum Catharinæ & Barbaræ Virginum & Martyrum coram sanctâ cruce in dicta Ecclesia de Tolnis pertinebit & spectabit, dum vacabunt, ad Magistrum Petrum Stierbier fundatorem & dotatorem ejusdem altaris, ac ad suos hæredes & successores secundum omnem modum & formam, quibus præsentatio dicti altaris ad ipsum Magistrum Petrum & ejus hæredes & successores prius pertinebat, prout in litteris super fundatione hujusmodi altaris confectis plenius continetur. Aliorum vero duorum Canonicatuum sive Præbendarum noviter fundatorum, & aliorum imposterum creandorum collatio sive præsentatio pertinebit & spectabit ad ipsorum fundatores, & ad eorum hæredes & successores, prout superius est expressum.

De Domino Petro de Zande, qui resignavit dictam Ecclesiam de Tolnis.

XXIV. Præmissis apposuit idem genitor noster, quod Dnus Petrus de Zande Præpositus Condacensis prænominatus dictam Ecclesiam de Tolnis ad erectionem & institutionem dicti Collegii, ut præmittitur, purè & simpliciter resignavit, quod quotienscunque ipsum Dnum Petrum ad dictam Ecclesiam de Tolnis, sic in Collegiatam erectam, accedere contigerit, ipse Decanus & Capitulum prædictæ Ecclesiæ de Tolnis eidem Dno Petro ad reverentiam teneantur, & sibi in signum spiritualis fraternitatis manuales præsentias ut suis propriis Canonicis una vice duntaxat largiantur.

De terris anniversariorum vulgariter nuncupatorum Candelaers jaergetyden, oft cleen jaergetyden, ac etiam de terris relictis in subsidium visitationis terræ sanctæ cum cruce.

XXV. Ceterum eidem genitori nostro significatum est, quod dudum quidam Parochiani Ecclesiarum de Tolnis & de Seakerloo utriusque sexus ad sua perpetua anniversaria singulis annis in dictis Ecclesiis facienda nonnullos annuos redditus hæreditarios ad & supra certas terrarum petias & alia bona reliquerunt conditione tali, quod terræ & bona hujusmodi vendi non possint: sed quod post relinquentium obitus cedant proximioribus ipsorum hæredibus. Quidam etiam Parochianorum Ecclesiarum prædictarum certas terras reliquerunt in subsidium visitationis terræ sanctæ cum cruce, tempore communis passagii ad seniorem & proximiorem hæredem ipsorum post eorum decessum successivè devolvendas, quarum possessores hujusmodi tempore generalis passagii visitationis terræ sanctæ cum cruce ipsam terram sanctam Iherosolimitanam visitarent, quæ quidem terræ & cetera bona tam ad anniversaria quam ad visitationem terræ sanctæ relictæ & assignatæ per successum temporis extra gradus consanguinitatis ipsorum relinquentium, ad illos successerunt & pervenerunt, qui penitus ignorant illos a quibus hujusmodi bona primitus relicta sunt & assignata, sic quod cotidiè venduntur & alienantur, & ad alienas manus minus juste & indebitè transferuntur, adeo quod juramenta illicita & obscura ac confusiones quamplurimæ exinde consequuntur in præjudicium dictarum Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum ibidem præbendatarum, & in ipsorum vendentium & alienantium, & injustè possidentium animarum magnum periculum & gravamen. Quapropter prædictus genitor noster volens hujusmodi periculis, confusionibus, & præjudiciis obviare, de hujusmodi terris & aliis bonis ad anniversaria & ad visitationem terræ sanctæ, ut præmissum est, relictis & assignatis disposuit & ordinavit, quantum in eo fuit, quod dictorum bonorum & terrarum veri & legitimi possessores secundum ordinationem ultimæ voluntatis defunctorum, qui hujusmodi terras & bona reliquerunt & assignaverunt, de eisdem terris & bonis onera incumbentia facient & sustinebunt, & eorum anniversaria & memoriam celebrari faciant secundum modum & formam desuper ordinatos inter discretos viros Dnum Petrum de Zande, Baillivum, Burgimagistros & Scabinos dicti oppidi de Tolnis prænominatos, super quibus certæ & publicæ litteræ, ipsorum Dni Petri, Baillivi, & Burgimagistrorum prædictorum sigillis sigillatæ, sunt confectæ, ac etiam ad majorem roborationem litteris præfati nostri genitoris, ejus sigillo sigillatis, dictis litteris Dni Petri, Baillivi, & Burgimagistrorum transfixis confirmatæ. Sed postquam prædictæ terræ & bona modis præmissis sic relicta per dilapsum temporis ita obscura & confusa fierent, quod nullus hujusmodi terras & bona infra annum post decessum ultimi possessoris earundem a De-

a Decano & Capitulo prædictis publicè requireret seu relevaret, & per legale testimonium probaret ac doceret, quod ipse esset senior & proximior hæres illius qui hujusmodi terras & bona primitus modo prædicto dimisit & reliquit, quod ex tunc hujusmodi terræ & bona ad perpetua anniversaria, vel ad visitandum terram sanctam sic assignata & relicta cum omni earum onere pro anniversariis & memoriis faciendis prædicto Capitulo cedere debeant, & ad ipsum devolvi, hoc anno latô, quod de ipsis terris & bonis ad generale passagium marinum, seu ad visitandum terram sanctam relictis fiat registrum speciale; & dummodo hujusmodi passagium marinum generale, seu visitatio terræ sanctæ cum cruce fieret, dictum Capitulum pro subventione dicti passagii ad præfati nostri genitoris & suorum hæredum seu successorum Dominorum territorii prædictarum Parochiarum de Tolnis & de Scakerloo decretum & dictamen certam pecuniæ persolvant summam, & deliberabunt.

Quomodo prædictæ terræ post decessum possessorum infra annum a Capitulo debeant relevari a seniore hærede, & registro inscribi sub omissione earundem, &c.

XXVI. Statuit etiam idem genitor noster & ordinavit, ne prædicta in majorem obscuritatem & confusionem dilabantur, quod quandocunque possessores hujusmodi terræ & bonorum prædictorum ab hac luce decedere contingeret, quod tunc proximior & senior hæres & successor eorundem bonorum & terræ infra annum proximum post hujusmodi ultimi possessoris decessum requireret a Decano & Capitulo hujusmodi terras & bona, ut præmissum est, relicta, & ea relevabit ab eisdem, ac pro qualibet mensura vulgariter dicta *Ghemet*, solvet unum nigrum Turonensem, pro quo in registro seu libro anniversariorum dictæ Ecclesiæ Collegiatæ regratiabitur.

Petitio supplicationis admittendæ.

XXVII. Quibus sic expositis tam pro parte dicti nostri genitoris quam Cleri & populi utriusque sexus præfati loci de Tolnis, & de Scakerloo, nobis exstitit humiliter sopplicatum, quatenus præmissis nostrum consensum & assensum ac auctoritatem impartiri, & ipsa nostra auctoritate secundum omnem formam & tenorem præscriptos laudare, approbare, validare, & confirmare, necnon eadem supplendo omnem defectum de novo facere, io quantum indigent, & ordinare dignaremur.

Domini Leodiensis omnium præmissorum approbatio.

XXVIII. Nos vero considerantes præmissa ad laudem Dei Omnipotentis, beatæ Mariæ semper Virginia genitricis ejusdem, totiusque Curiæ cælestis, & divini cultus augmentum, nec non ad dicti nostri genitoris & suorum subditorum salutem animarum salubriter concepta, precibusque & votis rationabilibus dicti nostri genitoris ac suorum & nostrorum subditorum favorabiliter annuentes, præmissis omnibus & singulis, prout præscribuntur & narrantur, nostros consensum & assensum, & nostram auctoritatem impartimur, ipsaque secundum omnem formam & tenorem prædictos, eâdem auctoritate nostrâ laudamus, approbamus, validamus, & confirmamus, nec non supplendo defectus, si qui sint, præfatam Ecclesiam seu quartam Capellam de Tolnis in Ecclesiam Collegiatam erigimus, ipsasque Ecclesias seu quartas Capellas de Tolnis & de Scakerloo præfatæ Ecclesiæ erectæ Cullegiatæ perpetuo unimus & incorporamus.

Quomodo Capitulum & subditi sint exempti a jurisdictione Dni. Leodiensis, & quomodo gaudeant omnibus privilegiis secundariarum Ecclesiarum Civitatis & Diœcesis Leodiensis.

XXIX. Volentes & concedentes quod eadem erecta Ecclesia supposita & personæ ejusdem nostra auctoritate prædicta liberi sint & exempti a nostra & aliorum Ordinariorum jurisdictione & coërcione, ac etiam quod liberè, pacificè & quiete utantur & gaudeant omnibus & singulis exemptionibus, libertatibus, Privilegiis, & Francisiis, quemadmodum nostrarum Civitatis & Diœcesis Leodiensis secundariæ Ecclesiæ & personæ ac supposita earundem tam conjunctim quam divisim, tam in capite quam in membris, hactenus de antiquis & notoriis observantia & consuetudine gavisæ sunt, utantur & gaudeant, ac uti & gaudere consueverunt. Ceterum volumus etiam, statuimus, concedimus & ordinamus nostra auctoritate prædicta, quod omnia & singula, quemadmodum de verbo ad verbum præscribuntur, perpetuæ firmitatis robur obtineant, ac in perpetuum futuris temporibus valeant, & effectualiter observentur, requirentes & exhortantes venerabile Capitulum nostrum Leodiense, ac Archidiaconum & Decanum Christianitatis dicti loci de Tolnis & de Scakerloo, quatenus eorum consensum & assensum singulis præmissorum, quantum ad eos spectat & opus fuerit, velint adhibere.

Sequitur confirmatio Capituli Leodiensis, Archidiaconi Campiniæ, & Decanis Christianitatis.

Confirmatio Capituli Leodiensis, Archidiaconi Campiniæ, & Decani Christianitatis.

XXX. Et nos Capitulum Leodiense, Ludovicus de Flisco Archidiaconus Campiniæ in Ecclesia Leodiensi, Walterus Back Decanus Christianitatis Consilii Bekensis dicti Archidiaconatus, dictis requisitioni, exhortationi canonicis & jussis annuentes, erectioni dictæ Ecclesiæ seu Quartæ Capellæ de Tolnis in Ecclesiam collegiatam, & ejusdem Ecclesiæ de Tolnis, ac Ecclesiæ seu Quartæ Capellæ de Scakerloo unioni & incorporationi ac ipsius Ecclesiæ Collegiatæ, & personarum ejusdem exemptioni, omnibusque & singulis aliis propterea factis & ordinatis, de quibus supra fit mentio, nostros præbuimus & adhibuimus, ac per præsentes præbemus, adhibemus ac impartimur consensum, auctoritatem pariter & assensum: & easdem erectionem, unionem, incorporationem & exemptionem, ac omnia & singula prænarrata, quantum in nobis est, & ad nos communiter vel divisim spectat, ratificamus, approbamus, confirmamus, & emologamus, ipsamque Collegiatam Ecclesiam, supposita, & personas ejusdem, a nostra & cujoslibet nostrum jurisdictione correctione, & coërcione eximimus, exempta esse volumus, juxta modum & formam prænarratos. In quorum omnium testimonium, veritatem & munimen Nos Johannes de Bavariâ Electus Leodiensis, Albertus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Frisiæ, Capitulum Leodiense, Archidiaconus & Decanus supradicti, præsentes litteras sigillorum nostrorum ad causas appensione roborari fecimus & muniri sub Anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, mensis Octobris die quarta.

Decani hujus Ecclesiæ primi,

Decanorum series.

I. Mr. PETRUS STIERBIER.

II. Mr. JOANNES YONIS, Sacr. Theol. Professor, *qui non obiit Decanus, sed ob suæ scientiæ excellentiam atque non modicam prudentiam creatus est in Canonicum S. Lamberti Leodiens. ubi residentiam fecit, & Anno trigesimo tertio decima sexta Nov. vitam finivit, & ibidem in ambitu sepultus suum antetactum resignavit in manibus Vice-Decani & Capituli hujus Ecclesiæ Toluensis Decanat.*

III.

III. D^nus WILHELMUS, filius Petri.

IV. M^r. PETRUS FRERE, electus Anno trigesimo nono.

V. M^r. CORNELIUS YONIS, electus Anno quadragesimo tertio: *& hic habuit coelectam, sed obtinuit per sententiam arbitralem Decani, & Capituli aggeris S. Martini.*

VI. M^r. WOLFARDUS, filius Nicolai, in Decret. Baccalaureus.

Et hi omnes per viam fuerant electi scrutinii.

Hic Anno Domini 1495. *in Julio, ipso die Jacobi Apostoli infra undecimam & duodec. horas, videl. circa meridiem, diem suum clausit extremam.*

Sed paucis diebus post mortem ejusdem Wolfardi,

VII. Decanus, M^r. JOANNES BREYEL, Artium Magister, & in Decretis Baccalaureus, *de bono ac magno genere oppidi de Tolnis oriundus,* &c. *Vir*, ut ajunt, *spiritus Sathanæ*; de qua cum orta esset controversia, canonico dein ordine electus ac confirmatus fuit.

Decani hi, Ecclesiæ Tolnensis erant Curati.

Decanus Collegii hujus, ut ex tabulis M. S. colligere est, simul Parochialis & Collegiatæ Tolnensis Ecclesiæ Curatus erat.

Ecclesiæ ejus jura antiqua.

Ecclesia Tolana hoc singulari, ex *Annalibus* Smallegangi, gaudebat privilegio, ut nemo ex patria ad tribunal Episcopi Leodiensis evocari posset, quodque tribunal Tolensium, supremum esset eorundem altare.

Ultrajectinæ Sedi per nov. Episc. erectionem subdita fuit.

Post novarum Sedium erectionem Ecclesia Tolensis Leodiensi substracta, & Ultrajectinæ Sedi subjecta est.

Præter jam recensitos Canonicos, quorum aliqui Tolnenses, & hi patriam suam nobilitarunt,

Clari ejus Viri, ac Scriptores; Franc. Tolensis,

* FRANCISCUS TOLENSIS, cognomento *Pistorius*, sive *Artopæus* (vulgò de *Backer*) natus in Tolâ Zelandiæ Insulâ, Canonicus fuit Regularis Augustiniani Ordinis, & Supprior, ut vocant, in monte S. Agnetis, apud Swollam Trans-Isalaniæ oppidum: jussus inde migrare cum reliquis, Anno 1570. Varia scripsit (quæ in sui Ordinis Cœnobio Lovanii ad S. Martinum leguntur) quorum ordinem vide apud Val. Andr. *in Bibliothecâ Belgicâ.*

& Petr. a Rezen.

† PETRUS A REZEN, Tolâ, Zelandiæ oppido (quod ipse Telonium Zelandiæ vocat) oriundus. Scripsit *Descriptionem veteris Zelandiæ, qualis An.* 600. *fuit*, a *M. Zuerio Boxhornio*, cum *Chronico Reigersbergiano*, editam.

SCHAKERLOO,

Schakerloensis pagi *Capella*,

Territorii Tolensis Dominium vetus, modò vicus exiguus, Tolâ, cui jam subest, vix medio milliari dissitus; ubi *quarta Capella*, Tolensi Ecclesiæ per institutum Tolæ Canonicorum Collegium, ut jam vidimus, unita.

Vicariæ,

In ea præter summum altare, duo insuper altaria, atque in his binis duæ fundatæ Vicariæ;
Vicaria sc. *B. Mariæ Confraternitatis*, &
Vicaria S. *Nicolai*.

Collator, Rector, Capellani,

Rector tamen huic Ecclesiæ proprius mansit. Rectorem Ecclesiæ designabat loci Dominus.

Extra Rectorem hunc, duo ad singula Altaria Capellani.

ordo ipsis præscriptus.

Cum hi ad alia *se divertendo*, *negligentius* agerent, modus hic celebrandi missas per Decanum & Capitulum Tolense præscriptus est:

* *Valerius Andr. in Bibl. Belg. & alii.*

† *Idem.*

Modus celebrandi missas in Seakerloo datus per Dominos de Capitulo Tolnensi.

Decanus & Capitulum Ecclesiæ B. Mariæ in Tolnis Leodiensis Diœcesis dilecto nostro Confratri D^no Petro Bloc Rectori Ecclesiæ de Scakerloo, dicto nostro Collegio incorporatæ, aliisque Presbyteris, Capellanis in eadem Præbendatis salutem in Domino. Licet virtute litterarum erectionis dictæ nostræ Ecclesiæ de Tolnis Rector prædictæ Ecclesiæ de Scakerloo per se & Capellanos in eadem Ecclesia præbendatos perpetuis temporibus ad cotidianam missam obligabitur observandum; nihilominus tamen in communi nostro Capitulo nobis significatum existit, quod vos Rector & Capellani Ecclesiæ de Scakerloo præmissa vera fuisse & esse scientes nescitur, quo spiritu ducti volentes & satagentes tanquam inobedientes temeritate propria hujusmodi laudabile statutum in prædicti nostri Collegii erectione ad divini cultus augmentum, & Christi fidelium devotionem salubriter conceptum infringere, dictam missam cotidianam in prælibata Ecclesia de Scakerloo singulis diebus celebrare vos ad alia divertendo neglexeritis, maxime propter hoc quod vobis & vestrum cuilibet singulariter certi dies & specifici non sunt assignati in qualibet hebdomada, quibus prædictam missam cotidianam inter vos vicissim celebrare debeatis; unde inter vos discordia exorta esset & dissensio minus justè & indebitè in nostri Collegii & dictæ Ecclesiæ de Scakerloo præjudicium, damnum, & non modicum gravamen, cum per hoc tam devotio Christi fidelium diminuitur ibidem, quam divinus cultus enervatur, etiam nostri Collegii litteræ erectionis infringi videantur. Quapropter cum præmissa amplius de cetero sufferre nolimus, & justè non possumus, sed de remedio opportuno providere volentes vobis & vestrum cuilibet singulariter in virtute sanctæ obedientiæ tenore præsentium committimus, præcipimus & mandamus, quatenus de cetero singulis diebus in qualibet hebdomada in dicta Ecclesia de Seakerloo talem modum celebrandi dictam cotidianam missam subscriptum servetis & teneatis, quem in communi nostro Capitulo duximus ordinandum, videlicet quod Rector dictæ Ecclesiæ ad tres missas in qualibet hebdomada in dicta Ecclesia celebrandas per se vel alium sacerdotem idoneum nobis præsentatum, & per nos admissum in summo altari infra Chorum tribus diebus, videlicet Dominicâ, Feria quintâ, & sextâ sequentibus in eadem hebdomadâ obligabitur. Et Rector sive Capellanus altaris beatæ Mariæ annexi matriculariæ ad tres missas in qualibet hebdomadâ in suo altari per se vel alium idoneum Presbyterum nobis præsentatum & per nos admissum tribus diebus, videlicet Feriis secundâ, tertiâ & quartâ, continuis in eadem hebdomadâ obligabitur. Rector sive Capellanus altaris B. Nicolai ibidem ad unam missam in qualibet hebdomadâ, scilicet in Sabbatho celebrandam tenebitur in suo altari, salvo tamen onere majori tam in missis, quam in aliis, si quod est ad dictum altare B. Nicolai assignatum, dum super hoc nobis certa fides per ejus dotationem vel alias ritè facta fuerit; & in casu quo dictis diebus ipsis Capellanis & dictorum altarium Rectoribus prædictis pro dictis missis celebrandis festa celebria evenire contingat, tunc in hujusmodi festis celebribus dictus Rector per se vel suum Capellanum, ut præmissum est, duas missas ultra Dominicam in illa hebdomadâ sibi competentem celebrare tenebitur; & reliquas missas

sis Capellani sive Rectores dictorum altarium per se vel Presbyteros idoneos, ut præmissum est, aliis diebus feriatis celebrare teneantur, sic quod primi dies feriati in qualibet hebdomada, hujusmodi festis exceptis, competant Capellano sive Rectori altaris Beatæ Mariæ annexi matriculariæ, & ultima dies feriata Capellano sive Rectori altaris B. Nicolai ibidem. Si vero in aliqua hebdomada plura festa celebria eveniant, quam in eadem hebdomada Rectori dictæ Ecclesiæ de Scakerloo dies ad celebrandum competunt, & sunt assignati, tunc in hujusmodi festis ultra festa dicto Rectori Ecclesiæ competentia & assignata resultantibus Rector altaris B. Mariæ annexi matriculariæ Missas celebrare obligabitur, in quantum se ad tres Missas sibi, ut præmissum est, assignatas extendunt, servatâ tamen Rectori altaris B. Nicolai die sibi superius assignata, si celebre non fuerit: sed si hac die festum celebre evenerit alia die non feriata, non celebri ultimo in illa hebdomada vacante, suam Missam observare teneatur. Insuper vobis & cuilibet vestrum singulariter injungimus sub pœnis suspensionis a divinis & excommunicationis, & sub pœna amissionis fructuum beneficiorum vestrorum in dicta Ecclesia, vobis & cuilibet vestrum pro illo anno currenti competentium, Collegio nostro de Tolnis prædicto applicandorum, si commissa fuerit, quatenus de cætero juxta ordinationem litterarum erectionis dictæ Ecclesiæ nostræ Collegiatæ, & modum præmissum per nos ordinatum cotidianam Missam observetis, & absque intercisione continuetis, donec modum prædictum sic per nos ordinatum inposterum in melius duxerimus mutandum. Datum nostro sub sigillo anno a Nativitate Domini millesimo, quadringentesimo, quinto, Mensis Augusti die sexta.

L O D A,

Loda, a *Schaker-lo*, diversa,

Locus *Tolæ* vicinus, *Ter Lode*, id est, ad *Lodam*, a Stokio [a] dictus, ubi Tolani a Joannis II. milite Anno 1013. concisi, ab Altingio [b] perperam pro *Schaker-lo* venditatus.

ejusque Ecclesiæ matrix.

Distincta hæc loca convincit Charta apud Dordracum Anno 1230. sub his testibus signata, *Theodorico de Teiling*, *Willelmo de Streyene*, *Willelmo Melendinario Teilinghe* & *Simone de Riswyck*, qua Ecclesia de *Loden* (*Roden* a Smallegango [c] litterâ immutatâ per abusum posita) *Florentio Holl. Comiti terram de Schakerlo in Emphyteusim tradit, sub onere quadrilibris annuis, recipiendi a Schaker-loensi Ecclesiâ*

Ex quo & conjici datur *Lodensem* hanc Ecclesiam *Schaker-loensis*, ubi tantum *quarta Capella*, fuisse matricem.

Verius existimem *Ter Lode* idem esse cum *Lodick*, veteri cum arce dominio, uno ferè a Tola milliari.

A G G E R S. M A R T I N I,

Vulgò

S. M A R T E N S D Y C K,

Aggeris S. Martini Ecclesia,

Zelandiæ municipium, ex illustri Borsaliorum arce duabus cincta fossis, ortum habens, Ecclesiam habuit S. Martino Turonum Episcopo nuncupatam; in qua Florentius Borsalus, ejus tunc loci Dominus ejusque conjux [a] Anna Bergopzomensis Anno 1400. Canonicorum Collegium fundarunt, præbendis aliquot Anno 1450. auctum per *Fredericum Borsalum*.

Divus Tut. Collatores, Canonicorum Collegium,

Ecclesiæ hujus Rectorem designabat Decanus & Cap. S. Salvatoris Ultrajecti.

Municipii dominium ex Borsalis longâ serie tandem ad Wilhelmum Nassovium ejusque stirpem devolutum.

Dynastæ,

[b] Municipio adjacet Gerontotrophium, hodiè vulgo *'t Kapoenhuys* appellatum, a Francisco Borsalo institutum ac ditatum censu commodo, ex quo XII. senes cum Sacellano ac ancilla sustententur. Ut ædibus his magis prodesset Sixtus Rom. Pont. ejus nominis IV. diserto Diplomate binas per annum Indulgentias largitus est iis omnibus, qui in profesto D. Martini aliqua Gerontotrophio illi munera aut subsidia conferret; "quæ religio hodié-dum, ex ipsius "[c] Smallegangi relatione perdurat & toleratur; "cum Gerontotrophii Rectores, inquit, post-"ridie noctis ejus pecuniam ex agnis, porcellis, "anseribus gallinisque constantem, adauctam com-"periant."

atque Gerontotrophium, largis indulgentiis pridem ditatum,

S T R E Y A,

A Wilhelmo Comite, Anno 1307. Balduino de *Yerseke*, Equiti, donata, in veterem hodiè & novam *Streyam* divisa, adversus Schaker-loam & Poortvlietam sita, a Dna *Cornelia van Streyen*, devoluta est ad *Jacobum Wtenkelmannum*.

Streya, vetus & nova, ac Dynastæ.

P O O R T V L I E T,

Territorii Tolensis, & non Bevelandiæ Australis, vicus amplus, oppiduli instar, & insignis, Zelandiæ feudum M. P. III. a Tola Zelandiæ in occasum hibernum. Ibi olim munitissima arx fuit Poortvlietana Dynastarum Vorhensium, a Florentio, Wilhelmi I. fratre, destructa Anno 1204. narrante Stokio in *Ada*, undè nomen vico remanet.

Poortvlieta, arx, Dynastæ,

Parochialis ejus Ecclesia a Pastore & Sacellano administrari solita.

Parochia,

In Parochiali Ecclesia *Vicaria*, seu *Officium fuit S. Judoci*, quod vacans per obitum Dni *Hugonis Brydel*, jure devoluto impetravit D. *Henricus Weerdt*, 21. Jan. Ann 1570.

Vicariæ, Possessores;

In ea & *Vicaria ad altare B. Mariæ Virginis*, quam vacantem per mortem Dni *Marini Petri*, jure devoluto obtinuit D. ac Mr. *Antonius Stoops*, Sacellanus in Poortvliet, 5. Febr. Anno 1573.

Originem vico debet

ANTONIUS GUILIELMI A POORTVLIET, Zelandus, ex Tolensi insula, S. T. B. Regens Pædagogii Castrensis, & Canonicus secundæ fundationis in Ecclesia D. *Petri*, fundator duarum in Pædagogio Castri, & quatuor bursarum in Minori Collegio Lovanii. Obiit Anno 1514. Kal. Octobris. Ex *Fast. Acad.* Valerii Andr.

vir eruditus ac religiosus inde ortus.

S C E R P E N I S S A,

Tolensis territorii pagus, cujus Ecclesiæ pridem Collatores erant Decanus & Capitulum Eccl Traj.

Scherpenissa, Eccl. Collatores,

a in Joanne II.
b *Alting Not. Germ. part.* 2. *p.* 116.
c *Smalleg. Ann. Zel. pag.* 746.

a Reigersbergius in *Zel. Chron.* pag. 58. uxorem Florentii *Margaretam* vocat.
Relat Jac. Eyb & Miræus de Canon. Coll.
b *Smalleg.* 1. *part. l.* 5. *p.* 617. c ibid.

Frederici Nassovii, Aurangiæ Principis, olim erat dominium.

Ad Portvlietam & Scherpenissam olim arx sita, modò collapsa.

WESTKERCKA,

Westkercka pagus,

Ejusdem territorii pagus, alter ab ejus nominis pago apud Bevelandos, ubi arx Westkerkana in colle exstructa, Werviorum olim, sicut & pagus, dominium, quo prænobilis Dnus *Theodoricus Wervius*, ex tabulis Anni 1617. 19. Maji investitus; deinde, uti & Scherpenissa, in alios Dynastas translatum.

arx & Dynastæ,

VOSMEER,

Vosmeer, dominium vetus ac novum: ejus Capella in Parochiam evecta,

Amplissimum Tolæ ad Boream, in vetus & novum distinctum dominium juxta amnem *Erudrechtium*; cujus pars prior in Tolnensi, altera ultra dictum amnem in Brabantino sita est solo.

Capellam ibi sub Ann. 1452. instituit *Ægidius a Wissekerka*, J. V. Doctor, de quo sub *Wissekerka* fuit mentio. In Parochiam ea evecta, Tolnensi Capitulo unita, diruta, & postmodum restituta.

Venerabilis Dnus *Petrus Henrici Block*, Vice-Decanus Capituli Tholnensis, 26 Maji Anno 1565. Tolnæ mortuus & in summo Choro Collegiatæ D. Virginis Ecclesiæ sepultus perpetuum anniversarium fundavit in Ecclesia de *Vossemaer* per exequendi testamenti Curatores adauctum, juxtà hasce Tabulas, quæ leges fundat præscribunt:

fundatio,

CONDT en kennelick sy eenen yeghelyk by dese onse opene brieven, dat voir ons Vice-Deceken ende andere Capitularen van onse Vrouwen Collegiale Kereke binne de Stadt van der Tholen, op huden datum van desen binnen onsen Capittel-huyse gheeompareert sijn D'eerweerdighe Heere, Heer en Mr. *Jan Paschasius*, onse mede-broeder, ende Heer *Joh. Pietersz.* als Executeuren van Salighen Heer *Pieter Henricsz. Block* testament ende uyterste wille, verclarende van meeninghe te wesen nyet alleenlyk ter executien te stellen ende te volbrenghen 't ghene dat by den testateur voirsz. expresselyk gefundeert ende gedoteert is, mer oic tselve uyt het residuo te augmenteren ende te verbeteren, volgende d'autoriteyt ende macht huoluyden by den voirsz testamente ende dessels codicille gegheven: Soe eist, Dat sy luyden aenmerekende de raseringhe ende plunderinghe vande Prochie Kerke der heerlicheyt van *Vossemaer* boven die neht ponden groten Vlaems, eens by den testateur voirsz der selver Kereken gelegateert, met last van een euwich jaergetye van drie lessen ende enighe andere dyergelyeke diensten tot syner zielen salicheyt daer op geseth, noch uyt het residun gegunnen ende geaddeert hebben, ende mits desen gunnen ende adderen ten prouffijte vande voirsz. Kercke van *Vossemaer* den *Capittele* alhyer *geincorporeert* acht gelyeke ponden eens, of thien scellingen tsiaers goeder renten daer voiren; op conditie dat het jaergetye van drie lessen by den testateur voirsz. gesondeert zal moeten wesen van neghen lessen ende daer voiren betalen als hyer naer volcht. Op conditie oie dat de Heeren ende Heerschappen der heerlicheyt voirsz. sullen gedooghen ende toelaten, ende daer af onsen Capittelen alhyer sehristelyk bescheet doen, dat het vierendeel van de Vroomen ontrent vysthien gemeten binnen hunne heerlicheyt van *Vossemaer* geleghen, ende by Heer *Pieter Henricsz.* fundateur voirsz. eertyts van Myn Heere van *Terlonge* geeost, sal geaffecteert ende euwelyk belast blysven met sommige gheestelyke lasten ende diensten die men binnen onse Collegiale Kereke vander Tholen doen sal: Als te wethen van een jaergetye ende zekere wittebrooden den Priesteren ende suppoosten van 't Capittel drie wersven tsiaers op alle Ste Pieters daeghen te gheven, waer af oic de Dienaren vande Kereke in *Vossemaer*, als wesende suppoosten van 't Capittel, alhyer genieten ende gauderen moeten, mitsgaders oic dat de reste ende surplus datter noch veroveren sal van het jaerlix incommen ende pachten van 't voirsz. vierendeel gheemployeert mach werden ten prouffyte van eenen goeden ende bequamen Predicant, die altyts tSondaechs ende tsHeyliehdaechs sal Catechismum ende der Christelyeker Religien fundamenten ende hoofstukken binnen onse Collegiale Kereke ter Tholen predicken zal, soe wel voir d'Ingesetene van *Vossemaer* als vander Tholen, hopende daer omme te meerder Heerschappen voirsz. consent in 't ghundt voirsz staet te obtineren ende contrarie voirboden, ordonnantien ofte statuyten, (indyen daer enighe syn) by expresse te derogeren, ende daer aff onsen Capittele bescheyt te gheven, d'welck gedaen zynde, ende anders oic nyet, zal de Kereke van *Vossemaer* de voirsz. geaddeerde acht ponden eens, oft thien scellingen tsiaers daer voiren ontfanghen ende opbeuren; salvo sullen oic de voirsz Heerschappen ende die van 't Ghereehte ende Kerckmeesters van *Vossemaer* gehouden wesen de Kereke ende alle haer gooden te verobligeren ten euwighen daeghe altyts inde Meymaent (in de welcke fondatur gestorven is) alst alderbest te pas commen sal, een jaergetye te doene van neghen lessen binnen de Kereke van *Vossemaer* voir den fundateur voirsz., mits doende nic bidden alle Sondaeghen naer tSermoon ten euwighen daeghe voir dessels ziele, ende publieerende mede tjaergetyde voirsz. alst in de weecke daer aen gedaen zal werden; betalende in als den Vice-pastoir van *Vossemaer* soe van tjaergetyde voirsz te doen ende te publicheren, als oic van 't voirsz euwich Sondaechs gebeth, vier scellingen groten Vlaems, met noch twee ponden wasch tot offerlichten oic tsijnen prouffyte, ende vier ponden wasch tot twee groote kersen, die ten daeghe van tjaergetyde oic sullen moeten ontsteken worden, mits blyvende d'overschot van desen ten prouffyte vande Kercke in *Vossemaer*; noch zal de Kercke den Coster van 't voirsz jaergetye te doen publicheren ende te helpen singhen, ende een goede ponze met al de clocken op ten daeh van tselve jaergetye te luyen, ende de Misse te dienen indien hy Priester is, moeten betalen sestien groten, ende den Capellaen soe verre daer een resideert twaelf groten, mits oic te moeten hulpen singhen het voirsz jaergetyde ende de Misse van tselve te dienen. Ende soe wat boven 't ghunde voirsz. staet, van het jaerlix incommen vande voirsz xx. scellingen tsiaers veroveren zal, dat zal ten prouffyte van de Kercke van *Vossemaer* wesen. Ende ten eynde de voirsz fundatie te bath moechte in vigeur blyven ende altyts onderhouwen werdden, soe hebben d'Executeuren voirsz ons Vice-Deceken ende andere Capitularen voirsz gebeden dese opene brieven daer af te willen doen maecken, ende de selve by onsen gesworen Clercq ende Notaris te doen onderteeckenen, gelyck de zelve oic by d'Executeuren voirn. onderteeckent zyn, desen vierden Septembris, int jaer 1576.

Præ-

fanum, Præſtans illic modò Fanum eum præcelſa turri.

Wilhelmus Bavarus, Holl. ae Zel. Comes tractum iſtum Anno 1414. aggeribus muniendum concesſit, Dno *Joanni Bielenſi* notho, Dno *Gerardo van der Zyl*, aliiſque, qui ei a conſiliis erant, juxta Chartam ſequentem, Decani & Collegii D. Mariæ apud Hagam Comitis teſtimonio roboratam;

Wilhelmi Holl. ac Zel. Comitis, a Colleg. Eccl. Hagæ Decano confirmata, Conceſſio.

WY Deken ende Capittel van Sinte Marien in den Haege, doen kond ende kennelijk allen luiden, dat wy geſien, gehoort en overgeleſen hebben eenen uithangenden brief gants gave, ongeraſeert ende ongecancelleert, wel bezegelt mit zegele des Hooggeboren Vorſten ons genadig Heeren van Holland, ſprekende van woorde te woorde gelyk ende in alle manieren als hier na geſchreven ſtaet: *Willem*, by der Genaden Goids Palenſgrave op ten Rhyn, Hertoge in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Holland, van Zeeland, ende Heere van Vriesland, Doen kondt ende kennelijk allen luiden, dat wy omme menigen trouwen dienſte wille, die onſe getrouwe Raide ende Vriende alſe Heere *Jan de Baſtairt van Bloys*; Heere *Gerrit vanden Zijl*; *Helmich van Doernick*; *Pieter van Bollant*; *Jan Heerman*, ende *Lourens van Overveſt*, Onſen Lieven Heere ende Saliger Gedachten, ende ons, tot veel tyden gedaen hebben, ende oft God wil noch doen ſeilen; ende ook mede overmits dat ſy hoere Land van Voſmaer dat ſy mit hoere medegeſellen tegens ons gekoebt ende bedijkt hebben tot eenen Korenlande, te bet ende te ſekere ſullen moegen houden, bedijcken, bewaren tot eeuwigen dagen hunluyden ende alle den genen, die in den Lande van Voſſemaer mit hun in der Heerlijkheit deilen ende geambocht zijn, verkocht hebben ende verkoepen mit deſen brieve, alle ſuleke gorſſe, ſchorre, ſlikland ende anwerp, mit allen heuren Heerlijkheden, Rechten ende toebehooren als gelegen zijn binnen den Marcken hier nae geſchreven, dats te weten, 't water van Voſvliet neffens den Lande van den Broeck ende den uitgorſſen daer aen gelegen van daer in Marlo, van Marlo in Grevenngen, van Greveningen in Greve, van Greven in Stryen, van Stryen die vlieten langes in die Veneringſche vaert, van daer in Vertoiſen vaert, ende dan voorts voor Hozertshilie, ſtrekkende langes den diepten van Heendreeht totten Noortkeeten toe van der Thollen, ende alſoe voort omme langes die Vryhede van Voſſemaer: Welke gorſſe, ſchorre, ſliklandt, ende anwerp, onſe getrouwe Raede ende vriende voorſchreven, ende alle die gene, die in den Lande van Voſſemaer mit hun geambocht zijn, onderlingen hebben ende gebruiken ſullen, ende elks van hun ſijn andeel daer af na der groote en beloop dat hy op deſe tijt daer inne geambocht is, tot hoeren vryen wille, prouffijt ende oirboor mitten Heerlijkheden, Rechten, Thienden, Viſſcheryen, Vogeleryen, Moeren-brandt, ende dat den Moerdijkſchen rechten toebehoort, ende mit allen anderen nutſchippen ende prouffijten die daer toe behooren moegen, ende die van Ons te Leen houden mitten Heerlijkheden ende Ambochten van Voſſemaer, tot ſulken recht ende Leen, als ſy die ſelve Heerlijkhede ende Ambochten van Ons houdende zijn, ende anders in alre maeten als heur brieven ende Hanſtveſten, die ſy daer of ende van den Lande van Voſſemaer van Ons hebben, inhouden; Behoudelijk, dat ſy ende hoere nakomelingen tot alre tijt als hun des genuegen ſal, uitgeven ende verkoopen moegen, oft ſelve orbaeren ende gebruiken nae hoeren wille ende goetduncken, alle ſulke moeren, oft een deel daer of, als binnen den voorſchreven Marcken gelegen zijn, die tot Moerdijcken te bedijcken ende uit te moeren, oft ſonder Moerdijcken mit opdraehten oft anders uit te moeren mitten brande ende alle dat den Moerdijckſchen rechte toebehoort, ſonder ons oft onſen naekomelingen, of iemant van onſer wegen hun des in eenigerwijs te bewinden: waer ook dat ſaecke, dat ſy of hoir naekomelingen tot eeniger tijt binnen den voorſchreven Marcken eenige Korenlande bedijkte oft uitgaeven te bedijcken, ſoo ſouden ſy die Landen en Erven daer en binnen gelegen, hebben, houden ende gebruyken als ander hoer vry eygen goet, mit allen reehten ende vryheden ende anders in alle manieren als de voorſchreven handveſten ende brieve, die ſy van den Lande van Voſmaer van Ons bezegelt hebben, innehouden ende begrypen. Ende hier voor hebben wy ontfaen in ons ſelfs hande ſoo veel dats ons wail genueht, ende ſcheldenſe daer of quyt. Ende omme dat wy alle deſe vonrſchreven poincten ende elk byſonder geloeft hebben ende geloven mit deſen brieve voor Ons ende voor Onſen nakomelingen onſen getrouwen Raede ende Vrienden voorſchreven ende heuren mededeelers, die mit hun in den Lande van Voſſemaer geambocht zijnde, ende allen hoeren naekomelingen vaſte, geſtade, ende onverbroecken te houden ende te doen houden ten eeuwigen dagen, ſoo hebben wy deſen brieve open doen bezegelen mit Onſen Zegele hier aen gehangen, welker brieve ſes zijn, van woorde te woorde gelijk ſprekende, daer elck ſeſtendeel een of heeft, alſoo dat Land van Voſſemaer mitter eerſten by ſes deelen gedijekt word. Gegeven in den Haege op ten negenſten dach in Februario in 't jaer ons Heeren duiſent vier-hondert ende veertien, nae den loop van onſen Hove: Ende want wy Deken ende Capittel voorgenoemt, deſen voorſchreven brieve hebben geſien ende gehoort in der manieren als voorſchreven ſtaet, ſoo hebben wy onſen Zegele des te getuigen aen deſen brieve gehangen, op ten eerſten dach in Maerte in 't jaer ons Heeren, duiſent vier-hondert ende vyftien.

Dominium utriuſque *Voſmeer* dudùm fuit penes Dnum *Joannem Hieronymum Huyſſen*, Equitem, Conſulem Middelburgenſem, &c. Arx, Domini ac poſſeſſores.

Arx ſub veteri Voſmeer, *het Hof te Voſmeer* nominata, turriculâ ornata, pertinet ad *Franciſcum Leideckerum*.

APPENDIX AD ZELANDIAM.

ADDENDA ad *Abbates Middelburgenses* p. 8.

INTER Abbates hos, extra Catalogum repertum in D. Michaelis Antv. Abbatia atque extra eum quem dedit Boxhornius, ex Rom. Pontificum Diplomatibus reccosuimus

PETRUM DE DAMME.

Eugenius Pontifex Max. Abbati huic commisit lites inter *Wilhelmum Simonis de Mathenes*, & Comitem Egmundanum componendas, conscientiâ ejusdem Abbatis desuper oneratâ per sequens Aoni 1437. Diploma:

EUGENIUS, Episcopus Servus servorum Dei, dilecto filio Abbati Monasterii Middelburgensis Trajectensis Diœcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad exequendum Pastoralis officii debitum, studiis intendentes assiduis circa Monasteriorum aliorumque piorum locorum, & eorundem, nec non & aliarum nobis & Apostolicæ Sedi devotarum personarum statum salubriter dirigendum nostræ considerationis aciem solerter extendimus, & per quæ possit illorum dispendiis obviari, statusque reddatur tranquillus, ipsa media libenter amplectimur, & ea quæ propterea gesta comperimus, ut potioribus fulciantur adminiculis, dum a nobis petitur, Apostolico disponimus munimine roborari. Sane pro parte dilectorum virorum Abbatis & Conventus Monasterii S. Adalberti, loci ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, ac Nobilis viri *Johannis de Egmunda*, Militis Trajectensis Diœcesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipsi frequenti libramine recensentes, quod inter Abbatem & Conventum prædictos ac suos inibi prædecessores ex una, nec noo Militem præfatum & ejus progenitores ex altera partibus super dominio temporali ac territorio dicti loci, nec non quibusdam aliis terris, bonis, libertatibus, superioritatibus, subjectionibus, servitutibus, juribus atque rebus, & eorum occasione multis annorom curriculis gravissimæ dissensiones & discordiæ viguerunt, & propterea partes ipsæ, dictumque Monasterium, quod a dilecti filii nobilia viri *Philippi*, Ducis Burgundiæ, progenitoribus Hollandiæ Comitibus solenniter dotatum fuerat, damna plurima pertulerant, & nisi desuper cæteris acceptaretur via provisionis, ipsum Monasterium magnæ desolationis periculo subjaceret, ac Abbas & Conventus, nec non Miles, prædicti dissensionibus & discordiis hujusmodi finem quærentes imponi super præmissis omnibua, in eundem Ducem sub certa forma compromittere curarunt, & per se vel alium desuper ubicunque locorum de alto & basso, nec non in toto & parte stando, vel sedendo, & juris ordine prætermisso, sententiandi, arbitrandi, & laudandi concedentes potestatem, & permittentes, ipsius inde sententiam arbitralem sive laudum hujusmodi renunciarunt. Postmodum vero prædictus Dux ipso compromisso in se sponte suscepto arbitralem super his in earundem tunc præsentia partium sententiam promulgavit, quam Abbas, Conventus, & Miles prædicti &c. suis inde sigillis appensis efficaciter approbarunt, & quæ in utilitatem dicti Monasterii cedere dinoscitur evidentem. Quare pro parte Abbatis, & Conventus, ac Militis eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, ut hujusmodi sententiæ pro illius subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis certam notitiam non habemus hujusinodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super præmissis omnibus & singulis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi ita esse inveneris, super quo conscientiam tuam oneravimus, sententiam prædictam & quæcumque inde secuta auctoritate Apostolica approbes & confirmes, supplendo omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Et insuper sententiam præfatam & illius effectum facias a singulis, quos contigerit, per censuram Ecclesiasticam & alia opportuoa juris remedia firmiter observari, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac Monasterii & Ordinis prædictorum juramento * confirmationis Apostolicæ vel alia quavis † auctoritate roboratis statutis vel consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque, etsi Abbati, Conventui, & Militi præsatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Ferrariæ Anno Incarnationis Dominicæ CIↃ.CCCC.XXXVII. duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno octavo.

* Leg. *confirmatis, Apostolica.* † *firmitate* Fris.

In aliia causis sæpè anteà Abbatum Middelburgensium operam impenderunt Romani Pontifices. Cum enim Commendator, & Fratres Teutonici B. Mariæ in oppido Middelburgensi quasdam possessiones distraherent, vel ad tempus non modicum elocarent ad gravem Domûs jacturam, obtendentes in id etiam Apostolicas litteras, Clemens ejus nominis V. Dno *Nicolao*, *Hugonis* filio, Middelburgensi Abbati, huic rei apud Teutonicos Middelburgenses providere, modum ponere, illicitè acta rescindere jussit per disertum boc Diploma, Avinione datum:

CLEMENS, Episcopus Servus servorum Dei, dilecto filio Abbati Middelburgensi Trajectensis Diœcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii Commendator & Fratres beatæ Mariæ Theutonicorum in Middelburgo Trajectensis Diœcesis, quam prædecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, possessiones,

nes, piſcarias, prata, paſcua, grangias, nemora, molendina, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ad domum ipſam ſpectantia datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibus & pœnis adjectis in gravem ipſius domus læſionem, nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui ſuper his confirmationis litteras in forma communi à Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipſius domus per conceſſionem hujuſmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, juramentis, renuntiationibus, pœnis, & confirmationibus ſupradictis ad jus & proprietatem ejuſdem domus legitime revocare procures, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint moniti, ſi ſe gratia, vel odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Datum Avinione XII. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno primo.

Inter Commendatores Middelb. numerantur,
D. HERBERN VAN DRONGE. 1317.
D. WILHELMUS. 1452.
D. JACOBUS VAN EGMONT. 1596.

ADDENDA ad *Nicolaum a Caſtro*, Middel. Epiſcopum pag. 13.

Præter Nicolai Epiſcopi litteras ad *Giſlenum Schryvers*, Concilii Traj. Greffiarium, quibus conſecrationis ſolemnis ritum Mechliniæ a Cardinale Granvellano cum ſociis Epiſcopis peractæ deſcribit, alias exinde nactus ſum ejuſdem Epiſcopi autographas; inter has eam, qua dicto Greffiario rationem reddit, quo honore conſecratus, ad Sedem Epiſcopalem properans receptus ſit.

S. P. . . . Quid fama vulgi ad vos attulerit, non magni facio, cum plerumque talia mendaciis aſperſa ſint. Illud ego profiteor majorem honorem & laudem mihi tributam eſſe, quam ego dignus ſum accipere. . . . .

MISSI ſunt tres Deputati a Magiſtratu Middelburgenſi Mechliniam qui meæ intereſſent Conſecrationi, cum mandato deducendi me Middelburgum expenſis civitatis; cumque perveniſſemus uſque ad portum qui reſpicit Middelburgum nomine *Saff*: rurſum advenerunt alii Commiſſarii & Deputati Civitatis navigio, qui adduxerunt navem inſtructiſſimam omni genere ciborum cameratam & circumſeptam tapetis, habentem menſas duas, ſedilia & omnia exquiſita ad excipiendum, non dico Epiſcopum & honorificè tractandum (quorum ego ſum minimus) ſed etiam ad recipiendum Regem; nihil enim defuit quod ad magnificentiam & liberalitatem oſtendendam poſſet deſiderari: accidit iſtud 3. præſentis Menſis. Cumque ſub noctem appuliſſemus Middelburgum, ſtuduimus ſecreto oppidum ingredi; ſed fruſtra iſtud tentatum eſt, quandoquidem cum vellemus circa octavam horam veſpertinam ingredi, invenimus littus plenum viris & mulieribus qui noſtrum expectabant adventum, & vidimus plurima luminaria ad hoc parata ut nos deducerent ad ædes cujuſdam Burgimagiſtri, qui habitat non longe a porta, & is quoque cubiculum in quo quieſcendum erat adornaverat honeſtiſſimè, propoſitis bellariis quam plurimis, & vino electiſſimo ad reficiendum corpus & exhilarandum animum, honeſtâ ſocietate ad hoc præſente & comitante nos minimè defatigatos. Sequenti die ad egreſſum noſtrum excepti ſumus brevi, ſed eloquentiſſima & nervoſa oratione congratulatoria, aſtante ad oſtium Magiſtratu & primoribus civitatis: deinde progredientes in habitu Epiſcopali, præcedente Clero, Religioſis & Choro utriuſque Eccleſiæ S. Petri & Martini deducti ſumus proceſſionaliter uſque ad templum ſancti Petri, ubi invenimus chorum honeſte ornatum, non ſolum tapetis, ſed etiam verſibus; quorum copiam tibi mittimus his adjunctam cum moteto quod a magiſtro cantus compoſitum eſt. Finito ſacro, quod a Decano Eccleſiæ noſtræ ſolemniter cantatum eſt, perreximus eodem ordine ad Conventum ſive Abbatiam, in qua Dei gratia & benignitate reſidemus, in qua convivium invenimus inſtructum pro univerſo Clero, qui non ſolùm ex urbe ſed etiam ex vicinis locis illuc confluxerat: ibi rurſum excepti ſumus Magiſtratûs & Rectorum civitatis liberalitate, qui obtulerunt nobis magnum vas vini, dictum *een Voeder*. Sequenti die excepimus convivio nobiles & præcipuos viros, qui ex vicinis oppidis advenerant ad ſalutandum nos & congratulandum nobis: tertio die tractavimus Balivum & Magiſtratum cum præcipuis Rectoribus civitatis pro noſtra mediocritate. Sequentibus diebus inquirere cœpimus de ſtatu Conventus noſtri; quem etſi non optimè habere percepimus, nec tam exquiſitè quam optabamus, facilè tamen poterit per tempus (ut ſpero) reduci ad ordinem requiſitum. Multa per incuriam vacante ſede (ut opinor) perierunt, nam omnibus liberum fuit quidquid vellent facere, neque vacavit Dno Præpoſito, penes quem erat adminiſtratio omnium rerum extra Conventum exiſtentium, intendere omnibus, cum aliunde magno onere gravaretur. Inviſimus autem arcem noſtram dictam *Weſthoven*, locum peramænum, & invenimus ibi omnia munditſime & ornatiſſimè conſtituta: habet hæc domus cubicula & ambulacra pulcherrima quæ ſufficerent ad recipiendum aliquem Principem, eſtque benè inſtructa lectis, fulcris ſtanneis & lineis requiſitis, ut opus non ſit ſupellectilem deducere, ſed tantummodò attrita renovare: additus eſt quoque per meum prædeceſſorem ædificium novum quod nondum perfectum eſt, ſed (donante Domino) proxima æſtate perficietur; inveni ibidem honeſtam familiam & cuſtodem domus cum uxore, qui diligentiſſimè curat quæ pertinent ad munditiem & conſervationem omnium rerum ibidem conſiſtentium; quapropter non exiſtimo eos eſſe abſolvendos aut dimittendos. Proximis diebus tribus aut quatuor expediti ſumus negotiis Statuum, & circa aggerum reparationem faciendam multæ habitæ ſunt & diverſæ deliberationes conſtitutis officiariis ad hoc requiſitis: in ea autem congregatione nos tenuimus conſuetum locum Abbati debitum. His vale, Domine *Greff*, & ſaluta meo nomine Dominum Præſidem, *Diemen*, *Gryſpere*, & reliquos Dominos viros Conſulares, nec non Magiſtrum *Joannem Baex*, Penſionarium *de Clerq*, cum veſtris conjugibus & familiaribus amicis noſtris, quorum amicitia & familiaritate quam libentiſſimè uſi ſumus. Middelburgi ex ædibus noſtri Conventus, 17. Menſis Januarii, Anno 1562. ſtilo novo.

Weſthoven, arx peramæna, Abbatum ſeceſſus.

T. Humanitatis ſtudioſiſſimus Amicus,
NICOLAUS DE CASTRO,
Epiſcopus Middelburgenſis.

In alia ad eundem data Middelburgi ex Abbatiali Conventu suo XVII. Febr. Anno 1562. sic scribit Nicolaus Episcopus Middelb.

Superiori Dominica celebravi primum Sacrum Pontificale, cui interfuerunt Primores Civitatis cum aliis viris Ecclesiasticis: heri & hodiè confirmavi magnum numerum civium, & die crastina (favente Domino) pergam ulterius, & gaudeo quod populus cum tanta devotione accurrat, &c.

Porrò cum utriusque ordinis Ecclesiastici (regulares sc. ac seculares) Decreto Albani Ducis denarii decimi indictioni reluctantes, diserte declararent quod res ac bona sua ei Decreto subjicere non possent; maximè cum Bullâ Pontificiâ, *Cœna Domini* dictâ, sub excommunicationis censura prohiberentur census ejusmodi dare aut recipere sine Romani Pontificis consensu, ægerrimè responsum hoc tulit Albanus; certior" que redditus quod Bulla ea sub privati Sena" tus facultate prælo excusa esset, graviter ex" canduit in Præsidem Viglium": Sunt qui & capitis discrimen ob hoc eum ferunt incurrisse.

Bulla, *Cœna Domini*, Albano Duci invisa.

Certè auctuarium *Torrium*, quia litteras indultæ facultatis signarat, "metu ac terrore gra" vioris mali diu territum, muneris exercitio " ad annum integrum interdixit Albanus."

Viglius ipse custodiâ ob hoc eum detentum meminit in Epist. Kalendis Martii Bruxellis data ad summi Senatus in Hispania Consiliarium *Hopperum*; ubi & inter reluctantes numerat, *Nicolas a Castro* Vicarium: "Adversus centesimum de" narium nonnulli Ecclesiastici reluctantur, ac " imprimis † Middelburgensis Episcopi . . . . " quem nostri * Vicarius, qui ita rem cordi ha" buit, ut mortis ei causam præbuisse feratur, " ac *La Torre* Secretarius noster nondum à cu" stodia absolutus est, qui licentia Bullæ Cœnæ " Domini imprimendæ citra Concilii permissio" nem concessa causam hisce turbis dedisse insi" mulatur".

† *Nic. a Castro.*
* *I. Strayenus.*

ADDENDA ad *Brouwershaviam* pag. 45.

Dnus JOANNES MARTINI, aliàs PANSSIER, Vice-Pastor Brouwershaviæ Anno 1522.

Hic cum Ultrajectini Episcopi ac majoris Ecclesiæ Præpositi juribus officere, ac detrahere videretur, *Philippus*, Ultrajectinus Episcopus, de ejus agendi ratione conquestus, has ad Magistrum *van Thiel*, Consiliarium & Vicarium suum, Canonicum &c. dedit 22. Maji dicti anni:

PHILIPS VAN BOURGONGIEN,

Bisschop t'Utrecht.

Eerbare, lieve, getruwe: Soe als onse lieve, getruwe Secretarius ons nu gereporteert heeft die inconvenienten ende gebreken ghy mit hem in onser Jurisdictie van *Schouwen* gefonden hebben na luyde zekere articlen durch onsen Provisoer van Schouwen overgegeven, ende ons durch onsen Secretarium gethoont, niet alleen tenderende tot enervatie onser, dan oic mede des Domproosten Jurisdictie, ende oic niet alleenlijk om de Jurisdictie van *Schouwen*, dan oic by consequentie om alle andere onse Jurisdictien, aller indirectelicken overgenomen durch Heren *Johan Martini*, aliàs *Panssier*, Vice-Pastoer in *Brouwershaven*, schicken wy u de voirsz articlen ende gebreken by onsen Provisoer overgegeven wederom hier benevens, omme gemerckt de sake onse gantse geestlicke Jurisdictie ende desgelijcx oic des Domproosten angaet, mitten tonende desselven Domproosten officien, collocatie daer op te holden, ende die gebreken mitten anderen sommarie te recapituleren, een resolutie daer op te nemen, die in schrifte te stellen, ende ons voerts by u luyden gesubscribeert beymelic over te schicken, omme dan daer na voert te varen alsset best dienen sal. Ende soe wy bericht worden de voergenoemde Heer *Johan Martini* durch onsen Suffraganeum Heren *Johan de Meyere* in zijnen onbillicken voernemen merckelicken gefavoriseert wordt, des wy den selven onsen Suffraganeo in 't guede niet afnemen en connen, scriven wy hem hier benevens, dat hy dese naestcomende wynige geholden zijnde, sich by ons vouge ter plaetsen daer wy als dan wesen sullen, om hem 't gheene voirsz es voer te holden, ende te persuaderen af te laten, ost wy dan villicht vernamen hy in zynen savoren persisteren wolde, stonde ons dan anders daer op te gedencken, ende wolden wel dat ghy summelerende uyt u selven te spreken ende van ons gheen bevel te hebben, spraken mit onsen Suffraganeo Heren *Jacob de Riddere*, omme te weten ost hy onse *Suffraganeatus Officium* noch gesinnet were te exerceren als hy voer hen gedaen heeft, sonder yemants hier van yetwes te kennen tè geven om oirsaken ons daer toe bewegende, achterholdende die betalinge vander penste vander vnimoemde Heren *Johan de Meyere*, soe voel u mogclic es ter tyt wy u anders weten laten. Gode bevolen,

Gescreve XXII. Maji anno XXII.

Ex hisce Tabulis
Dr. JOHAN DE MEYERE, &
JACOB DE RIDDERE, Philippi Trajecti Suffraganei:
Hr. JOHAN MARTINI, Vice-Pastor Brouwersh.

ADDENDA ad *Romerswaliam* p. 50.

JOANNES VAN CAUWENBERGHE, Decanus Abbenbroucanus, Pastor in Rommerswale, Anno 1495.

Decanus Zuytbev. Anno 1560.

ARNOLDUS A CRAENDAEL.

JOANNES STAKENBROECK, (ex Rubea Valle Regularis S. Augustini) ob vitæ innocenter actæ opinionem assumptus, qui Cœnobium *Paradisi* juxta Romerswalam Zelandiæ fundaret formaretque.

ADDENDA ad *Goesam* pag. 51.

Sequentia, quæ a viro ejus oppidi primario, patriarum rerum accurato indagatore nobis suppeditata fuêre ex monumentis publicis, Chartis veteribus, & privatis annotationibus.

Curatus ac Pastor in Parochiali Goesæ Ecclesia D. Magdalenæ sacra, Anno 1429. & seq. annis,

Dnus LUBBERTUS of VLIEGERE, adjutores habens duos Sacellanos.

Consules, Scabini ac Senatus Goesanus, Anno 1429. xx. Maji cum eo pactum inierunt, ut eos quoad viveret sine sumptu ac damno suo assumeret, addicto ei annuo pretio * ad duo anni tempora solvendo.

In Parochiali hac Ecclesia 7. horarum officium, cantu persolvi solitum Anno 1442. ex vulgari autem Curiæ computatione 12. Martii, institutum erat.

Cum Philippus Burgundus Dux Anno 1442. ex Curiæ, ex vulgari verò computatione 1443. xii. Martii intellexisset, quod hic 7. horarum cantus, Dominicis ac festis diebus in Parochiali hac Ecclesia jam celebratus, anteà insolitus, a quibusdam Sacellanis non ex æquo perageretur, omnibus S. Spiritus, Ecclesiæ, ac Contuberniorum Magistris seu Curatoribus disertè cavit, ne ulli Sacellano ex eleemosynarum censu in id condito dispertiretur, nisi his solùm, qui partes canendi, atque diei officium in Choro Ecclesiæ persolvendi explessent.

Anno 1443. xi. Maji D. *Lubbertus de Vliegere*, Curatus ac Pastor Goesanus indulget ac statuit, ut vii. horarum Cantus in perpetuum, singulis diebus in Ecclesia sua persolvatur; Pastoris ordinatio ad supplicationem Prætoris, Consulum ac Scabinorum, nec non oppidanorum eo anno xii. Junii per prædictum Ducem Philippum confirmata.

Fr. GERARDUS, Prior, aliique Crucigerorum Cœnobii Fratres dictæ ordinationis ac confirmationis transsumptum Authenticum condi jusserunt xxvi. Junii Anno 1450.

† Juxta satisfactionem oppido huic præstitam 22. Martii 1577. solus cultus Romano-Catholicus palam ibi exercebatur: Sed qui se Calvino-Reformatos profitebantur intra & extra urbem cœtu primùm in privatis ædibus coacto, vicinorum Regionum exemplo audentiores facti, 28. Sept. Senatum interpellant, ut pro habenda concione nigrarum sororum Cœnobium eis concedatur; quibus Xenodochii fanum assignatum fuit: eo autem non contenti, instant apud Senatum, ut Crucigerorum Cœnobio potiantur.

Porro hoc Crucigerorum Cœnobium Goesæ ex veteri Charta, cum æde sacra Deo in nomine D. Virginis ac S. Crucis, dedicatum fuit Anno 1429. die SS. Petro & Paulo Apostolis sacra.

Generalis, Diffinitores Ordinis S. Crucis cum generalis Capituli consensu eodem anno Dominica *Cantate* erectioni ac fundationi dicti Cœnobii annuentes, spondent se ad Cœnobium istud missuros Fratres juxta regulam S. Augustini & Statuta dicti Ordinis vitam instituturos; dantes simul facultatem Priori tum temporis existenti contra eos quandò contra Statuta Ordinis delinquerent, brachium secnlare invocandi, per quod delinquentes ad normam revocentur; cedentes insuper privilegiis, proventibus ac bonis dicti Conventus omnibus, si quandò per intemperantias, aut negligentias, solo excepto infortunio, ullo umquam tempore collabatur.

Ex hinc variis bonis ac eleëmosynis, amplissimis insuper privilegiis ditatum est hoc Cœnobium; Prætoris, Consulum, Scabinorum ac Senatus hujus urbis; inprimis cum ejus Anno 1430. 30. Oct. adhuc jacerentur fundamenta: suscipientes illud in suam tutelam & communionem omnium urbis immunitatum, idemque eximendo a censu, vectigalibus, & consuetis urbis oneribus.

Crucigerorum eorum bona *Joannes Streyenus*, designatus Middelburgensis Episcopus ex Pontificio Diplomate Anno 1575. invadere, atque Cathedralis Sedis Canonicis Middelburgensibus vendicare moliebatur. Cui resistens Crucigerorum Generalis, Pontifici Romano, ad quem confugerat, questus est; cui & querelas suas Senatus Goesanus ad Regis Concilium secretum junxit; prædictumque Joannem Streyenum rogavit, tantisper, donec Rex ejusque Concilium plenius decerneret, supersedere; allegando unicum illud in toto oppido, quin in omni Bevelandia Australi virorum Cœnobium vigêre, asyli etiam *Homicidii Casualis* privilegio gaudere, atque alia multa, eo fine prolata ut oppidi incommoda atque publici cultus detrimentum indè nascitura gravius ob oculos ponerent, 20. Junii 1575. Joannes Streyenus Crucigerorum bonis insidiatur.

Cumque *Joannes Streyenus*, electus Middelburgensium Episcopus *Cornelio Martinio Keiser* provinciam Crucigerorum reditus recipiendi commisisset, Consules ac Scabini oppidi Goesani edicto 24. Julii 1575. caverunt, ne nummi nisi ex suo beneplacito cuipiam distribuerentur, donec Religiosos hos legitimè jussus esse constaret. Ordinationi Senatus sibi intimatæ paruit *Cornelius Martini*. Exinde *Joanne Streyeno*, quia partes Joannis Ducis tenebat, extra Sedem Episcopalem agente, plenius 1. Januarii 1578. decretum fuit, ut dicti Crucigeri fructu possessionum suarum fruerentur; quibus hi tandem immutato publico cultu ac regimine exuti, atque pauperes oppidani ditati sunt ex dono quondam Wilhelmi, Orangiæ Principis, per ordines Zelandiæ roborato, juxtà transactionem circa administrationem Ecclesiast. bonorum Zuitbevelandiæ inter Dnos delegatos Ord. Zel. atque oppidum Goesam, &c. initam, Anno 1581. xii. April. Art. 16. Interim quidam Mr. *Henricus a Venloo* ejusdem Cœnobii incola, non tantùm ex ejus reditibus sustentatus, sed insuper omnibus immunitatibus, privilegiis, ac exemptionibus, quibus olim fruebatur, gavisus est.

Præter Crucigerorum Cœnobium, Virginum etiam, ut pag 51. diximus, asceterium fuit, *nigrarum Sororum* domus dictum, D. Agneti, ni fallor, dicatum. * Ex cujus proventibus Sorores hæ, quoad vixerunt sustentatæ fuêre; atque uni ex his, *Susannæ Henrici*, Rectrici secundariæ, prædicto Mr. *Henrico a Venloo* nuptæ, animum subsidium xis. liberarum assignatum est. Bona hæc deinde per Decretum Zelandiæ Ordinum 10. Oct. 1578. oppidanis pauperibus, ut opinio est, assignata.

ADDENDA ad *Capellam* pag. 54.

Collegiata Capellæ Ecclesia, B. V. Mariæ erat dicata: in hac præter recensitas *Vicarias*, & alia fuit ad altare D. *Cornelii*, Pont. & Martyris, eujus Collatrix Anno 1560. filia Mri *Petri van der Borch*, *Anna* uxor *Roulandi Joannis*; possessor *Joannes Jacobi van der Borch*, juxtà hasce Tabulas:

* *Lii. nobele Pugelen.*

† *Boxhorn. 2. part. pag. 283. 284. aliique.*

* *Not. 22. Sept. 1587. Not. 9. Nov. 1589.*

Orti-

Capellania, seu *Vicaria* perpetua in Capellæ Coll. & Paroch. D. M. Ecclesia ad altare S. Cornelii P. & M.

OFFICIALIS Curiæ Archidiaconalis Trajectensis Judex universis & singulis Dominis Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscumque nobis subditis salutem in Domino. Nuper præsentato Reverendo Domino nostro Archidiacono Trajectensi, sive nobis vices ejus in hac parte habentibus & gerentibus, honesto juvene *Joanne filio Jacobi van der Borch*, Clerico Trajectensi vel alterius Diœcesis, habitus, ad *Vicariam sive Capellaniam perpetuam fundatam ad altare S. Cornelii Pontificis & Martyris situm in Capella Collegiata & Parochiali Ecclesia beatæ Mariæ partium Zuytbevelandiæ Middelburgensis Diœcesis & Archidiaconatus Trajectensis*, ad præsens per liberam resignationem seu dimissionem Domini & Magistri *Joannis de Castro*, Canonici, novissimi possessoris *Vicariæ* prædictæ, sive alias qualitercumque vacantem, à provida matrona muliere *Anna*, filia Magistri *Petri van der Borch*, uxore legitima *Roulandi Joannis*, incolæ civitatis Middelburgensis, de consensu prædicti sui mariti & auctoritate, ejusdem *Vicariæ* sive Capellaniæ vera & indubitata uti dicitur matrona sive patrona, pro institutione canonica à nobis obtinenda, Nos tam subito nemini munus imponentes, sed proclamationes super hujusmodi præsentatione fieri volentes, concessis prædicto præsentato super ejus præsentatione litteris proclamatoriis, iisdemque in Capella & Parochiali Collegiataque ejus Ecclesia debitæ executioni demandatis, & coram Decano nostro Jurisdictionis Zuytbevelandiæ, cui vices nostras in ea parte commiseramus, donec eas ad nos duxerimus revocandas, reproductis, atque nemo citatorum in iisdem litteris tam in genere quam specie compareret, in eorundem contumaciam ad diem usque vigesimum primum mensis infra dicti, & ultra expectatorum, in eorum contumaciam vices nostras prædictas ab eodem Domino Decano Commissario nostro revocandas, considératis in similibus considerandis, eundem *Joannem Jacobi van der Borch*, nobis præsentatum & ulterius proclamatum, ad prædictam *Vicariam* seu Capellaniam admisimus, instituimus & investivimus per præsentes, eundem admittentes, instituentes & investientes in eadem *Vicaria*; quare vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipientes mandamus, ut receptis præsentibus eundem *Joannem Jacobi vander Borch* institutum, in corporalem & effectualem ejusdem *Vicariæ* possessionem, omniumque fructuum ad eam spectantium inducatis, & inductum defendatis, recepto prius ab eodem instituto debitæ fidelitatis & obedientiæ juramento consueto, mandantes omnibus & singulis pactionariis & debitoribus fructuum & emolumentorum ejusdem *Vicariæ*, ut eidem *Joanni* instituto & nulli alii de ipsius *Vicariæ* fructibus & emolumentis respondeant & ab aliis responderi faciant, temporibus ad hoc positis & statutis. Reddite quoque litteras præsentes sigillatas eidem instituto debitæ executioni demandatas vos earum Executores. Datum sub Anno Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo primo, die vigesima quarta mensis Martii, & erat subscriptum, *Theodericus ter Hoech*, Notarius SSt. In dorso earundem litterarum erat scriptum ut sequitur; quia in termino juris retroscripto nullus comparuit oppositor proclamationes factas revocans aut institutioni fiendæ sese aliquo modo opponens ac continuata in hunc usque diem juridica. Idcirco nos *Arnoldus à Craendael*, Jurisdictionis Zuytbevelandiæ Decanus, Judexque Ordinarius vigore commissionis nostræ nobis hac in parte concessæ & commissæ *Johannem Felix*, Jurisdictionis prædictæ cursorem juratum procuratorio nomine discreti & honesti viri *Jacobi vander Borch*, tanquam patris & procuratoris filii sui *Joannis Jacobi van der Borch*, in retroscriptis litteris principaliter nominati, (prout de hujusmodi procurationis mandato prædicti *Joannis Felix*, nobis legitime constitit) in realem, corporalem & actualem possessionem *Vicariæ* retroscriptæ juriumque & pertinentiarum ejusdem instituimus. Actum Reymerswalis in loco solitæ nostræ residentiæ hac decima mensis Maji, Anni XVC. LXXI. Inferius erat scriptum de mandato G. de Saecuria Notarii SSt. & inferius adhuc erat scriptum & sequitur, & ego *Nicolaus vander Veste*, Decanus ut Pastor Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis in Capella, secundum tenorem litterarum introduxi, investivi *Joannem Jacobi* in realem & actualem possessionem, recepto prius ab eodem fidelitatis & obedientiæ juramento, præsentibus ibidem Domino *Antonio de Amelis*, & Magistro *Henrico Menetario*, ad hæc vocatis, die vigesima nona Maji Anno 1571. & erat subscriptum, Veste SSt, x. Julii.

Naer gedane Collatie et dese copye met de principale gescreven in Franchyn, onderteyckent respectivelyck als boven, ende besegelt met een zegele van greunen wassche onder uythangende aen een enckelde stert, bevonden te accorderen, by my ondergescreve Notario residerende t'Utrecht,

TH. HEURNIUS, *Not.*

FINIS EPISCOPATUS MIDDELBURGENSIS.

INDEX

INDEX Episcopatus hujus jam dandus erat, cùm alia nobis ad manus venerunt tum Episcopatum istum, & maximè *Scaldiæ* Decanatum, in quo *Xirixæa* eminebat, tum & Episcopatum Ultrajectinum spectantia.

S. Petri Middelb. Decani.

In his minoris momenti est, quod ad Middelburgensem S. Petri Ecclesiam *pag.* 10. bi veteris ævi Decani laudentur,

Anno 1245. D. HELIAS.
1356. Mr. PHILIPPUS DE LEYDIS.
1466. D. JACOBUS THOMÆ.

Ad Campo-Veram circa Tertiariarum ædes *pag.* 27. memoratas, ex *L. Waddingi* Annalibus ad Annum 1478. hæc adjicio:

Sorores Cœnobii propè Veram inter se circa regul. observ. divisæ.

"Domini Temporales oppidi Veris Diœcesis "Trajectensis ibidem ædificarunt domum Sororum prædicti tertii Ordinis, sub quo multis "annis religiosè vixerunt. Hoc autem anno dum "inter se divisæ quædam cuperent ad S. Claræ "Ordinem transire, aliæ vellent sub primo in"stituto permanere, concessit Pontifex faculta"tem, ut quæ ad Clarissarum vitam adspirabant, "eam profiterentur, & quæ sub tertio volebant "vivere instituto, non molestarentur: sed bis "decedentibus solæ Clarissæ reciperentur."

Nova Arnemudæ Ecclesia.

Ad *Arnemudam pag.* 28. ex *Reigersbergii* Annalibus, addo, quod nova ibi condita sit Ecclesia, cujus primus lapis jactus Anno 1505. 12. Maji.

Poppo, & ejusmodi nomina, Frisiis etiam usitata.

Ad *pag.* 35. *Poppo*, *Biggo* & hujusmodi alia nomina, undè vici & Ecclesiæ per eas regiones denominatæ, ab *Arcadiæ Walcheranæ* Scriptore, ut Danica & Norvegica habita, apud Frisios etiam usitatissima fuere.

Collapsi Fani *Brig-dammæ* ruina.

Pag. 35. ad *Brig-Bre-* & *Brug-damme*, aliquandò & *Pre-damme* & *Bredam* denominatum *Wallacbriæ* pagum, collapsi, ex dicto *Arcadiæ* Scriptore, fani ruina est, per Iconomachiam Middelburgi, aut etiam vetustate diruti.

Domburgi antiquitas undè dignoscitur.

Ad *Domburgum pag.* 38. Loci hujus antiquitas liquet ex monumentis fani *Deæ Nebaleniæ*, quæ Anno 1647. ad colles arenarios propè *Domburgum* reperta sunt; de cujus Deæ ejusque simulacris in Hollandiæ Annalibus frequens mentio.

Hæc, ut jam dixi, minoris sunt momenti. Majoris indaginis in rem nostram sunt ea quæ sequuntur: ac I°. Tabulæ autenticæ Philippi, Burgundiæ Ducis, Holl. ac Zelandiæ Comitis, &c. a Senatu Xirixæno firmatæ, in quibus Dux meminit instituti ab Alberto Bavaro proavo suo Collegii Cannonicorum in D. Levini Xirixææ Ecclesia; dein & ad fundationem ejus, maris æstu & temporum injuriâ imminutam, dotem adjicit 300. * jugerum, ab omni tributo liberam; ea lege, ut annuatim quoad vixerit 15. die Aprilis, qua inauguratus fuit Holl. ac Zel. Comes, Missa S. Spiritus, atque post obitum Missa de *Requiem* annua, die qua defunctus fuerit, perpetuò in hac D. *Levini* Ecclesia celebretur.

Vidimus vanden brieven van octroye, verleent by den goeden Hertoge Philips van Bourgonge, saliger gedachten, den Kercke van sinte *Lievinus* binnen Ziericxzee, roerende de 300 gemeten lants die zy vry zullen gebruycken, zonder en of te betaelen eenige schot, bodt of andera.

WY Burchmeesteren, Scepenen ende Raed der stede van Ziericxzee, doen condt allen den guenen die dese jegenwordigen brief zullen zien of hooren lesen, Dat wy gezien ende gehoort hebben lesen eenen brief gans ende gave zonder eenege raseur oft letsel, bezegelt met rooden wasse met des duerluchtegen mogende Vorst zegel des Hertogen van Bourgonguen, inhoudende van pointe te pointe in alre manieren als hier naer gescreven volget:

Philips, by der gracien Gods Hertogen van Bourgonguen, van Lotheringen, van Brabant ende van Lymboureb; Greve van Vlaenderen, van Artoia, van Bourgoinguen; Palatyn van Henegouwe, van Holland, van Zeeland ende van Namen; Marcgrave des Heilichs Ryca; Heere van Vriesland, van Salms ende van Mechelen: Doen cond allen luyden, want ons inder waerheyt aengebracht es, dat wylen onsen lieven ouder vader Hertoge Aelbrecht van Beyeren, saliger gedachten, Greve van Hollant ende van Zeelandt, vuyt hertelycke gunste ende liefde die hy hadde tot der Kerck van Sinte *Lievens* des heyligen Martelaers, binnen onsen stede van Ziericxzee in Schouwen, ende in vermeeringe des Gods diensts in de zelve kerck upgerecht ende verheven heeft een Collegium, ende omme dat die gene die naemaels vererygen zouden alzulcke beneficien als gesticht ende geordent zyn in den zelven Collegium naeder fundacien die dair of es gehouden zouden zyn eeuwelyck gedinerende in memorie ende inne bedingen te hebben die zielen van onsen voirsz. oude vader, zyne voorders ende nacomelingen: zoe heeft hy in voortyden den Deken ende Cappittel des Collegium voornoemt gegeven ende verleent zekere perseelen van landen, die gelegen zyn binnen onse lande van Schouwen voirsz. welck land men houden moet metter spade tegens die zee, tot hoere grooter scade, ensten ende verliese zoe lange alsmen dat heeft mogen doen: mair nu in dertich jaeren harrewaerts zoe zyn by den wille van Gode ende by den inbreecken vanden watere die grunt breex malen aldaer zoe groot gecommen ende het land es zoe zeere gevallen van getyde te getyde, als dat hem vuyterlyck nood was hoer goede landen, thienden ende renten vuytgeslegen ende vermindert te wesen, alzoe dat zy by kennelycken ongevalle vander zee verloren hebben zoe vele van hueren goeden ende renten zoe wy inder waerheyt verstaen dat zy hem selven langer aldus mer by een en mogen houden, dair mede de Godsdiensten grotelyck by veraftert zoude wesen. So eyst dat wy overdenckende dat Godlyck werck ende die vermeeringe vanden diensten inder selver kercke gesticht ende gefundeert by salige onsen ouder vader voirsz. ende zoe wie dat Gode ende zyn altaer verdienen dat die sculdich zyn te leven by die vruchten des altaers, hebben dairomme die lasten des voirsz. Capittels in onse herten genomen, ende vuyt rechter uterlyeker begeerten onser meeningen, up dat zy te bet staende mogen bliven ende oick om dat zy hen verbonden ende overgegeven hebben eene *Messe vanden Heyligen Geest aldair in onser kercke voir ons te doene ende te celebreren alzoe lange als wy leven zullen alle jaere upten* XV. *in Apprille*, *up welcken dach wy ontfangen waeren inden zelven onsen landen als Greve van Hollant ende Zeelant.* Ende zoe wanneer wy by gehengenisse ons Heeren van lyve ter doot gecommen zullen zyn, een *Messe van Requiem* alle jaere upten zelven dach dat wy aflivich werden zullen eeuwelick geduerende, ende in eeuweger memorien den Dekenende

* *Gemeten lands.*

de Cappittel vuyt goeder voirzienicheyt ende rypen raede voeren hier up gehadt in rechter aelmissen ende caritate gegeven ende geven hy zunderlinge gracie mit desen jegenwoirdigen brieve voir ons ende onsen nacomelingen Greven ende Grevinnen van Hollant ende Zeelant, dat zy van deser tyt voert eeuweliek gedeurende van ons ende van onse nacommelingen voirsz. hebben zullen vry drie hondert gemeten lands, die zy nu hebben of naemaels vercrygen zullen, zoe waer of tot wat plaetsen dat die gelegen mogen zyn in onsen lande van Zeelant, alzoe dat dit voirsz Cappittel van hueren landen tot der somme van drie hondert gemeten landts voirsz. van datum dees brieft eeuwelyck gedeurende van ons ende onsen voirsz nacommelingen vry ontlast, ontslagen of gevudert ende quyte wesen zullen van allen schoten, beden, schattingen, heervaertgelden ost aodere bezwaringe oncosten hoedanige dat die wesen mogen, ende al waert zaeck dat zy vele erven ende landts nu ter tyd nyet en hadden, zoe zouden zy nochtans dese voirsz ghifte, gracie ende vryheden gebruycken aen suleke andere erven, als zy vercrygen sullen tot der somme toe voirsz. Ende waert dat hier naermaels by ongevalle vander zee dese voirsz drie hondert gemeten gemindert worden, het waere in al oft in deele, es nochtans onse wille ende meeninge dat die vnirsz. Deken ende Cappittel weder ander land in die stede sal mogen coepen ende vercrygen up dat zy willen, ende dat bezitten vry, mit zulcke vryheyt als voornoemt es. Behouden dat wy 't onswaert houden voir ons ende oosen naecomelingen up de voirsz. drie hondert gemeten lands, die zy nu hebben of naemaels vercrigen sullen in voegen als voirsz es, van elck gemet eenen grootge tsjaers zulck als onse voirvaders Graven ende Gravinnen van Holland ende van Zeeland van ons dynx te hebben plagen, ende ons dair of jaerlycx toebehoirt ende upte bueren mit reehte die in dese vryheyt nyet begrepen en es. Ontbieden der omme ende bevelen mit sonderlinge ernste onsen Rentmeester bewesten ende beoister Seelt in Zeeland, die nu zyn ende die naemaels wesen zullen, ende allen anderen onsen ondersaten wyen dese zaicke aencleven mach, dat zy den voirsz Deken ende Cappittel vry ende quyte laten, ombelast ende ongemoyet van allen oncosten, schoten, beden, heervaerden, bezwaringen ofte settingen die up heur erve tot der somme toe van drie hondert gemeten landts voirsz. die zy nu hebben of naemaels vercrygen zullen als voirsz. es, geleyt of gerekent zouden mogen worden sonder eenege weere daer tegens te doene of ander bevel van ons off van onsen nacommelingen dair of te hebben, want wy henlieden mit zo vele gemeren vuytgesondert ende vry gehouden willen hebben tot eeuwegen dagen. Ende gebieden vort onsen Rentmeester van Zeelant die nu es, dat hy des voirsz Dekens ende Cappittels goede ende renten tot der somme toe van drie hondert gemeten voirsz. vuyt onsen Register ende houcken setten ende doen setten tot eenen waerteyckene ende kennesse dat zy nimmermeer der aen belast noch bezwaert wesen eo zullen van ons, noch van nyemande van onsen wegen of naerecommers in eeniger manieren, want wy alzo gedaen willen hebben, nyet wederstaande eenigen statuyten, geboden, verboden, ofte ordonnantien contrarie wesende. In oerconde desen brieve ende onsen zegel hier aen gehangen. Ghegeven in onse stad van Bruessel upten xxi. dach in Augusto int jaer ons Heeren 1438.

Ende omme dat wy Burchmeesteren, Scepenen ende Raede der stede van Ziericxzee voirsz. aldus eenigen brief bezegelt gezien hebben ende hoiren lesen, inhoudende van woorde te woorde in alder manieren als voirsz. staen. Soe hebben wy dese copia ende vuytscrifte tot eenen *vidimus* bezegelt mit onse voirsz stede zegel van zaycken hier aen gehangen in kennisse der waerheyt. Dit was gedaen int jaer ons Heeren als men screef duysent vierhondert acht ende dertich, den veertiensten dach in Octobri.

Capellaniæ ad altare S. Crucis fundatio.

D. *Wilhelmus a Weldamme*, Eques, & uxor ejus legitima *Henrica a Rodenburch*, Simoniskerkæ Domina *Capellaniam* seu *Vicariam* perpetuam in eadem D. *Livini* Ecclesia ad altare S. *Crucis* fundavere Anno 1339. per hasce Testamenti Tabulas:

In den name des Heere, Amen. Doen te weeten aan alle jegenwoordige, en toekomende, dat op het jaar vande selve duysent drie hondert drie-en-negentich, de eerste indictie, den dertichsten dach van de maant November ten negen uyren of daar ontrent, van het Pausdom ons Allerheyligsten Vader in Christo, en onsen Heere, Heer *Bonifacius*, door Godts voorsienicheyt den negende Paus, vyfde jaar in tegenwoordicheyt mynes Notaris Publijck, en ondergeschreven getuygen, daar toe specialijcken geroepen, en versocht, in persoone sijn gecompareert de Edelen en Achtbare echte luyden, Heer *Willeman van Weldamme*, Ridder, en Vrouwe *Henrica van Rodenburch*, Vrouwe van Simons-Kercke, sijne wettige Huysvrouwe, t'samen te kennen gevende, dat van alle goederen, haar van Gode vergunt, sy niet naar dit leven met haar sullen dragen, als het geene dat sy sullen goet vinden te keeren ter eeren Godts, en tot vermeerderinge van den Goddelijcken Dienst; Daarom is het, dat de voorsz Echtgenooten begeerende seeckere voor bygaande en tydelijcke goederen te veranderen met een geluckige Koopmanschap in eeuwige, uyt haare seeckere wetenschap op de beste manier, recht, en forme, die sy hebben konnen, ofte mogen, ter eeren vande opperste en onverdeylde Drievuldicheyt des Vaders, des Soons, en des Heyligen Geests, vande Heylige Maria, de glorieuse Maaght, aller Heyligen, en voornamentlijk des Heyligen Cruyce Christi, tot vergevinge van hare sonden, gefondeert, en gedoteert hebben seekere Cappellerye, ofte eeuwighe Vicarye in de Collegiale Kerck van St. Lieven te Zierikzee, des Bisdoms van Utrecht, op het Autaar van 't Heylige Cruys in de selve gebouwt ten eeuwigen tyden door een Priester daar toe bequaam, bedient, en gecelebreert te worden ydere Weecke drie Missen op het Autaar voorsz, daar toe gevende, en schenkende de voorsz Fundateurs uyt een puyre, en irrevocable donatie voor dote, tot en een dote, en Eygendom der voorsz Cappellerye, ofte Vicarye vyf pont groot jaarlijcx inkomen, en eeuwich inkomen seven Dortsche gulden jegenwoordich loop hebbende voor yder pont gereeckent te ontfangen, en te lichten alle jaren in der eeuwicheyt door den Vicaris, ofte Capellaan der voorsz Vicarye, ofte Cappellerye van alle de Landen, en de andere goederen, gemeenlijk genaamt Vroonen, tot de voorsz Fundateu-

cum onere trium missarum per hebdomadam.

Reditus et destinati.

ren

ren jegenwoordich specterende, leggende in Wolphaartsdyk in de Parochie van Oostkerke, Westkerke, en Sabbingen binnen, en buytens dyex, en indien de inkomen, en Vruchten der Landen, en andere goederen voorsz gemeenelijk Vroonen genoempt, niet en souden genouch sijn voor diergelijcke betalingh der inkompten, dat dan het defect vande voorsz inkompsten sal moeten gesuppleert werden van de goederen, saken, en Possessien der voorsz fundateuren, genaempt Uterdyk, en Gorshuyr, die de voorsz fundateuren hebben in de voorsz Ambachten; welke voorsz inkompten de voorseyde fundateuren in handen van my Notaris Publycx voorsz, en van den jegenwoordigen ondergeschreven stipulerende, en aannemede van wegen, en uyt den naame van alle de geene die 't aangaat, ofte souden mogen aangaan in het toekomende onwederroupelijk voor altoos met halm hebben opgedragen, en geresigneert, en tot de dote, en proprieteyt der voorseyde Capellerye, ofte Vicarye geappliceert. Welke Cappellerye, ofte Vicarye de voorsz Echte luyden fundateurs gewilt hebben, en voornamentlijk de voorsz Vrouwe *Henrica* heeft met consent van haren voorsz man gewilt, en geconsenteert, dat de voorseyde Heer *Willeman*, haren man, soo langhe hy hier op de Werelt in 't leven sal blyven, de voorsz. Cappellerye, ofte Vicarye sal confereren, en Patroon van deselve sal syn. Maar naa de doot van deselve Heer *Willeman*, hebben de geseyde fundateuren gewilt, en geordineert, dat soo dikwils, en wanneer, en uyt wat oorsake de voorsz Cappellerye, ofte Vicarye sal komen te vaceren, tot de selve gelijckelijk sullen presenteren *Levin van Simoenskerke*, Broeder van den geseyden Heer *Willeman*, en Vrouwe *Heylwich*, syn Suster, geseyt *van den Abeele*, soo sy beyde overleven, anders een van haar beyde doot, en de ander overich sijnde, sal die in 't leven gebleven sijnde den anderen overleest heeft alleen tot de voorsz Cappellerye sijn leven geduyrende presenteren een armen Priester, en bequaam, sijnde vande Bloetmaaghschap van den voorsz Heer *Willeman*, soo daar soodanige een gevonden wort, en anders sulk een armen Priester niet gevonden werdende, eenen anderen armen vreemden Priester voor de reste bequaam sijnde; Maar naa de doot van haar beyden sal die gene 't sy Man, ofte Vrouw, die als dan de naaste, en outste sal sijn van Vader en Moeder van de voorsz Heer *Willeman*, Patroon sijn van de voorsz Capellerye, ofte Vicarye; 't welke altoos soo sal worden geobserveert, den jonger Man voor ouwder Wyf, daar sy beyden in gelijken graat van Bloetmaagschap even naa sullen sijn; daar en boven hebben de voorseyde fundateuren gewildt, en begeert, dat de Admissie, en Institutie der voorsz Cappellerye, ofte Vicarye in der tyt, soo dikwils, en wanneer de selve sal komen te vaceren naar presentatie der Patroonen inder tyt, gelijk als boven is geordonneert, ten eeuwigen tyde sal specteren, en toekomen aan den Deken, en Capittel van de Collegiale Kercke van van Ste *Levin* voorsz; versoekende de voorsz fundateuren ootmoedichlijk den Illustren, en geduchten Prince den Heere Hertoch *Albertus*, Grave van Henegouwen, Hollandt, Zeelandt, Heere van Vrieslandt, *Patroon* der voorsz Collegiale Kereke, als mede de Eerwaardige Mannen de Heer Deken, en Cappittel der voorsz Kereke, dat sy tot de fundatie, dotatie, erectie van 't *jus Patronatus*, reservatie en dispositie. en alle het andere voorsz sijn geneyghde

Fundationis Leges,

faveur, en consent gelieve te verleenen, en niet te min de Vicarye, ofte Cappellerye, de goederen, en inkompsten hier boven geassigneert, gelieve te recipieren, en admitteren tot de proprieteyt en Corpus van de voorsz Collegiale Kereke, en alsulcke Cappelleryen, ofte Vicaryen, der selver goederen, en innekomen, als mede den Cappellerye, ofte Vicarye in dier tyt doen gauderen, en toeslaan alle privilegien, en vryheden, die andere præbenden, ofte Beneficien der voorsz Kereke tot noch toe genooten hebben, en als nog genieten; en hebben niet minder de voorsz fundateurs voor de eerste presentatie der voorsz Vicarye ofte Cappellerye gepresenteert, en presenteren kracht van dit jegenwoordige publijcke Instrument de Eerwaardige Mannen de Heeren Deken, en Capittel voorsz, den discreten man, Heer *Baudewyns Waddyns* Soon, Priester des Bisdoms van Utrecht, Bloetverwanten van den selven Heer *Willeman*, versoekende met en voor hem, dat sy den selven volgens de Costume en gebruyk der voorsz Kerke tot de Cappellerye, ofte voorseyde Vicarye, en tot Vicaris, en Cappellaan der selven aannemen, instituern, en admitteren: van alle welcke, en yder van dien de voorsz fundateuren versocht hebben door my Notaris Publyck gemaakt te worden een ofte meerder Publyck, ofte Publyeque Instrumenten, die uytgegeven, gecorrigeert, verandert, en geemendeert kunnen werden, soo dikwils als 't noodich sal sijn naar dictamen, en advys van een yegelijck Wys Rechtsgeleerde, de substantie nochtans der sake in geenen deele te veranderen; Dit is geschiet in den Haghe in 't huys der wooninghe vanden geseyden Heer *Willeman* Ridder, op het Jaar, Indictie, Maant, Dagh, Uyr, en Pausdom, als vooren; daar by jegenwoordich de discrete, en eersame Mannen Mr. *Thomas Coenraats* Soon, Priester, en *Jacob Huygensz*, genaamt Weest, Clerck des voorsz Bisdoms van Utrecht, getuygen tot het voorsz specialijk versocht, en geroepen; En ick *Pieter*, genaamt Ommeloop, Clerk des Bisdoms van Utrecht, Publyk Notaris door Keyserlijke Autoriteyt, hebbe by alle, en yder wes voorsz, die alsoo als voorseyt is geschiede, en gedaan wierden mette voornoemde getuygen jegenwoordich geweest, en die so hebbe sien doen, en hooren, hebbe daar nyt dit jegenwoordige publyk Instrument in dese publijke forme met myn eygen hant gestelt en met myn gewoonlijk signet versegelt, daar toe versocht, en gebeden; in oirkonde der waarheyt wes voorsz is de Rasuren in dese woorden in eeuwicheyt door een Vicaris, ofte Cappelaan vande voorsz Vicarye, ofte Cappellerye van alle sijne plaatsen approbere ick met myn handt, en zegel, niet ter quader trouwen, maar by erreur gedaan.

primus Vicarius.

His accessit *Frederici Blanckenheimii*, Traj. Episc. approbatio:

Fred. Blanckenheimii, Traj. Episc. approbatio.

FRederick van Blankenhem, dour Gods genade Bisschop van Utrecht, doe te weeten aan een yder, dat wy de fundatie, dotatie, en erectie eener Cappellerye, ofte eeuwige Vicarie ter eeren van de hooge, en onverdeylde Drievuldigheyt des Vaders, Soons, en des Heyligen Geests, der Heyliger Maria, des Glorieuse maagt, aller Heyligen, en voornamentlyk des Heyligen Cruyce Christi op het Altaar van het voorsz Heylige Cruys, gebouwt in de Collegiale Kerke van S. *Levin* te Zierikzee unses Bisdoms, te bedienen,

 door

door den gestrengen man Heer *Willeman van Weldamme* Ridder, onses Bisdoms voorsz, en Vrouwe *Henrien* des selven Bedtgenoot, gefundeert, gedoteert en geerigeert, van de welke in het publyk instrument daar van gemaakt (door dewelke onsen jegenwoordigen Brief is getransfixeert) mentie gemaakt wort, in voegen Godsalichlyk, recht, en Canonyckelyk de selve gemaakt zyn, en ook geordonneert met alle, en yder ordonnantie en constitutie in 't selve publyke instrument uytgedrukt, ratificeren, approberen, en in Godts naam confirmeren; verklarende de Landen, vruchten, en alle andere goederen tot de voorsz Cappellerye, ofte eeuwige Vicarye voor dote geassigneert, ofte naderhant te assigneren, te sullen wesen, en zyn geestelyk, en de selve voortaan te sullen moeten gauderen van de geestelyke vryheyt; Institueren daar en boven Heer *Boudewyn Waddings* soon, Priester in 't voorsz instrument genoemt, in de voorsz Cappellerye, ofte eeuwige Vicarye voor de eerstemaal, en confereren de selve op hem met alle sijne rechten en appertenentien door dese jegenwoordige, behoudens een yegelycx recht in allen dingen; Ten uirkonde van onse Brieven gegeven in 't Jaar ons Heeren duysent drie hondert vier-en-negentich, den seventienden dach der Maant Martius. Onder stont geschreven, de voorsz Copien accorderen met het Register voorsz van het Capittel van Zierikzee ofte Boek, in dat gedeelte van het boecxken alleen; 't welk ick *Cornelis Ruta Willem* soon, Notaris publyk, by den Hove van Hollandt geapprobeert met myn ordinaris hantteeken attestere.

En was onderteykent,

C. W. RUTA. *Notaris.*

Canonic. Præbenda in D. Levini Ecclesia fundata per Lev. Catsium.

Levinus Catzius, Eques *Canonicalem Præbendam* perpetuam in eadem D. *Levini* Ecclesia ad Dei, B. M. Virg. & omnium SS. honorem instituit Anno 1398. per hanc Chartam quoque vernaculam:

In *den name des Vaders, des Soons, en des Heyligen Geests.* Ick *Levin van Cats*, Ridder, Doe kont allen luyden, dat ik ter eeren Gods, Marien sijnen Moeder, en alle Gods Heyligen, en in verlatenisse alle mijne sonden, gefundeert, gemaakt en geordineert hebbe eene eeuwelyke Canonyx Provende, te verdienen in Sinte *Lievens* Kerke, met sulken goede volgende, en in allen manieren als hier na geschreven staat. In den eersten hebbe ik hier toe geset, en gegeven ses gemeten Lands, en een half gemet Lands, liggende in Oosterland, daar die vyf gemeten of gelegen zyn binnen dese Landgemerken, op 't Sonnesebyn *Margriete Willemans* Oost af, *Jan van den Abeele* Suyt-oost, *Clewaart Lauwaarde* soone West af, en die Heerweg Noord af; Item anderhalf gemet Lands binnen dese Landgemerken, *Kop Willemanssen* Oost af, die Zeedyk Zuyt af, *Claas Clewaarts* soone West af, en 's Heeren Vroone Noord af; Item acht gemeeten Lands, daar af is gelegen een half gemet Lands in Oosterland binnen dese Lantgemerken, *Huge Symonsse* Oost af, *Koomen Wille* Zuyt af, die Heerweg West af, en *Gillis Ten* soone Noord af; Item een gemet Lands liggende binnen dese Landgemerken, *Huyge Lem Symons* soone Oost af, *Jan Gillis Schepens* soone Suyt af en West af, en *Jan Lem Symons* soon Noort af; Item vierdalf gemet Lands, liggende binnen dese Landgemerken, Heer *Huyge Daddyns* soone Oost af, Jonkvrouwe *Aechten t' Senten* dochter Zuyt af, 's Heeren Vroone West af, en die Maarvliet Noort af; Item twee gemeten Lands liggende binnen dese Landgemerken; Oost af *Gillis Ten* soone, *Jan Koolmans* soons Vroone Zuyt af, *Mulok Jan Robels* soone West af, en die Maarvliet Noort af; Item een gemet Lands, liggende binnen dese Landgemerken, die Maarvliet Oost af en Noord af, Jonkvrouwe *Aechte t' Senten* dochter Zuyt af en West af; Item twee gemeten Lands, liggende in 't Oosterland binnen dese Landgemerken, die Heereweg Oost af, *Pieter Bendems* soone Zuyt af, die Maarvliet West af, en *Jan van den Abeele* Noord af; Item anderhalf gemet Lands, liggende in 't Oosterland binnen dese Lantgemerken, *Hallink t' Senten* soone Oost af, *Jan Claas* soone Noort af; Item derdalf gemet Lands, liggende binnen dese Landgemerken, *Willem Claas Pieters* soone Oost af, die Heereweg Zuyt af, *Dierlyk Willem*, en *Heyn Pieter Coppiers* soone West af, en *Heyn Pieter Coppiers* soone Noord af; Item twee gemeten Lands, liggende binnen dese Landgemerken, Heer *Heyndrik Pieter Boudim* soone Oost af, die Heereweg Zuyt af, *Jan Claas Pieters* soone West af, en die Zeedyk Noord af; Item twee gemeten Lands vyftig roeden min, liggende binnen dese Landgemerken, die Heereweg Oost af, *Daman Jans* soone Zuyt af, *Claas Heyndrix* soone West af, en *Mathys Heyne Brunen* soone Noord af; Item vier gemeten Lands, leggende in Vianen binnen dese Landgemerken, die Middeldyk Oost af, Heer *Lieven van Cats* Zuyt af, die Watergank West af, en Heer *Claas Kerving* Noord af; Item vier gemeten Lands hondert roeden min, liggende in Vianen binnen dese Landgemerken, die Middeldyk Oost af, Heer *Claas Kerving* Zuyt af, die Watergank West af, en die Heereweg Noort af; Item twee-en-tnegentig roeden Dijx, liggende tot Nieukerke in Duyveland binnen desen Landgemerken, *Heyn Pieter Willemsz* Oost af, Heer *Willem Causijn*, *Huyg Wittebolle* soone, en *Heyn Pieter Willems* soone Zuyt af, *Schoen* West af, en *Heyn Pieters Willems* soone Noord af; Item anderhalf gemeten Lands, liggende in 't Oosterland binnen dese Landgemerken, die Watering Oost af, *Witteman Claas* soone Zuyt en Noord af, en West af die Middeldyk; Item een half gemet Lands, liggende binnen dese Landgemerken, *Olewaart Colewaarts* soone Oost af, *Heyn Pietersz van Hyle* soone West af, Heer *Claas Maas* Zuyt af, en die Middeldyk Noort af; Item twee gemeten Lands, leggende in drie Stukkens, daar die twee Stukkens of gelegen zyn binnen dese Landgemerken, *Boudyns Copplers* soone erfgenamen Oost af, *Jan Claasz Barwouts* soone Zuyt af, *Gillis Jan Hugen* soone West af, en die Heylige Geest Noord af; en dat derde stuk Lands is gelegen binnen dese Landgemerken, die Middeldyk Oost af, *Boudyns Coppiers* soones erfgenamen Zuyt, West en Noort af; Item twee hondert en acht-en-twintig Roeden Dyx, leggende in Oosterland van Duyveland binnen dese Landgemerken, Vrouwe *Heywich van den Abeele* Oost af, dat Zeewater Zuyt af, Meester *Jacob Borewouts* soone West af, en die Maarvliet Noort af; Item vierdalf gemet Lands Haymanne, liggende in Zuytkerke binnen dese Landgemerken, *Pieter Ellix* soone, *Jan Ellix* soone en *Witte Heyen Menris* soons soone Oost af, *Witte Simons* soone en *Jan Heyn Hugens* soons soone Zuyt af, die

Bona ei assignata.

Flusvliet

Flusvliet West af, en *Witte Heyne Meerts* soons soone Noort af; Item een sestendeel van vyf ouden Scijlden, eeo achtendeel van eeoen ouden Schilde min, renten 's jaars in die Hofstede, die *Besman Pieters* soone nu beseten heeft, op die Korenmarkt te geldene, die een helft t'elken Bamisse, en die ander helft t'elken Paasschen. Item thien grooten Vlaams 's jaars te geldent'elken Sint Jans misse in die Hofstede, die *Mathys Symons* soone beseten bevet io die Middelstraten. Item seven grooten t'elkens 's jaars te gelden tot elken Paasschen, in die Hofstede die *Truyden Jan Haddea* soon ou beseten heeft op die Melkmarkt, Item twaalf grooten elkens jaars renten in die Hofstede die *Pieter Ryngersse* de Wevere beseten heeft tosscheo, en *Dirk Worf* Noortwaarts van den Vroona te geldene t'elken Bamisse. Item thien grooten 's jaars io die Hofstede, daar *Willem Lachaard* een Huys op staande hadde, in Sinte Aarnouts Slop, en ou *Claas Lem t' Swevers* soone in Pachte heest, te geldene t'elken Sinte Jansmisse midsomer. Item die twee deel van de twee grooten 's jaars io die Hofstede, die *Balage Yen* nu beseten beest aan die Oostzyde van de korte Nobelstrate, te gelde t'elken Sinte Jans-misse. Item die tweedeel twee Iogelssen 's jaars in die Hofstede *Rye Yen Willems* soone, die Wagemaker nu beseten beeft, aan de Westzyde van de Nobelstraten te geldene t'elken Sinte Jans-misse te midsomer. Ik *Lieven van Cats*, Ridder voorsz, gelove deo Deken, en Capittel van Siote *Lievias* voorsz, waarsebappe te doene te vollen rechte van alle voorsz goede, en alle kommer af te doene, diere op gewesen heest voor den date van desen Brieve. Welke Canonix Provende ik wille datse besit, en behouden totte sijnen lyve al uyt duyrende, Mr. *Willem Houd Heyndrin* sooe, en na sijnen doot sal dese giste van deser Canonix Provende komen aan my, op dat ik dan in levenden lyve ware, te gevene en te bekeerne daar ik willen soude, en na myoe doot dese voorsz giste altoos te komen op ten outsten, en naasten manhooft die van mijnen lyve wetaebtelyken komen sal wesen, en ware datter geene maohooft en ware, te komen aan 't oudste wyfshooft, van wy neder komende, alsoo de voorsz is; en ware datter man ooch wyf van my nederkomende wetachtelyken bleven of waren, soo sal dese giste koman aan den oudsten en naasten manhooft, die *Renger Willems* soone, en van *Aachte* sijns wyfs lyve nederkomeo soude wesen wetaebtelykeo, ende en ware geen manhooft, te komen aan d'oudste wyfs hooft, die van *Renger Willemans* soone, en van *Aachte* sijnen wyve komen wesen sal als voorsz is; ende omme dat ik wille, dat alle dit vaste en gestadig blyve, en wel gehouden worde sonder wederseggen van yemanden, soo hebbe ik *Lieuen van Cats*, Ridder voorsz, desen Brief vooreo bezegelt met mynen zegeleo, en omme des meer seekerheyt wille, soo hebbe ik gebeden den eersamen, wysen luyden *Baudyn Lauwaarts* soone, *Wisse Symons* soone *van Bordamme*, en *Jan Claas Jansz*, Schepenen in Zierikzee, dat sy desen Brief bezegelen willen met hare zegelen, en wy *Baudyn Lauwerts* soone, *Wisse Simoens* soone *van Bordamme*, en *Jan Claas* soone *Janssen*, om der bede willen van Heer *Lieven van Cats* voorsz, soo hebben wy desen Brief bezegelt met onse zegelen; gegeven op den anderen dach in Julio, in 't jaar ons Heeren duyseot drie hondert acht-en-tnegentig. Onder stoot, gecollationeert jegens gelyke Opdrachte ofte Canonix Provende, geschreveo staande in sekere Franchijnen Boek, eertijds toebehoort hebbende 't Capittel van St. *Lievins Mouster* tot

Leges circa collationem.

Zierikzee, daar gelijke giften in geschreven staan, en bevonden daar mede te concorderen, by my als Notaris, en was geteckent,

G. POPPE.

Alia per Helw. Catz. &c ibi instituta.

Fundationem *Canonicalis Præbendæ* per *Helwichem Catziam*, *Jacobi Abelii* uxorem & *Balduinum*, *S. Cath.* Brielæ Can, dedimus, *Hist. Midd.* pag. 42.

Decanus, & Canonicus prisci ævi in eadem Ecclesia.

Mr. *Philippus Zmiss*, Collegii hujos Decanus erat Anno 1549.

Canonicus Zirixænus A. 1381. Mr. *Hugo Wilhelmi*, Decret. Licent. Vicarius Heyloensis, æditus Alcmariensis, Fundator *Vicariæ* illic ad altare D. V. M de quo latios sub *Alcmaria* pag. 83.

Cœnobii Dominic. ex Antv. profecti.

Ad Dominicanorum pag. 42. Monasterium. Zirixæum Dominicanorum Cœnobium originem debet Antverpiensi Prædicatorum Conventui, ut ex MS. P. *Bern. J. a Goes* refert *Desol. Bat.* scriptor p. 69. A. à Chr. Nato 1255. juxta versum in Ecclesiæ ejus moro Germanicè positum: *Nae duysent twee hondert vyf ende vyftich mede, quamen die Preeck-heeren binnen die Steede.* Et sicut ex majoribus habetur: Prior Zieriezeensis profecturus ad Capitulum Provinciale deferre debebat scrutinium ad Priorem Antverpiensem, qui illud tradebat in Capitulo Diffinitoribus.

cui datum Templariorum templum,

Hic Conventus nullos, vel exiguos sumptus in ædificatione fecit, quia cives dederunt Fratribus amplas structuras, vivarium & pomarium; imò & Templum miræ magnitudinis Templariorum, jam pridem ante aliquot annos unâ nocte extinctorum per totum orbem.

Epocha,

fundatrix incerta:

Ex hac P. *Bernardi Joanis à Goes* relatione, in dubium vocatur, an *Margareta Constantinopolitana*, vel an *Machtildis*, *Guilielmi* Rom. Regis mater, Cœnobii bujus, ut plures putavere, fundatrix fuerint. Sic pergit dictus Pater:

illud ex parvis initiis numero & eruditis insigne, peste & aliis morbis plurimùm imminutum,

Sanè fuit Conventus hic insignis; quia, sicut ex relatu habeo Patris senioris *Erasmi a Nova-terra*, qui cum aliis octo venit ad Ordinem. Anno 1519. dixit, quod tunc temporis erant ultra septuaginta Fratres, inter quos fuerunt valdè docti & insignes verbi Dei declamatores: præcipuus tamen inter illos fuit Eximios Magister noster F. *Cornelius de Duvelandia*, H. P. F. *Bernardus*, & germanus ejus F. *Franciscus a Fine*, & alii complures. Sed proh dolor! Anno 1532. cum quidam morbus (dictus *Sudor Anglicus*) per Hollandiam & Zeelandiam grassaretur, frequens ille numerus Fratrum valdè diminutus est; ita ut successu temporis, & peste inguinariâ accedente, adeò Fratres ablati * sont, ut pro medio Conventu deinceps sit habitus: ita ut ex alienis Conventibus debuimus mendicare Fratres . . . .

Ad hunc ergo Conventum ego F. *Bernardus Joannis à Goes* veni Anno 1570. in festo Cathedræ *Petri* investitus, annum agens vigesimum, & Anno 1571. eodem die professionem feci: *Fuitque ultima professio in hoc Conventu facta.*

cum iterum restoresceret,

Fratrum tunc temporis numerus erat exiguus; non excedebat enim numerum denarium. Habebat tunc temporis Priorem doctum & insignem verbi Dei declamatorem, R. P. F. *Guilielmum à Gaagelt*, ex Conventu nostro Buscoducensi, ad Ziericzeensem per incorporationem translatum. Supriorem quoque doctum, & verbi Dei concidonatorem egregium ex Conventu Antverpiensi nobis assignatum, F. † *Dominicam Ægidium Topiarium*, qui & Magister meus fuit. Enimverò cum Anno 1571. post Pascha Capitulum Provinciale in Conventu nostro Harlemensi nationis Hollandiæ

* Non requirendus in relatione illa Latinus sermo, sed verus.
† Vir eruditus & SS. Literarum studiosus habitus a Fr. Sweertio, qui & scripta ejus recenset, in *Athen. Belg.*

celebraretur, Eximioque Magistro nostro Provinciali *Godefrido à Mierlo* ad Episcopatum Harlemensem assumpto, electus est in Provincialem Eximius Magister noster *Paulus Coyanus*, qui singulos Conventus visitans, tandem ad Conventum Zierickzeensem venit, & me Religionis & Srudii causâ ad Conventum nostrum Buscoducensem misit. . . . .

Bellis attenuatum, captâ inprimis Zuirxea.

Occupatâ autem (sub Ann. 1572.) *Zierickzeâ*, H. P. Prior *Guilielmus a Gangelt*, & H. P. Supprior *Franciscus Pasteyns* & cæteri Fratres ad quinque vel sex Conventum relinquere, & alio se conferre debuerunt: & Prior quidem ad Conventum Germaniæ Superioris Aquisgranum veniens, ibidem per modum hospitis est receptus; quia ejus Patriæ erat.

Supprior autem ad Conventum suum Lovaniensem rediit. Pater senior, *Erasmus a Nova Terra*, nonagenarius, ab hæreticis positus in leprosorio extra Civitatem, ibique mortuus Anno 1574. sepelitur. Cæteri huc illucque discurrerunt.

At ea iterum urbe a Regiis recepta,

Interim cum Regis Catholici exercitus non dormiret, industriâ ac solertiâ Capitanei *Monsdragon Zierickzeam* occupaverunt, & obtinuerunt cum quingentis peditibus tali modo: quandoquidem mare singulis septem horis minuitur & augetur, cum recessu aquarum venerunt per arenam pulvere tomentario in sacculis super capita eorum posito, & cum nullæ essent vel parvæ excubiæ, absque aliquo labore ceperunt Civitatem. Tum denuò Ecclesiæ apertæ, & Catholici sese exercitiis solitis exercere cœperunt. Advenit iterum ab Aquisgrano Honorandus Prior supradictus, & maximo sudore & labore, summa cum gratia solus concionatur in Civitate, singulis diebus longo tempore his concionem habebat in summo Templo, cum maximo populi confluxu; nulli enim aderant alii Sacerdotes.

Supplicatio ibi solemnis habita est,

Cum autem Catholici & miles regius, qui custodiebat Civitatem, processionem de more dominicâ primâ Octobris Apostolorum *Petri* & *Pauli* instituissent, Prior noster ornamenta nostra Ecclesiastica optima ab abditis locis proferens, ubi deposita erant, finitâque processione, post diem unum atque alterum hæretici denuò cum magno exercitu Civitatem obsident. Intranei autem nebulones milites regios profligarunt, non enim poterant tam pauci contra multitudinem pugnare, & Prior noster cum illis egreditur, & denuò Aquisgranum veniens ad Conventum, post quatuor, vel quinque annos ibidem peste moritur. Hær. verò omnia devastantes, & nostra ornamenta & vasa aurea, quæ nondum per incuriam reposita erant, omnia simul & litteras Conventûs abstulerunt.

Verùm igne in fabricam a malevolis injecto, exusta ea una cum templo.

At cum post aliquot annos templum nostri Conventûs ruinam minaretur (erat enim valdè magnum & vetustum absque columnis in medio) ascenderunt per scalas in templum ad murum, positoque igne hinc & inde sub majoribus trabibus, quæ tectum portant, illis exustis, tota secuta est fabrica, & cecidit in templum, muris permanentibus; quos paulatim deponentes vendiderunt, totusque Conventus adeò dirutus est, ut vix videatur ejus vestigium.

Cœnobio sic diruto,

pauci superstites; alius Goezam, necdum occupatam,

Unus autem Pater nostri Conventûs, F. *Henricus Wildemans* terminarium agebat in *Zuyt-Bevelandia*, 32. pagorum insula, degebatque in Civitate *Goes*; ibi enim necdum rabies illa hær. devenerat: sed Anno 1571. cum de novo hær. furore incipiebant, ubique locorum, & ipse bonus Pater cedere debuit, atque ad Hollandos Catholicos se contulit, ibidem cum licentia Superiorum verbum Dei cum magna gratia disseminans, clam tamen: & cum semel atque iterum in diversis Hollandiæ partibus ob magnam congregationem, vel populi confluxum a Judice populi obrueretur, tandem *Lugduni Batavorum*, ob magnum confluxum populi, denuo A. 1606. a Prætore Civitatis inventus, licet ab eodem Prætore moneretur ne timeret, nihilominus, quia senex erat & grandævus, multasque pro Ecclesia Dei perpessus erat angustias, omnium membrorum concussionem patiens, post tres menses diem ibidem clausit extremum ipsâ octavâ B. Mariæ Visitationis.

dein Leydam,

ubi moritur multa passus;

Ego autem ex illo Conventu solus superstes, Anno 1571. post omnium Sanctorum festum usque ad Annum 1588. in Conventu Buscoducensi perseverans, tandem post pestem gravissimam, quæ ferè omnes Fratres nostri Conventûs Calcariensis absumpserat, cum aliis duobus ex Conventu Buscoducensi missus Calcariam pro restauratione Conventûs, mansi ibidem usque ad Annum 1591. Cum enim Conventus noster Noviomagensis Priore careret, ab Eximio Magistro nostro, *Petro Bacherio*, Priore Calcariensi, & nationum Hollandiæ, Geldriæ, Frisiæ & Zelandiæ Provincialis Vicario missus, & institutus in Priorem Neomagensem veni 24. Octobris.

alii, maximè post eam iterum occupatam, alio profugi.

Dum hær. jam secundò recuperassent Civitatem, contra omnes promissiones, Monasterium & Civitatem relinquere debuimus; ornamentis & litteris Conventûs antea benè & optimo loco reconditis extra omne periculum. Fratres verò omnes ad alios Conventus accesserunt nostri Ordinis.

Non fuit hic Conventus ex minoribus: sed multos habuit Patres Doctissimos, qui ante me floruerunt in vivis, quorum unus fuit insignis, P. *Dominicus de Gravia*, Theologus. Alter fuit P. *Joannes de S. Antonio*, concionator nedum gratiosus; verùm Hebraicæ & Græcæ linguæ versatissimus, qui & hær. in publico congressu vicit, ut auctor est F. *Laurentius Smit*, Carthusianus in Libro Historiarum Belgii.

Ego verò post octo dies invasionis Civitatis, omnibus benè dispositis, denuò fugi ad asylum tutissimum Conventum Calcariensem, & ab Eximio Magistro nostro *Petro Bacherio*; imò & a toto Conventu receptus, & Conventui assignatus fui.

Hactenus Pater hic, *Bern. Jo. a Goes*, ultimus Zirixæni hujus Conventûs Professus, Anno 1596. Monialium sui Ordinis in oppido Wycano Confessarius, ut in *Append. ad Hist. Epist. Ultraj.* pag. 603. fusius dictum; dein in Conventu Kalcarensi Prior fuit, juxta *Desol. Bat.* scriptorem p. 79.

P. Goes ultimus Zirixæni Cœnobii Professus.

Patres Dominicani Brugenses, stationes suas, quas *Medioburgi* habebant, Anno 1336. concesserunt Conventui Ord. istius Zierixeensi, qui ibidem domum Patri suo Terminario procuravit, donec Ecclesiastici omnes *Medioburgo* discedere coacti fuerint 21. Feb. 1574. Juxta scriptorem eundem, in Insula *Schaldiæ*, Comitatûs *Zelandiæ*, ad pauca milliaria à *Zierixea*, olim extitit Monasterium Monialium ejusdem Ordinis, *Vallis Liliorum* dictum. Ejus initium, fuisse Congregationem aliquam nonnullarum filiarum devotarum simul commorantium, colligi potest ex actis Capituli Generalis *Neomagi* celebrati Anno 1459. quod prædictarum filiarum Collegium ad Ordinis beneficia admisit his verbis:

Statio PP. Brugensium Zirixæno Conventui data.

Monialium ejusd. Ordinis in Schaldiæ Insula Ascetecium, Nomen, initia,

Acce-

"Acceptamus venerabile Collegium & Monasterium Sororum nostrarum *Vallis Liliorum* ad "Beneficia Ordinis in vita pariter & in morte."

admissio,

progressus,

Illas exinde sub Hollandiæ Congregatione Religiosissimè vixisse certò asserunt ejusdem Congregationis acta: verùm, grassante iconoclastia, Monasterium hoc communem ab iconoclastis illatam cladem persensit: & bonis ferè omnibus ab eis direptis, in summam egestatem redactum fuit; collabentibusque ejus ædificiis, & ad paucissimum numerum redactis Monialibus; residua, quæ rapaces manus evaserant, bona, P. Mag. *Vincentius Herculanus* Commissarius Generalis auctoritate Pontificiâ pariter & Regiâ attribuit Conventui Ord. Pred. *Zierizeensi* A. 1569. eâ tamen lege, ut Conventus hic tres ultimas Moniales adhuc superstites aleret, & iis, quoad viverent, de necessariis provideret; quibus emortuis, aut post captam Anno 1572. *Zierizeam*, alio amandatis, integrè periit hoc Monasterium.

direptio,

extinctio,

ejusque in Cap. Gen. confirmatio, & cum Conventu Zirizæno unio.

Extinctionem hujus Monasterii confirmavit Capitulum Generale Romæ, celebratum eodem Anno 1569. his verbis:

"Confirmamus & acceptamus. . . . . "itemque extinctionem Monasterii *Vallis Liliorum* in Zeelandia, & illius unionem atque incorporationem cum Conventu *Zeriuensi* in eadem insula ab eodem R. P. (*Vincentio Herculano*) prædictâ auctoritate factam."

Cisterciensium celebre inprimis Zirixeæ Cœnobium, ex Antverpiensi, uti & Wateringanum, progenitum;

At celebre inprimis fuit Zierixeæ, ut ibid. sc. p.42. diximus, Cisterciensium Monachorum Cœnobium, *Aula B. M.* dictum, ex Antverpiensi S. *Salvatoris* Abbatia progenitum, eique (uti & *Bethelemiticum* in *Wateringa* extra Delphos) immediatè subjectum.

Septem Priores, juxta * Sanderum ex hac Antverpiensi Abbatiâ, ad duo hæc Cœnobia directi.

R. D. *Ludovicus Grimmer*, cum *Henricus*, Naeldvici Dominus cum uxore, *Bethelemiticum* istud, in *Wateringa* fundasset, illuc cum VI. ex S. *Salvatoris* Abbatia Religiosis directus, Ius ibi Prior, vivere ibidem desiit Ann. 1504. Officii XIX.

VII. primi Priores Wateringani,

II. R. D. *Joannes Munster*, vir summæ experientiæ ac prudentiæ, ante conversionem suam mercator, sagaci suo ingenio ad *Prioratum* in *Bethlehem Wateringæ* promotus, dum munus hoc annis VII. cum laude & fructu administrasset, officio immoritur Anno 1510.

III. R. D. *Ægidius de Rymerswael*, prius sacerdos secularis existens, cum plenius pietati studère, ac Deo vacare satageret, trigesimus tertius in S. *Salvatoris* Abbatia professus, Religiosis in *Wateringiâ* duodecim annis pacificè præesse meruit. Obiit Anno 1522.

IV. R. D. *Joannes Leonardi*, ex *Norenbergâ* oriundus, dum in nativo suo S. *Salvatoris* Cœnobio, ad Monasterium *B. Mariæ de Bethlehem in Wateringiâ*, ut ibidem Cellerarii officio fungeretur, dirigitur; ibidem, Domino *Ægidio* mortuo, in Priorem Canonicè electus ac institutus fuit. De quo Annales S. *Salvatoris* hæc pauca habent: *Anno* 1551. *obiit in Conventu Ordinis nostri, Monasterio de Wateringiâ, Venerabilis Pater, Dominus* Joannes Leonardi *ex Norenbergâ, illi Monasterio ex Conventu nostro* Prior *suffectus, religiosus admodum Pater.*

V. R. D. *Joannes de Merica*, inter Religiosos S. *Salvatoris* vigesimus nonus professus; qui cordato affectu ac piâ conversatione multis placens, juvenilem ætatem in suo stabilitatis loco S. *Salvatoris*, officio Cellariatus gaudens transegit, virilem ætatem primò apud Sanctimoniales *Abbatiæ de Rosendael*, propè *Waelhem* Archi-Diœcesis Mechliniensis, dein Abbatiæ de *Swyvick*, propè *Teneramundam*, in confessionibus excipiendis impendit, & tandem *in Priorem de Wateringiâ* dignè electus, senilem ætatem consumsit. Qui obiit plenus dierum atque virtutum Anno 1554.

* Ant. Sanderi Brab. illustrata sub S. Salv. Abb. pag. 25.

VI. R. D. *Franciscus Rutteus*, quondam Provisor, Supprior ac Novitiorum director in S. *Salvatoris* matrici suo Cœnobio, post D. *Joannem de Merica*, Prior de *Bethlehem in Wateringiâ*, &, ut loquuntur Annales S. *Salvatoris*, "cum "ibidem morbus contagiosus ac pestis grassaretur, tamquam bonus Pastor, qui animam dat "pro ovibus suis, dum suis in Monasterio spirituali & corporali subsidio zelosè assisteret, "eodem morbo correptus, animam dedit pro "amicis suis, *Christi Domini* Magisterium implens qui dicit: *Majorem charitatem nemo habet*, "*quam ut animam ponat quis pro amicis suis.* Obiit "Anno 1557."

VII. In locum hujus D. *Francisci*, felici adeò sorte a mortali hoc ergastulo ad immortalitatem rapti, Canonicè electus fuit iteratim ex Monasterio S. *Salvatoris*, R. D. *Adrianus de Molenaer*, Antverpiensis, qui vigesimus tertius Cellerarius fuit in suo Monasterio, & postmodum per decennium *in Prioratu de Wateringia* indefessam operam navavit: obiit Anno 1569. Undè *Gaspar Jongelinus* veraci calamo in Notitiâ suâ Abbatiarum libr. 9. (ubi hoc Cœnobium B. *Mariæ de Bethlehem*, dictum *Wateringia*, juxtà Hagam-Comitis in Hollandiâ situm describit,) testatur & extat sequentia: *In Wateringiâ verò præfuerunt continuâ serie quinque aut sex* Priores *evocati ex Monasterio S.* Salvatoris *Antverpiæ.*

uti & plures Zirixæni Cœnobii, ex hac Abbatia nati;

Ex hoc S *Salvatoris* Cœnobio, magno Fratrum dolore, inquit *Sanderus*, evocatus A. R. D. *Cornelius Poldermannus*, Canonicè electus ac institutus fuit in dignissimum ac vigilantissimum Priorem de Zirixzea, &c. de quo nos *ibid.* pag. 43. ubi non rectò ordine post Carthusianos recensetur.

ex his celebris. Corn. Poldermannus.

Carthusianorum extra Zirixæam Monasterii, de quo *pag* 43. fundator, *Joannes Levini*, obiit juxtà Necrologum Cœnobii *Novis Lucis* extra Ultraj. VIII. Kal. Junii.

Mons Sion dicti, Carthusianorum Monasterii fundator, Prior, & alii.

Juxta eund. Necrologum, ejusdem Monasterii Prior Anno 1465. *Petrus Wilhelmi.*

Nicolaus Woesp, *Novæ Lucis*, Monachus Carthusianus, *Vicarius* in Monasterio Delpheosi, & Procurator in *Monte Sion* propè Zirixæam Anno 1554. obiit 13. Kal. Martii.

Grisiarum Sororum Asceterii initia, Mater, & I. Confessarius,

Ad Grisiarum Asceterium p. 43. L. Waddingus in *Annalibus* ad Annum Chr. 1490. refert, quod in primaria *Scaldiæ* Civitate, Zirixæa, ante aliquot annos quidam *Poppon Haymctus* ex testamento bona legarit, ut construerentur sanctissimæ Trinitati Saecellum, & septemdecim pauperibus hospitale contiguum. His autem per hæredum & Rectoris hospitalis incuriam ferme destructis, *Popponis* filia, & nepotes rogarunt, ibidem Sororum tertii Ordinis domum ædificari; quorum votis *David* Episcopus Trajectensis subscribens, domum prædicti instituti sub invocatione S *Mariæ de Nazareth*, ordinaria auctoritate erexit, & instituit, matremque præfecit *Mariam Ægidii*, & Confessarium *Balduinum Petri de Cuerigui* ejusdem instituti. Factum hoc anno Pontifex confirmavit, (Innocentius sc. VIII.) 5. Kal. Augusti. Diploma incipit, *His quæ pro religionis.*

Innocentii VIII. confirmatio.

Diploma hoc Pont. istius, quo erectionem Domus Sororum illarum confirmat, inscriptum, *Dilectis filiis Abbati Monasterii B. Mariæ Middelburg.*

burg. Traject. Diœc. ac in Præposito Ecclesiæ S. Salvatoris Trajecten. ac Officiali Traject. hujus est tenoris:

EXhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum *Mariæ Ægidis* Matris, & Sororum domus in *Nazareth*, oppidi *Zirixeæ* tertii Ordinis sancti *Francisci de Pœnitentia* nuncupati Trajecten. Diœc. ac dilecti filii *Balduini de Cloringui*, fratris dicti Ordinis petitio continebat, quod olim quondam *Livinus de Cats*, & *Petrus* quondam *Laurentii Sprigavels*, ac *Rolandus Gerards Coeps*, & *Petrus Manne*, laici dictæ Diœceseos, executores testamenti quondam *Popponis Haymetis*, laici, tunc incolæ dicti oppidi, ipsius *Popponis* voluntatem, & ordinationem executioni demandare volentes, in dicto oppido versus portam Australem ripæ de bonis dicto *Popponi* à Deo collatis unam Capellam ad honorem Sanctissimæ *Trinitatis*, in qua singulis diebus perpetuò una Missa celebrari deberet, ac juxtà dictam Capellam unum Hospitale pro decem, & septem pauperibus, quorum quilibet unam portionem haberet, & quamdiu viverent, inde amoveri non possent, fundarunt ac pro sustentatione duorum Capellanorum qui Missas prædictas celebrarent, nec non pro dote decem, & septem portionum pro decem, & septem pauperibus prædictis nonnulla immobilia bona tunc expressa assignarunt, ac pro præmissorum bona, & fœlici directione certa statuta, & ordinationes ediderunt, volentes inter cætera, quod bona, quæ pauperes ipsi tempore suarum ad portiones prædictas receptionum haberent, & etiam illa, quæ post eandem receptionem acquirerent, post eorum obitum dicto Hospitali pro augmento portionum prædictarum perpetuo remanerent, & deinde cum successo temporis domus dicti hospitalis, illiusque structuræ, & ædificia, per incuriam, seu negligentiam Rectoris hospitalis ejusdem, & illorum, qui in eo habitaverant, quasi ad totalem ruinam devenissent, ac illius, & dictæ Capellæ fructus, redditus, & proventus diminuti, & deperditi forent, numerusque portionum pauperum eorundem ferè ad nihilum redactus esset, ita ut duo pauperes dumtaxat inibi habitarent, ac dilecta in Christo filia *Dorothæa* dicti *Popponis* nata, nec non dilecti filii *Petrus Laurentius*, & *Joannes* quondam *Petri Sprigavelt*, & dictæ *Dorothææ* nati desiderarent, quod hospitale cum Capella hujusmodi in domum Sororum dicti Ordinis erigeretur: Venerabilis Frater noster *David*, Episcopus Trajecten. hospitale prædictum cum ejus Capella in domo dictarum Sororum sub invocatione *Nazareth*. ordinaria auctoritate erexit, & instituit, ac pro fœlici statu, & salubri directione dictæ domus, ac Sororum, & aliarum personarum in illa pro tempore degentium, nec non religionis conservatione domni, & Sororibus prædictis nonnulla privilegia, & indulta eadem auctoritate concessit, ac *Mariam* in Matrem dictæ domui, & *Balduinum* prædictos in Confessorem Matris, & Sororum prædictarum deputavit, prout in quibusdam litteris authenticis dicti Episcopi desuper confectis dicitur plenius contineri. Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, à nonnullis de viribus erectionis, institutionis, concessionis, & deputationis prædictarum hæsitetur; pro parte tam *Mariæ*, & Sororum, quam *Balduini* prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectioni, institutioni, concessioni, & deputationi prædictis pro illarum subsistentia firmiori robur

Capella ad honorem SS. Trinit. in qua indies missa una celebretur, & juncta ei domus Hospit. in usum 17. pauperum,

Apostolicæ confirmationis adjicere, ac pro potiori cautela nomen, & titulum hospitalis, & hospitalitatem hujusmodi supprimere, & extinguere, dictumque hospitale cum domibus illius, ac Capella hujusmodi in domum Sororum dicti Ordinis de novo erigere, & instituere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui religiosorum locorum omnium statum in melius dirigendum nostris potissimè temporibus supremis desideramus affectibus, de prædictis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum de præmissis omnibus & singulis auctoritate nostra vos diligenter informetis, & si per informationem eandem ita esse repereritis, erectionem, institutionem, deputationem, & quatenus privilegia indulta hujusmodi sint honesta, concessionem prædictas, ac prout illa concernunt, omnia, & singula in dictis litteris, inde secuta quæcumque auctoritate nostra approbare, & confirmare sine alicujus præjudicio curetis, suppleatisque omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. " Et nihilominus portioni pro cautela, nomen, & titulum hospitalis, & hospitalitatem hujusmodi dicta auctoritate nostra penitus supprimatis, & extinguatis, illudque cum domibus ejus, ac Capella hujusmodi in domum Sororum dicti Ordinis de novo erigatis, & instituatis, illamque eisdem Sororibus pro earum perpetuis usu, & habitatione concedatis, & quod deinceps perpetuis futuris temporibus Mater, & Sorores in dicta domo pro tempore degentes Confessorem idoneum dicti Ordinis, & si talem habere non possint Presbyterum secularem, Ministro domus oppidi Middelburgensis Ordinis Fratrum Minorum dictæ Diœcesis præsentandum, & per eundem Ministrum admittendum, quoties opus fuerit, eligere liberè, & licitè valeant, quodque ipsa domus in *Nazareth*. sub cura dicti Ministri, prout aliæ domus dicti tertii Ordinis in partibus illis subsunt, perpetuò subsint, statuatis, & ordinetis; ac omnia & singula, redditus, & bona mobilia, & immobilia tam dicto hospitali pro dictis decem, & septem portionibus, & Capella præfatis assignata, quæ per dictos pauperes relicta, exceptis dumtaxat illis, quæ pro sustentatione duorum Capellanorum Missas prædictas celebrantium, assignata fuerunt, eidem domui pro usu, & sustentatione Sororum prædictarum, ita tamen, quod dicti Capellani, & duo pauperes adhuc superstites extra septa dictæ domus, deputato tamen eis alio loco honesto, de quo contenentur, habitare debeant, ac cedentibus, vel decedentibus simul, vel successivè dictis duobus pauperibus eorum portiones, & bona per eos relinquendo dictæ domui pro usibus, & sustentatione prædictis perpetuò remanere eadem auctoritate nostra perpetuò applicetis, & approprietis, ac voluntatem, & ordinationem dicti *Popponis* in præmissos commutetis: jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo. Nos enim si approbationem, confirmationem, suppletionem, extinctionem, erectionem, institutionem, concessionem, applicationem, & appropriationem prædictas per vos, vigore præsentium fieri contigerit, ut præfertur, eisdem domui, ac Matri, & Sororibus, in ea pro tempore degentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, gratiis, favoribus, & indultis, aliis dicti Ordinis domibus Matribus, & Sororibus in genere con-

in Conventum virginum Tertiariarum, *Nazareth* inscriptum, ab tunc. vtti. conversa, sub regimine Gardiani Middelb.

jure Parochiæ salvo.

concessis, & concedendis imposterum uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium, de specialis dono gratiæ indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dom. 1490. 5. Kal. Augusti, Pontif. nostri anno 6.

Uti Middelburgi, sic & Xirixææ Beghinarum Curia, de qua *pag.* 43. Wilhelmus Holl. & Zel. Comes has in tutelam suscipit, atque Senatus Xirixæi sollicitudini, ut dignè ambulent, & nemo eis officiat, commendat per sequens Diploma:

Begghinos Xirixæas protectioni Senatus Commendat. Comes Wilhelmus.

WY *Willem*, Grave &c. Onsen lieven ende getrouwen Balju, Seepene ende Burgemeisters van onser poorte van Zirixe, Salut, &c. Wy ontbieden u, ende willen, dat ghi den Beghinen Hoff van Zirixe, ende den Joncfrouwen die daer in wonen, of woonen sullen, van onsen weghen houd in sulcken staet ende in sulcken welcn van clederen te dragen, ende van eersame wanderinghe, ende datmen weyt, als zy wanderen willen, wair si wanderen, alse die Joncfrouwen zyn, die wonen int Bagynhoff in Middelburch, ende dat gy den Papen allo goit hebt, dat sise in rusten ende ongemocyt laten, ende dat gy die Joncfrouwen, die den Hof te berechten hebben, also goid hebt, dat zy des Hoves goit ende der fermerien goit nergent en keren, ten zy ter geenre behoeff die inder Fermerien zyn, of in den Hove, of in des Hoves oirbaer, ende dat si den armen Joncfrouwen, die hoir broot mit den handen winnen moeten, also verre als zy behoudenlike wanderen, niet te hard en sien. Desen laet niet. Godt zy met u. Gegheven tote Zirixe des Dinxendages na beloken Paschen int jaer van XXXI.

Inter eruditos *Brouwershavianos* non prætermittendus celeberrimus, seculi nostri vates vernaculus, *Jacobus Cats*, &c.

Ad pagum *Renissam*, hodiè *Renesse*, pag. 46.

Parochiæ Renissæ

Parochialis pago huic Ecclesia, cujus collatio penes Holl. ac Zel. Comites, institutio penes maj. Eccl. Ultraj. Præpositum, seu Archid. Sic Maximilianus, ac Philippus Archiduces Austriæ, ut Holl. ac Zel. Comites, Curam Parœciæ hujus, vacantem per obitum D^ni^ *Joannis, Arnoldi* filii Anno 1485. contulere D^no^ *Joanni Joannis a Gouda*, Presbytero, juxtà hasce Tabulas vernaculas:

M*Aximiliaen* ende *Philips* by der gracien Gods Eertshertoghen van Oostenryck, Hertogen van Bourgoinguen van Lotheringen, van Brabant, van Limbourch, van Luccmbourg ende van Ghelre, Graven van Vlaenderen, van Artois, van Bourgoinguen, Palatinen van Henegouwe, van Holland, van Zeeland, van Namen ende van Zuytphen, Maregraven des Heilichs Ryex, Heeren van Vrieslant, van Salins ende van Mechelen; Allen den ghenen die desen jegenwoirdighen zullen zien of hooren lesen, Saluyt: Alzo by doode ende overlyden van wylen Heere *Jan Aernts* zoone, Priester, die cure ende kerck van onsen dorpe van *Renisse* in den Landen van Seouwen, liggende in onzen Landen van Zeelant, vaecerende is: de welcke tot onser collacie ende ghifte staet; soe eyst dat wy omme dat goede rapport dat ons gedaen is geweest vanden persoon van Heeren *Jan Jansz. vander Goude*, Priester, ende ter ernstige bede

Collatores.

van eenigen onser specialen dienaren, by advyse ende goetduncken van onsen lieven ende getrouwen lieve Ridder, Raed, Camerlinck ende Stedehouder Generael van onsen voornoemden Landen van Hollant, Zeelant ende Vrieslant die Heere van Egmoode tot Bair, &c. den voornoemde Heeren *Jan Janszoen vander Goude*, Priester, puerlickx omme Godswillen gegont ende gegeven hebben, gonnen ende geven midts desen de voirsz. cure ende kercke van onser voirsz. dorpe van *Renisse*, metten prouffyten, renten vervallen ende emolumenten die daer toe staen ende behoiren omme die in hebben, te bedienen, oft doen bedienen by eenen notabele Priester nut ende bequaem dair toe wesende, gelyck die voirsz. Heeren *Jan Aernts* zoone, Priester ende anderen zynen voirsaten dat bedient ende gebruyct hebben, versouckende dair omme an den Officiael vandeo Domproost ende Archidiaken van Uytrecht, dat hy den voirsz. Heere *Jan Jansz.* Priester, achtervolgende deze onse gifte, proclamacie ende institucie geven wilde. Ende ombieden dairomme allen den guenen dient behoirt, ende bevelen dat zy den voirsz. Heeren *Jan Jansz.* ofte zynen gecommitteerden vander voirsz. cure ende kercke van *Renisse* voirsz. mitten proffyten, renten, vervallen ende emolumenten dair toe behoerende, rustelycken ende vredelycken doen laeten ende gehengen, gebruycken, possesseren ende genyeten zonder hun dair ione te doen of laeten geschien eenich hinder, letsel ofte impediment ter contrarie, want wy dat alzoe gedaen willen hebbeo. In oirconden van dese ende onse signet hier anne gehangen in absencie van onse groeten zegel, gegeven upten 13. daeb van Augusto int jaer ons Heeren duysent vier hondert vyf ende tachentich. Gescreven upden ploy, by mynen Heeren ~~den Hertogen, ter relacien vanden~~ Stedehouder Generael van Hollant, Zeelant ende Vrieslant, geteekent byden Secretaris,

& prisci ævi Pastores.

BRUYNE.

Collatio eidem facta a *Judoco, Joanne*, & *Rasone Haemstediæ* ac *Moermontiæ* Domino, tamquam simul Collatore ac Patrono, per basce Tabulas:

J*Oest*, *Jan* ende *Raesse van Haemstede* ende van *Moermont*, gebroederen, doen cond allen luden, alzoe die kerck van *Renisse* in *Scouwen* onlancx gevaceert is by den dout van Heere *Jan Arntsz.* Priester, welcke kercke tot onsen collacie ende gifte staet, zoe eyst dat wy de zelve kercke gunnen ende geven puerlyc om Gods willen Heere *Jan vander Goude*, metten prouffyten, renten, vervallen ende emolumenten daer toe staende met desen tegenwoirdigen brieve; ende des t'oorconden zoe hebb ic *Joest* voirsz. alzoe wel voir *Jan* ende *Raesse* myn broederen voirsz. als voir my selven desen brief bezeghelt met mynen zeghel, int jaer ons Heeren duysent vier hondert ende vyf ende tachentich, upten eersten dach van Septembri.

Ægidius Haemstedius ac *Moermontius*, ut *Renessiæ* Officii Dominus, simul collator, eandem Curam vacantem per obitum D. *Joannis Arnoldi a Gouda*, confert Anno 1512. M^ro^ *Joanni Hoickio, Martino* filio, Clerico Traj. per Tabulas seq.

IC *Witte van Haemstede* ende van *Moermond*, den eerwaerdegen Heere Archidiacon van Utrecht of zynen Officiael, Saluyt, met kennesse der waerheyt: Alzoe open staet ende vaceert

die Prochiekercke van *Renisse* onser Heerlicheyt liggende binnen den Lande van Seouwen in Zeeland, by der doot ende overlyden van faliger gedachtco Heer *Jan Aerts vander Gouwe*, Priester, Pastoer ende laetste bezittere vao dien, ende my als mede-collateur ende Patroon van wegen mynder heerscappien ende Ambochtsheerlicheyt toebehoirt de zelve kercke te helpen voirziene van eenen anderen Pastoer: Soe ist dat ic om tgoede aenbringen dat my gedaen is vanden persoong van Meester *Jan Hoick*, *Martens* zone, Clerck des Bisdoms van Utrecht, hebbe den zelven Meester *Jan*, als dair toe nut ende bequaem wesende puermentelyck om Gods wille uwe eerwaerdicheyt gepresenteert totter zelver kercke vacerende ende open staende in der maniere boven verelaert, begeerende ende met myoodmoedelye biddende dat ghy den zelven meester *Jaa* mynen gepresenteerde totter voorn. kereke toelaten ende ontfangen wilt, hem voir sulek boudende, ende hem laten volghen allo reebten emolmenten proffyten ende vervalleo dair toe dienende ende behoerende, met solempnitheyten oiek dair toe dienende geobserveert ende volcommen. In kennisse der waerheyt hebbe ic *Witte van Haemstede* ende van *Moermond* mynen naem hier ondere ielve gescreven, ende tot meerder kennesse om dies wille dat ic zelve gheen zegbel en hebbe, zo hebbe ic gebeden Heer *Jacob Willemsz.* Vicecureyt van Haemstede, dat hy dese presentacie voir myende over my bezeghelen wilde met zynen zegel, ende ic Heer *Jacob Willemsz.* Vieceureyt voirsz. ter bede van *Witte van Haemstede* voornoemd, hebbe dese presentacio bezegelt mit mynen zeghel int jaer ons Heeren duysent vyf hondert ende darthiene, up ten vystienden dacb in Julio. Aldus geteekent, by my *Witte van Haemste ende van Moermont.*

Haemstediæ templum splendidiore forma post incendium restitutum.

Ad *Haemstediam* pag. 46. Templum pagi ejus sub Annum 1500. ex tonitru & fulgure absumptum, paulò post splendidiore ac præstaotiore forma restitutum est.

Westerlandiæ fanum, & Neo-Ecclesia Schald. undis absorpta.

Templum *Westerlandiæ* pag. 47. olim ex Smallegangi *Annalibus* præstans & amplum, modò sic dirutum est, ut ejus nil supersit præter densæ & altæ turris molem reliquam, quæ navigantibus ut diximus, phares sit. *Neo-Ecclesia* vero Schaldiæ, de quo ibidem, ex eodem Smallegango undis absorpta est.

Bevelandiæ nomen unde quidam derivant.

Ad *Zuyt-Bevelaadiam* pag. 50. Quia Hollandia ex geote Bavara serius, & non nisi sub medium seculi XIV. ex quo S. *Margareta* Wilhelmi IV. soror Cæsari Ludovico Bavaro nupsit, Comites nacta est, malunt alii, & in his *Mens. Altingius* nomen *Beveland* ævo isto multò antiquius & ab Anno 974. notum, derivare a S. *Bavonis* Gandavi Abbatia, quasi *Bave-* seu *Bavoos-landt*; idque juxtà Diploma Ottonis II. Imp. a Mejero in *Hist. Flandr.* relatum, quo dictus Imperator varia prædia, etiam in hac Bevelandia sita, prædictæ S. *Bavonis* Abbatiæ donat.

Vetus, & nova Everinga.

Pag. 53. Ad *Everiage*, & *Ellewoutsdyck*. Juxtà Smallegangi, *Annales*, vetus *Everinga*, aquis penitus absorpta, pag. 710. verùm novus ibi agger Anno 1555. jactus, cui *novæ Everingæ* nomen inditum, in quo D. *Is. Perponcher Zedenitzky* 180. jugera possidet. Juxtà eosdem *Annales* in *Ellewoutsdyck* arx vetus & densa est, cujus possessor non memoratur.

Canonicis *Veriensibus* olim, ex *Cloetinga*, (juxtà *Smallegangum*, quem vide) quædam decimæ, seu potius mediæ decimæ obveniebant.

A Cattis. Cattendyck dicta.

Jacobus Eyndius, *Sim. Leeuwius* & *Smallegangus* censent vocabula, *Catten*, *Cattendyck*, &c. designare veteres *Cattos*, quos in has usque Flandriæ finitimas oras censent penetrasse.

Ad Capellam pridem, juxtà *Smallegangum*, nobilium Virginum fuit Abbatia, hodiè penitus diruta, cujus unicum vestigium superest in solo præcelso.

A Werviis, propè Hagam Arx Wervia ædificata.

Wervii, de quibus pag. 57. pagi ac arcis hujus ab Anno 1440. per emptionem a *Wolferdo a Maelstede* possessores, arcem *Werviam Rysvici*, propè Hagam-Comitis collapsam restaurarunt.

A Cauchis, Coudekercka dicta; qualis non una in Zelandia. Celebris ea quæ est extra Leydam.

Cattorum occasione, incidunt mihi *Cauchi*, & in bis *Cauchi minores*, quos Patriæ Scriptores Annalesque in Hollandiæ ac Zeland. oris collocant. Ab his Scriptores illi derivata volunt antiquorum *Koudekerck* supra Leydam, in Walachria, & in Scaldia pagorum vocabula, uti & *Kouwerviæ*, veteris apud Zuytbevelandos pagi vocabulum. De pagis hisce sermo a nobis suo loco habitus. De *Koudekercka* in Batavis mentio facta *Hist. Ultraj.* pag. 486. Ecclesiæ hujus D. *Nicolao*, uti & S. *Willibrordo* factæ, Collatio, ut ibi diximus, ad Hagæ-Comitanum S. *Mariæ* Collegium, ut & plurium aliarum Ecclesiarum collatio, spectabat.

Pastor Ecclesiæ hujus Anno 1377.

D. JOANNES THEODORI DE POELGEEST.

In ejus Parochia Vicariæ duæ; S. Laurentii & S. Crucis.

Vicariæ in Ecclesia hac, ut minus duæ; una ad altare S. *Laurentii*, ad Sancti hujus honorem, ut ibid. diximus, cum onere Missæ unius per hebdomadam; cujus Vicarius Anno 1500.

D. GERARDUS DE POELGEEST.

1509. Quidam Dominus GERARDUS, ille idem, an diversus ab eo.

1564. D. HERMANNUS DE VECHT.

Vicaria altera S. *Crucis*.

A Poelgeestiis, pagi & arcis cognominis Dominis, fundatæ.

D. *Joannes Theodori de Poelgeest*, Pastor Koudekerckanus jam memoratus Anno 1377. fundavit altare, & in eo *Vicaria* ad honorem Dei Omnipotentis, Genetricis ejus D. V. *Mariæ*, & S. *Crucis*, cum onere Missæ unius hebdomadatim.

Eugenius IV. Pont. Max. *Gerardo de Poelgeest*, Militi, hoc est Equiti, arci ejus illic Domino licentiam dedit habendi in ea altare portatile.

Ger. Poelgeestio ab Eug. IV. concessum ut in arce sua haberet Altare portatile, & ut Capella Homadana in Paroch. Eccl. eveheretur.

Gerardus hic non tantùm arcis istius atque Koudekerckæ, sed & vicini pagi *Homade*, antiquitus *Houbmade* dicti, Dominus ac possessor fuit. Sub ejus temporibus Capella, pagi istius, *Jacobi-woudæ* vicinæ Paroebiæ, cujus & bic collator erat, subdita, io Parochialem evecta est Ecclesiam.

Gerardus hic dicto Papæ Eugenio exposuerat, quod *Hoigmade* a *Jacobi-wouda* uno distaset milliari; stagnum seu lacus inter vicos hos curreret medius; quod ventorum hic turbinibus agitatus, vel hyemis tempore glacie constrictus difficilem, quin & periculis plenam Homadensibus incolis ad Parochiam *Jacobi-woudanam* ad divina audienda, infantes baptisandos, aliaque Eccl. Sacramenta percipienda, præberet accessum. Pontifex Eugenius *Henrico Roberti*, in S. *Adriani* Collegiatâ Naeldvici Ecclesiâ Decano commisit rei hujus discutiendæ negotium. Qui cum hoc suscepisset, illiusque instrumentum legitimum confici jussisset *Leydis* in domo inhabitatoris D. *Gerardi de Wit*, Presbyteri, anno 1439. indictione 2. mensis Sept. die 22. hora 9. & Pontificatûs Eug. IV. præsentibus honorabilibus, discretis viris & Dominis, *Everardo Joannis*, *Nicolao de Gouda*, Canonicis Ecclesiæ S. *Pan-*

cra-

cratii Leydæ, *Gerardo Wit*, Præfato, & *Petro V.uning*, Presbyteris Diœc. Trajectens. ad præmissa vocatis & rogatis, Eugenius petitioni supra dicti D. *Gerardi* annuit, per sequens Diploma:

Eugenii IV. circa hoc Diploma.

EUgenius, Episcopus, servus servorum Dei, delecto filio, Decano Ecclesiæ sancti *Adriani* in Naeltwyc, Trajectensis Diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Regimini universalis præsidentis Ecclesiæ, pia & salubria, ex quibus divini prospicitur cultus augmentum salusque provenire spectatur animarum, vota fidelium affectuose prosequimur, ac plenis favoribus confovemus, & ut optatum sortiantur effectum, libenter opem & operam, quantum cum Deo possumus, impertimur. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii, Nobilis viri *Gerardi de Poelgeest*, militis ac Domini loci de *Hoochmade*, Trajectensis Diocœsis petitio continebat, ipse locus infra limites Parochiæ, Parochialis Ecclesiæ de *Heer Jacobs Wouda*, dictæ Diœcesis consistens, ab eadem Ecclesia per unum partium illarum etiam stagno intermedio milliare distet, ac plerisque, & præsertim cum ventorum turbinibus ipsum stagnum agitari consuevit, & hyemali, quo mollis illud hinc inde glacies perstringit, temporibus habitatores, & incolæ loci præfati absque suarum discrimine personarum pro divinis audiendis officiis ac baptisandis earum infantibus accedere dictam Ecclesiam commode non possint, & sine Sacramentis Ecclesiasticis aliqui decesserunt ibidem temporibus retroactis, & sicut eadem petitio subjungebat, in dicto loco quædam Capella fundata, atque dotata de jure Patronatus præfati militis existat, ac miles illam cum ipsius fructibus, redditibus & proventibus in Parochialem erigi, sibique, nec non ejus successoribus & hæredibus, dicti loci Dominis jus Patronatus & præsentandi personam idoneam ad ipsam erigendam Ecclesiam, quoties post erectionem hujusmodi vacaverit, reservari desideret, nec non habitatores & incolæ prædicti congruam propterea recompensam ipsi Ecclesiæ de *Heer Jacobs Wouda* facere sint parati, pro parte dicti militis nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmissis certam notitiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si & postquam tibi de præmissis legitime constiterit ac competens de fructibus, redditibus & proventibus hujusmodi vel alias pro dicta erigenda Ecclesia dos assignata sive decreta & facta hujusmodi recompensa fuerit, ipsam Capellam in Parochialem Ecclesiam, cujus habitatores, & incolæ prædicti Parochiani sint, illiusque Rector eis Ecclesiastica Sacramenta & Sacramentalia ministrare, nec non ipsi Missas ibidem & alia divina officia possint audire, cum fonte baptismali pro baptisandis infantibus ac cœmeterio pro sepeliendis discedentium inibi personarum corporibus, & aliis Parochialibus insigniis auctoritate nostra erigas, nec non jus Patronatus & præsentandi personam ad erigendam Ecclesiam hujusmodi quoties illam vacare contigerit, militi ac successoribus & hæredibus prædictis eadem auctoritate perpetuo reserves, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque; jure tamen ipsius Ecclesiæ de *Heer Jacobs Wouda*, alias in omnibus semper salvo. Datum Ferrariæ Anno incarnationis Domini millesimo quadragintesimo tricesimo octavo, tertio nonas Novembris, Pontificatus nostri anno octavo.

Collationes.

Collatio utriusque Ecclesiæ, ut jam liquet, erat penes hunc *Gerardum Poelgeestium*, ejusque in iisdem Toparchiis successores.

Sequitur series Bonorum ac redituum Ecclesiæ *Homadanæ* ejusque Pastorum, ex veteribus Chartis desumpta:

Dnus MEINARDUS, Pastor Homadanus, (de quo *Hist. Ultr.* p. 481.) ad Papales Præbendas legavit 2. flor. Rhen. annuatim.

Piæ Donationes Ecclesiæ, Curato ac ædituo Homadano factæ.

Quæ hinc in onera incumbebant.

Claes Jacobs, heeft de kerke van Hoogmade tot een eeuwig testament gemaeckt dat vierde deel van 7. morgen landts, gelegen in Leyderdorp. Item nog een half morgen landts, met belasting van jaerlyks een memorie te doen: de Cureyt zal hebben dan 10. st. de Coster 3. st. den armen 5. grooten. Ook zal de Cureyt op ons lieve Vrouwe Presentatie dag moeten doen een zingende Mis alle jaer, met 5. kaersen.

Dirck Willemsz, heeft de kerk tot een testament gemackt dat derde deel van vier morgen landts, gelegen in Esselikerwoude, daar af zal de Pastoor hebben 7. st. de Coster 1. st. de kerck 6. st. daer voor zal de kerck een memorie laten doen, met 5. kaersen.

Nicolaes Waleck met zyn Vrouw, heeft de kerke gemaakt 7. morgen landts: daer voor zal men 's jaers een memorie doen met 6. kaersen; de Pastoor zal alle jaer hebben 6. groot, de Coster 4. groot, de armen aen broot op graft 8. groot.

Hadewyn Andries, *Pietersz* wyf, hebben de kerck gemackt jarelycks twee Philips schilden, ende Papelycker proeven een Philips schildt.

Andries Pieters, heeft de kerck gemackt 4. pont jarelycks: daer af zal de Papelycken proeven trecken 2. pont, de kerck 1. pont, de armen een half pont, ende Papelyeke proeven te Woude een half pont.

Emigaert Dirk, *Jacobsz.* dochter, heeft gemaekt een morgen landts.

Jan van Noertick, heeft gemackt de kerck een pont 's jaers.

Gheryt Arentsz, heeft de kercke en Papelyeke proeven gegeven, een morgen landts.

Andries Symonsz, heeft gegeven 28. grooten jarelycks.

Willem Lewine met zyn Vrouw, hebben de kerck gegeven 3. morgen landts, om te doen een eeuwig memorie en Vigilie met 5. kaersen; de Cureyt zal dan hebben 12 grooten, de Coster 4 grooten.

Ermgaert Dircks, *Jacobsz* dochter, heeft de kerck gegeven 7. morgen landts met de Papelycker proeven gemeen, daer voor zal een jaergetyde eeuwelyck gedaen werden.

Willem Gerrytsz en *Judit* zyn huysvrouw, geven de kerck anderhalf morgen landts, en de Papelycker proeven 1. morgen.

Walich Dirckfz, heeft de kerck gegeven 1. en een half morgen landts.

Nog had de kerck jarelycks van Erfpagt van 30 morgen landts de somme van 26. guldens.

Nog had de kerck een jaerlycksche Erfpagt van 4 pont Hollandts, op 8. morgen landts.

Nog had de Pastorye een rente brief van 12 - 10 's jaers eeuwige renten.

Gerrit Boeckelse Buytewech, poorter te Leyden was jaerlycks tot een eeuwige rente schuldig 20. Karolus guldens; nog was dezelve schuldig jarelycks tot een eeuwige rente aen de kerck 6. goude Karolus guldens.

Nog had de Pastorye 10. morgen landt in den Ambachte van Alckemade.

Item, twee Weeren landts met een Weertje, groot te zameo 20. morgen, gelegen aen beyde de zyden van den ofwegender dyck.

David a Burgundia, Ultraj. Episcopus Anno 1477. æditui Homadanis potestatem fecit, ut 500. libras ex Ecclesiæ istius bonis possent divendere, ad Ecclesiam, turrim & quidquid ad eam pertinet, prout cooveoientius duxerint, restauranda.

Anno 1534. *Wilhelmus Enkevoortius*, Derthus. Episc. S. R. E. Cardinalis facultatem dedit æditui, ut ad Ecclesiam resarciendam bona ejus 400. florenorum ære possent onerare.

Æditui ex quibusdam reditibus 22. floreni annui cedebant.

Capell. seu Vicaria a Poelgeestiis fundata; ad S. Barbaræ Xenodoch. Leydæ translata; ejus onera ac possessores.

Poelgeestii adhæc *Vicariam* pridem tenebant in Ecclesia *Nyeveenensi*. Certè *Wilhelmus Theodori Poelgeestius*, Presbyter Anno 1452. testatum fecit, quod *Nicolaus Wilhelmi* proavus, olim fundarit Capellaniam in Ecclesia de *Nyeveen*; quæ cum dissidiis consanguineorum extincta fuisset, eam *Wilhelmus Poelgeestius* denuò erexit & transtulit in S. *Barbaræ* Leidæ Xenodochium, in honorem Dei Omnip. Matris ejus dilectæ, *S. Martini* & omnium Sanctorum, cum onere duarum Missarum per hebdomadam.

Rodolphus Diepholdius translationem eam confirmavit Anno 1452.

Anno 1499. Vicarius hujus, *Wilhelmus Theodori*, *Joannis Arnoldi* nepos.

1500. 1509. Vicarius ejusdem *Wilhelmus*, filius *Theodori*, Organicus.

Milliari hine propius ad Leidam, sita *Leyderdorpia*, & sub ea arx *Zylana*; de qua, ejusque priscis & hodierois possessoribus mentio *Hist. Episc. Ultraj.* pag 478.

Capellania ab ædis Zylanæ Domino in Leydedorpia Eccl. fundata, in duas deia dispertita.

Anno 1310. D. *Joannes Zylius* in *Leiderdorpiana* Ecclesia Capellaniam fundavit, *Capellaniam* van *Zyll* dictam.

Anno 1375. Ad hanc Capellan. seu *Vicariam*, vacantem per mortem ac liberam resignationem D. *Gherardi*, fil. *Wilhelmi*, institutus *Ghiselbertus*, filius *Theodori de Zyll*.

A. 1391. Institutus ad hanc *Vicariam* discretus vir, *Ghiselbertus*, *Huberti* fil.

A. 1400. *Capellania* van *Zyll*, in duas dispertita est *Capellanias*; una mansit in *Leyderdorpiana* Parochia: altera translata est in B. *Mariæ* Virg. Leydæ Ecclesiam ad altare Beatæ *Mariæ*, & S. *Mariæ Magdalenæ*; translatio a *Joanne Montfortio*, Præposito & Archidiacooo Ultraj. approbata.

1483. *Gerardus de Zyll*, Capellaniam hanc donavit *Adriano van Swieten*, Sculteto, seu Prætori Leydensi.

1502. Vicarius istius Capell. io Beat. Mariæ Parochia *Wernerus*, *Frederici Utenham* filius.

1502. *Gerardus de Heer Rynsburganus*, Parochiæ B. M. Leydæ Pastor fuit.

Hæc ad manus mihi data per Clariss. Dom. *Jacobum Versyden van Varick*, arcis *Zylanæ* hodiè, mortuo patre *Joanne*, possessorem.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM

EPISCOPATUS MIDDELBURGENSIS.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

Jaca-

Nico-

O.

P.

R.

S.

Sant-

INDEX RERUM EPISCOPATUS MIDDELBURGENSIS.

De Coudekercka, Homada, Leyderdorpia & vicinis circa Leydam locis, vide adjectas hic additiones pag. 82. *& seq.*

INDEX Eccleſiarum Collegiatarum, Abbatiarum, Commendariarum, ac præcipuorum Monaſteriorum, quæ in Epiſcopatu Middelburgenſi olim floruerunt.

Eccleſiæ Collegiatæ.

Eccleſia Collegiata S. Petri, alia D. Martini, *Middelburgi.*
—— Collegiata D. Virginis, *Kampæ & Veræ.*
—— Collegiata, *Cortbeena.*
—— Collegiata, *Novæ Eccleſiæ* in *Schaldia.*
—— Collegiata, in *Capella.*
—— Collegiata B. Mariæ, *Tholæ.*
—— Collegiata S. Martini Turonenſis, *S. Maertensdyci.*

Abbatia D. Virginis & S. Nicolai Ordinis Præmonſtratenſis, *Middelburgi.*
Monaſterium Virgioum Ord. Præmonſtratenſis in *Soetendaele.*
—— fortè & Præmonſtratenſes, in *Noortdyck.*

Cœnobia Auguſtinianorum.

Cœnobium Auguſtinianorum, *Middelburgi.*
—— Auguſtinianorum, *Zirixææ.*
—— Virginum ejuſdem Ord. *Jeruſalem* dictum, in *Bieſinge.*

Cœnobia Ciſtercienſium.

Cœnobium Virginum, Porta Cœli, in *Waterloſewerve.*
—— Aula Beatæ Mariæ, *Zirixææ.*

Cœnobium Carmelitarum, *Vliſſingæ.*

Cœnobia Cartuſianorum.

Cœnobium Cartuſianorum, Mons Sion dictum, extra *Zirixæam* in *Noirtgouda.*

Cœnobia Crucigerorum.

Cœnobium Crucigerorum, in *Terra S. Annæ.*
—— Crucigerorum, *Goeſæ.*

Cœnobia Dominicanorum.

Cœnobium Dominicaoorum, ſeu Ædes Terminariæ, *Middelburgi.*
—— —— *Zirixææ.*
Cœnobium Virginum ejuſdem Ord. Vallis Liliorum, in *Inſula Schaldiæ.*

Cœnobia Franciſcanorum.

Cœnobium Franciſcanorum Tertiariorum, *Middelburgi.*
—— Franciſcanorum, *Zirixææ.*

Cœnobia Virginum Tertii Ord. S. Franciſci.

Cœnobium S. Agnetis, *Middelburgi.*
—— Divæ Claræ, propè *Kampam & Veram.*
—— Nigrarum Sororum, *Zirixææ.*
—— Nazareth, *ibid.*
—— panariarum ſororum, vulgò Broot Suſteren, *ibid.*
—— Nigrarum Sororum, *Goeſæ.*

Cœnobium Canonicorum Regularium, *Romerswalæ.*
—— —— *Arnemudæ.*
Cœnobium Bogardorum, *Middelburgi.*
Cœoobium Virginom, olim Abbatia, Noortdyck dicta, in *Emeliſſa.*

Cœnobia Teutonicorum.

Cœnobia Teutooicorum, *Middelburgi.*
—— —— in *Bieſinge.*
—— —— in *Santvoorde.*

Cœnobia Templariorum.

Cœnobium Templariorum, *Middelburgi.*
—— —— *Zirixææ.*
—— —— *Kampæ & Veræ.*

Simul 33. Cœnobia.

F I N I S.

Observanda vel emendanda in Hist. Episc. Ultraject.

P. paginam, c. columnam, l. lineam alteram l, lege designat.

Pag. 27 col. a lin. 3 annis, l. anno. p. 73 col. b l. 4 dele voces v. ob al 14. p. 121 c. a l. 22 suppeditare, l. suppeditare. p. 128 c. a l. 5 ab infra 1335, l. 1353. Ibid. a b l. 3 materialen, l. goederen. p. 235 c. a l. 27 post enumerantur, pone Abbatissa. Ibid. c. b l. 20 ab inf. 21 Idus, Epiphania, male habet Necrologus; incidit enim Epiphania in VIII Idus. pag. 256 c. a lin. 20 ab infra praeprendato, l. praebendatis. p. 257 c. b l. 8 ab infra ad rifus, l. adversus. p. 266 c. a l. 31 bis . . recufantes, l. bis . . recufantibus. p. 275 c. b l. 11 Praeses, l. Praesidis. p. 183 c. a l. 2, Trajectum, l. Trajectinorum. Ibid. Balthafaris, l. Henric. p. 186 c. a lin. 2 ab infra, dele voculam *Dyl*, post adde, &c. l. 9 vo em cui, post, *fratris*. p. 191 c. a l. 31 Anno 1500, l. 1376. p. 275 c. a l. 3 Walgerus, dele Fratris; Gi Hattonis; non habuit enim Walgerus fratrem Hattonem. p. 309 c. b l. 23 ab infra Snyvwou, l. Suyrwou. p. 210 c. a l. 24 arces, l. arcis. p. 215 c. b ara Nyemoda, de cujus devastatio e ibi sermo, agregiè dein restituta. p. 211 c. a lin. 18 facro, l. facri. p. 231 c. b l. 3 ab infra m antis, 1400, l. 1500 ac 1502. p. 1390, b l. 2 ab infra seculi XVI, l. XVII p. 231 c. b l. 2 dele verba, *ultra mare profecti* p. 244 c. a l. 34 aufpicata, l. aufpicatus Ibid. c. b l. 33 Joannem III, l. VI. p. 211 c. a l. 32 fimilis, l. fiuntem p. 252 l. ult. tertio lapide, l tribus milliaribus. p. 253 c. b l. ult. & penult. Inac E, uti nec D debent esse Capitales lit. in Chronico. p. 196 c. a l. 16, 1167, l. 1176. Ibid. l. 35 1233, l. 1288 p. 261 c. b l. 12 ab infr. Frederici filia, l. Frederici uxoris. p. 267 c. b l. 9 esse, l. isse Ib c. l. 10 penes, l. perem. Ibid. l. 25 Edamis, l. Edamos p. 169 c. a in medio, Pii II Rom. Pont. Diploma, l. sive Pii II Rom. Pontificatus testimonium Notariale. p. 217 c. a l. 32 infeuenda, l. instituenda. p. 276 c. a l. 48, 1336, l. 1306. p. 181 c. a l. 24 dele vocem, i ha. Ibid. l. 32 radum, l. rudem. p. 252 c. b l. 38 dele, a S. Willibrordo. p. 287 c. a l. 21 qui singuli, l. quin singulae. p. 294 c. a l. 4 & 5, eligendi de eas se, legendum videtur, eligendi dase (id est in se) habeant, &c. Ibid. l. 30, suo nostris, l. sub nostris. Ibid. l. 33 hoc ut, l. hac ut. p. 297 c. a l. 9 ab infra, Calvinianus, l. Calvini. p. 299 c. b circa medium, Diploma Joannis. Lodovicae Ducis, &c. Holl. Comitis, &c. in gratiam Sororum Tertiariarum, ut Regulam S. Aug. susc pere, atque aedes suas aeli in magna Zuyt-hollandiae insula, vel intra urbem Dordraci extruere possint, potest ad Dordracum pag. 317. transferri, ubi ea Coenobium fundatum. p. 300 c. a l. 33 ex conc conaetinas, l. ex coaetionatoite. p. 303 c. b l. 22, ab inf. de quo, l. potius de quibus. p. 300 c. a l. 18, junctas, l. functas. p. 309. In duobus posterioribus Chronica priores literas, uti & hic D nno debent esse Capitales. p. 311 c. b l. 7 ab inf. quod statuta, l. quae. p. 325 c. a l. 3 in Belgio, videtur legendum in Belgium. Ibid. l. 2 anno, l. enim vana Ibid. l. 13 aut, forte ubi. Ibid. l. 24, cursus ad Monasteria, l. rursus Monasteria. Ibid. c. b l. . . pariis, deest pugnantium, acl finda p. 338 c. b sub Nyelandt 3000 libras, l. flor. Rh. in censu p. 349 c. a sub Abbenbroucs, post Ma odiorum, ex Jac. La Torri Relatione Rom., pone Woertiorum, et Goudhovio peculium. p. 351 c. a ante me tium, censum Hanibaldus, l. consui p. 353 c. b l. 5 caveatur, l. careatur. p. 364 c. b l. 3 ab inf. a ibidem, l. in ea. Ibid. paulo inf. medium de Pastorum serie, dein, continuatam. Ibid. l. 12. 2496, l. 1496. p. 366 c. b l. 1 eam, adde Monachum. Ibid. l. 5. superstitem, adde, a Catholicorum publico cultu. Ibid. l. 12 ab inf. 1639, l. 1629. p. 167 a. a l. 19 den oerste-felyken, l. sterfselyken. p. 162 c. a l. 20 ab inf. supercilium, l. pasi tectis. Ibid. c. b l. 1 Curatum, l. Curatis. Ibid. l. 10 concurrentibus, l. concinentibus. p. 372 a. a l. 11 ab inf. anno 1637, circa annum 1437. Ibid. c. b l. 26 ab infra 1404, l. 1485. p. 375 c. b l. 1 argutuli, l. solidores. p. 376 Jac. La Torri Relationem circa annum Ger. Ketelari funeri, sic enim ex Gui Opmeeri descriptione restituimus: " . . . anteiphos veniens a Bernardo " Joannis . . . recipitur: ubi cum diu aliquot piorum eleemosynis ef-" fet sustentatus, ad Cal. Martii Anni 1304, nocte ad duplex Sacerdotii " & Martyrii praemium in Caelum migravit, &c. p. 377 c. a l. 1 ab inf. reliquam, l. reliqua. Ibid. de Ecclesia portus Delphorum, vide sb Bleyswyck. p. 297. Ibid. l. 3, Hilderbe menli, l. Halleleinensi. Ibid. c. b sub Keiel, Delshlandia, l. Schielandia pagus. 372 c. a l. 32 Episcopi, l. Christi. Ibid. l. 24 Patris, l. Primi l. penult. Vicariorum, l. vicarum. Ibid. c. b l. 15 quale, l. quatenus. Ibid. l. 12 ab infra, Onderschya, l. Overtschie p. 409 c. b l. 27 Anno Ch. 1356, l. 1572. p. 14 c. a l. 9 quilibet, l. qualibet. Ibid. l. 16 Hospitalis, l. Hospitalis. p. 415 a. b l. 7 fuisse, junge, apparet. p. 410 c. b l. 21 imperato, l. impetratum. Ibid. l. 47 insuluis dimissa, l. obsidiis dimissae. p. 417 c. b l. 11 quam eorum, l. quae ipsis unum idemque sunt. Ibid. de Diplomate Wilhelmi, vide additiones pag. 583. p. 418 a. a l. 5. 1251, l. 1257. Ibid. l. 10 ab inf. 1201, l. 1265. Ibid. c. b l. 4, Regildis. & 48 Yegthildis, l. ubique Mechtildis. Ibid. l. ult. Joannes, l. Joannes. p. 421 c. b l. 36 condita, l. docata. p. 422 a. a l. 15 1416, l. 1316. Ibid. l. 1 avunculi, l. patrueli. Ibid. c. b l. 3, 1207, l. 1307. p. 424 c. b l. 36 & vita exutus sit, l. & vita circa festum istud exutus sit. p. 426 c. b l. 10 ultimus ibi Pastor, l. adde stante Cath. situ. p. 417 a. a l. 12 Adrichem, l. de Nadinghen. p. 431 c. a l. 21 ab infra Anno 391, l. 1383. Ibid. c. b l. 19 *Frisia gens Sylvis* p. 434 c. b l. 29 & 30 Wilhelmi Rom. Regis . . . filius, l. Pater. Ibid. l. 3 ab inf. 1234, l. 1224. p. 44 l. 24 c. b exilisfitum, l. extructum. Ibid. l. 71, ab inf. Hentsco, l. Hermeri. p. 444 c. b l. 1, Iailbius, l. obscurius loquitur. l. 24 post duo sera, l. post duo amplius. p. 448 c. b l. 22, hinck, l. blanck. p. 455 c. b l. 10 Fred. Schenck, l. Davidis Burgundi, ut dictum est pag. 407. p. 45 c. a l. 38 van ebent 16 ubeer, l. 116. p. 460 c. a l. 17 ab inf. orile Privilegiatum, l. universale. Ibid. c. b l. 10 ab infra, aliun, forte alimentibus p. 466 c. a l. 23 ab infra promptuarium; Orleti legit *Comyrtye*, quod est cotti effectum, vel potorio. Ibid. c. b l. 1, 2, 3 & 4, ab inf. 2, Alyda ibi memorata dictam summam sola Coenobio Romae reliquisse, aliae cum Rectrice tamen ut infra annumerentur summa assinisse videntur. p. 465 c. a l. 11 ab infra, S. Pa cratii Coemeterium, ex Orlerio lege, sossum, Kerkhof. p. 469 a. a post medium, post extraneorum, adde ex Leeuwen, nunc fere per suspiculos. Ibid. c. a l. 17, templi adytum, l. extima pars: de o exi ma templi pars, l. superior. Ibid. c. b l. 14 de sermone, l. cum sermone. p. 470 c. b l. 15 ab inf. dici, l. dici. p. 471 c. a l. 6 Archiepiscopis, l. Archidiacona. Ibid. c. b l. 3 manu, l. manus p. 477 c. b l. 21 Kalckaie, l. Xantis p. 474 c. a l. 19 ndliom evia, l. atrii. p. 478 c. a l. 41 ejus nomine IV l. III p. 481 c. b l. 25 ad S. Petri, ad S. Pancratii Ibid. a. b l. 11. 1414. l. 1514. p. 483 Wassenaria ab aquis nominati, quas Germani *Wasser* vocant. Ibid. l. 43 1687, l. 1716. p. 490 c. b l. 3 Domino, l. Domini Ibid. l. 10 plerumque, plurimque p. 491 a. b l. 9 suspendenda, exhibenda p. 493 cura geroponderat, circa 4 o ponde, p. 495 celebratum 50, ex tabula Philippi Burg. Bat. Sac. p. 41, pone 100 p. 496. c. b l. 2 1416, l. 1516. p. 503 c. b l. 1 a D. Martinus VI male ponit, l. bene ponit; erat enim Bucherius, qua Theodoricus VI, cum Innocentio II. vixit, quam & ab Innocentio hoc exemptiones eas impetrasse asseritur a M. Stoklo, Vossio, aliisque. p. 514 a. a l. 21 ab inf. 1415, l. 1141. Ibid. c. b in Chronico paulo post medium, l. loco D d, & loco E e. Ibid. l. 2 ab inf. Diploma hoc potius est Senatus Leidensis. p. 535 a. a l. 14 ab inf. ex Langereidae, l. ex Aalsmeer, ut sib Aelsmeer dictum. p. 332 l. 22 ab inf. 12. l. Lix. p. 535 c. b l. 16 ab inf. 1515, l. 1150. p. 572 c. a l. 16 Auh. Miraeus, celebris Antv. Episcopus l. cujus patruus fuit celebris Antv. Episcopus p. 597 a. a l. 27 Parochian, l. Parochiam. Ibid. 42 annuentibus, l. annuentibus p. 598 c. b l. 27 ad justitiam, l. instantiam. Ibid. l. 35 circa, l. caeteris.

Observanda, vel emendanda, in Hist. Episc Harlemens.

Pag. 11 col. a lin. 16 Naimonis, l. forte Haymonis. 13, c. b l. 38 admonendos, l. amovendos. Ibid. l. 16 dele ut. 14, c. a l. 14 admovendum, l. amovendum. Ibid. l. 21 etiam omni onere, sicut habet Diploma Maxim. & Carolis, intellige, deducto omni onere l. 20, 3 Sept. l. 13. Ibid. c. b l. 21 & 22 ab infra, *Praepositus hoc in Dyl.* sub pag. 14 c. b sub fin. se inscribit *Thesaurarius*, & *Cassel*. Ibid. 1 c. b l. 6 2505, l. 1550. 16, c. b l. 58 praesidio, l. praesidi. p. 17, a b l. 15 buys, l. huys, ut & l. 2 ab infra. Ibid. l. 25 post vocem Episcopi, pone, 6 Non. 1561, pervio pacto admissi. 18, c. a l. 18 adjibuit, l. exhibuerit. p. 19, c. a l. 40 & 41, a Febr. juxta Mo MS Cap. Harl. at juxta Bull. Corn. Musi ad Mart. (Dorpium se, non Duncanum) pridie Cal. Febr. p. 22, c. b l. a haereticas, l. hereticus. Ibid. l. 3 Pontificum, l. Pontificem. 26, a. a l. 15 Capellanum, l. Capellanus p. 28, c. b l. 11 ab inf. 1701, l. 1601. 29, c. b sub fi em datis Canonicis accensendi ex Mon Cap. Harl. Petrus a Bergen, & Joannes Crimmerus, ex Heyl. Coenobio delumpti, & laudati p. ad Prior defunctus est 1573 mense Julio, nam imo est p. 30, c. b l. 17 1666, l. 1697. p. 31, c. a l. 20 post intimuit, l. &c. Ibid. a. b l. 19 qui, l. & socium Souvius, ab aliis dictum Sonnius. Ibid. l. 2 ab inf. Jovius, l. Sovius. 32, Jo. de Rosenboch, Curatus Ec. l. Harl. pag. 45 ex propria subscriptione, Jo. de Rosimboch vocatur. Ibid. c. b l. 12 ab infra, eacqua, l. erant in 37, c. a l. 1 ab infra, idemandus, l. tel et Screvelus. 37, a. a l. 3 ab infra volens, l. volens quae. Ibid. c. b circa medium, ipse Cura, l. ipsi Curae. 37, c. a ab infra, dele voculam hoc 39, c. a l. 14 Kersmis, l. Kermis 41, c. a l. 41 post vocem commercio, pone communantes. 42, c. b l. 17 haec, l. hoc. Ibid. 31 ... l. 9. 41, c. a l. 8 by, l. sy. 50, c. b l. 21 argenta, l. argenti. Ibid. c. b sub medium hoerlamech, l. oost erlamech. 55, c. b l. 19 ab infra Curatis, l. Curatos. 56, c. b l. 4 ab infra egressi, l. ingressi. 58, c. b l. 1 & 5, Theodori Wassenam, l. Gerbrandi de Coulster 59, c. b sub medium, omittendum videtur, infra scripta. Ibid. l. 6 ab infra Beeckaecker, l. Beeckacker, 62, c. b circa med. actum, l. situs, vel aditum. Ibid. confessione, l. professione. 64, c. b in medio de ei a, l. deinde. 64, c. a l. 14 ab infra Schon, l. Schoit. 65, c. a l. 4 Imum, l. Imnom. Ibid. c. b l. 11 Honerus, l. Hovens 67, c. b sub medium translano, l. translatus. 68, c. a l. 6 &c. Stephanus Rodecker e sim mendum Guilielmo Cleef. 68, c. a post medium Vice Pastor, Jacobi Martini, forte Bartholomaeus Jacobi. Ibid. l. 16, 1340 l. 1440. 69, c. a l. 19 dissensiones, l. dissensiones, ut &c. p 70, c. a sub medium. Ibid. l. 14 natum, l. nato 70, c. b l. 3 potestas, l. potestatem. 71, c. a l. 8 intelligendos ibi Senatum & Decanus sua praeses loci. 73, c. b l. 11 exitus, l. modus 75, a. a l. 30 ab infra, quod, l. quo. 78, a. b l. 18 ab infra contiguas, l. contigua. 79, c. b sub medium eor, l. eor. Ibid. Anno 1438, l. 1488. Ibid. l. 17 ab infra, hic quo, l. hic quom. 81, c. a l. 9 filii, l. fratris. Ibid. l. 14 Lechnopegius, l. Lichtopogeus. 83, c. a versus med. Hermanus Loeffius abbreviatum est a Ludolpho, id est Ludolfi filius. Ibid. a b l. 2 Praffamus, l. praeffectus, & sub fin. Castricomius, l. Castricomus 89, c. b sub medium ad apidem, l. ablatum. 90, c. a in margine sub med. corialum, l. cimonum. 95, c. b l. 14 Weydkoopers, l. Weynkoopers. 96, c. a l. b med. Anno 1567, l. 1569. 97, c. b l. 15 supra, l. infra. 99, c. a in Tabulis vernaculis, voces gelinden en gelyden, designant beliden. Ibid. c. b ex Epitaphio vernaculo, numerus in Latino sic restituendus CCCXXVI. Julii 11. 100, c. b l. 2 a fine, serenissimi, forte sanctissimi. 101, c. a sub med annum 100, forte 1100. 105, c. b ad Lemma Eph. 4 . 5, l. 15. 107, c. b l. 8 Oostering, l. Oosterling. 110, c. b circa medium per indemnitatem, pro indemnitate Ibid. quam, forte quum. 111, c. a sub medium nasuat, nasuat. Ibid. c. b. 7 Mai 1491, l. 12 Julii 1459. Verba marginalia, Sententia opposito & transferenda in capite pag. locanda. 113. a. b sub med. versegt, forte vertoigt 114, c. a l. 12 ab infra terminorum, l. terminorum. 115, a. a l. 29 ab infra ibidem sub Rhenon, l. la Not Episc. Gron sub Rhenon. 126 c. a l. Praesidis, l. Praesidis. Ibid. c. b l. . Saltorium, l. Saltarium. Ibid. sub med. D. Jacobi, l. Jacobus Bammelende. 134, paulo post medium Anno 1514, l. 1514 P. 135, versus medium, Zeroepenning, Zeenhoel, l. Zoenpenning & Zoenhoef. sub fin. absolutie, l. absoluta 136, l. 11 oblivraten, l. obliviscuntur. Ibid. l. 40, Jean is, l. Joannes. Ibid. c. b l. 9 ab inf. argenteo, l. argenteo 137, c. b l. ab infra 1594, l. 1564. 138, c. b sub med. nonum regularem, l. minus regulatem. 140, c. b sub med. Balthasar, Balthasar. 141, c. a paulo post med. Magistratem, l. Magistratui. Ibid. c. b versus medium, Sororum Occidentalium, l. Australium. Paulo infra, Scabinol, l. Scabinus. 141, c. a sub med. religiosus, l. religiosus. Ibid. versus fin. opibus, l. operibus. Paulo infra, primaria, s. probationis Ibid. c. b l. 6 ab infra, Wyna forum, pag. seq. l. 44 dictus Moeye, amita. 143 a. a paulo post med. praemia, l. pretia, sc. poenitentia Ibid. versus fin. confectas, l. conversas 145, c. a l. 17 post ejus electionem, l. annua. Ibid. c. b versus medium successor Wo. . ., l. Cornelis, & paulo post Marquinum, l. Marquardum. 146, c. a sub fin. Collegio Theol. adde majori, in parte. 147, c. a l. 10 mutantes, l. mutans. l. 7 Magistri, forte Magistrorum. Paulo infra, non obstantes, l. non obstante 149, c. a l. 11 ab infra, providentiis, l. providentia. Ibid. c. b l. 13 perlibatos, l. perlibatos. a b l. 2 sicutum, l. vocatam. l. 31 ipse, l. ipsa. 34 Rudolpha, l. Ludolpho. 150, c. a l. 10 Rudolphum, l. Ludolphum. Ibid. l. 21 Simon, l. Simone. Ibid. c. b l. 21, 1427, l. 1429. In Chronico versus finem D Cap. in simplex dictionis mundum 151, c. b l. 4 ab infra allatum, l. allatum. 152, c. a l. Gerard a Taets, l. Taets Gerardi, seu Thadaeum Gerardi. Ibid. l. 14 de Kevan, id est, ut pag. proxime de Kemp. 154, c. a l. 18 Mr l. Mai. Ibid. 33 flor., l. florenum. 156, c. a l. . ab l. al. Ibid. c. b l. 9 Tuyssi, adde vias Tuisch. 158, c. b l. 44 Nic. l. Theod. & l. 56 fidelibus, l. fidelium.

Ad Hist. Episc. Leov.

Pag. 49 c. a l. 45 1590, l. 1585. Ibid. l. 11 ab inf. S. T L. l. S. T. Ibid. a. b l. 25 1606, l. 1609. 50 c. a l. 7 Bruisma, l. Botninsma. Ibid. l. 12. Hasten, l. Haelten, ut est Hist. Ult. Epist. p. 422 c. b l. 19 medio l. primo. 54 c. a l. 5 ab inf. & in marg. Jelsum, l. Jelsum. 75 c. a l. 50 Adrianus, l. Andreas, ut & l. 54 ibid. l. 6 ab inf. Snecam, l. in Blaricum. 78 c. a l. 1 Jacobus, l. Joannes, uti et l. 8.

APPROBATIO.

JOannes, Eqoes, Burchgravius Leidensis, Wassenariæ, Catvici & Voorschotæ Domious &c., in Charta anni 1465. cum laude meminit Patris sui, *Jacobi*, Equitis, Burchgravii irem Leideosis, eorundemque locorum Domini, quod paulò antè moriem ad structuram de *Viercapelle*, quam ego Cappellam in *Veur* sub Parochia Voorschotana sitam esse autumo, de qua mentio Hist. Episc. Ult. p. 490. destinarit ɪv. Libras annuas, cui pignori opposuit prædium sex jugerum cum domo & horreo pensili, dictæ Capellæ vicinum, *de Geest*, solo sicco & arenoso ad boream.

Si prædictus *Jacobus*, Eqoes ex hac dictæ Capellæ donatione, ac filius ejus *Joannes*, Eques ex ea descriptione, laudem meruere; quam laudem non merebitur Historiæ Ultraj. ac Suffraganearum Sedium Scriptor, qui noo modò Capellam suo ære pridem erexit, sed & immenso labore præfatorum Episcopatuum cum subjectis singulis Ecclesiis ac Cœnobiis Historiam dedit amplissimam. Opus Patriæ & majorum amatoribus utile cumprimis ac magnæ delectationi; quapropter dignum maximè censeo, ut cum præsertim nemioi adulari, nec officere propositum sit authori, illud lucem publicam videat, in quo millena tenebris dudum obsita reteguntur.

HUGO GAEL,
J. U. L. C. U. Can. Librorum pridem Censor.

Pridie Nonas Novemb. Ao. 1718.

APPROBATIO.

SI applauditur homini qui e ruderibus thesaurum effodit quo ditescat ipse proximoque succurat: multo sane meliori jore cogratulamur Viro qui e fundo Bibliothecarum eruit, & a blattis tineisque vindicat librorum congeriem quâ ipse, totaque Respublica Literaria [illegible]rum rerum antiquarum scientiâ opulescunt.

Verùm noo modici id laboris opus, hominem requirit non vulgari memoriâ præditum, studii indefessi, diligentiæque pertinacis, atque in perlustrandis veterum mooimentia occupatissimum.

Horum verè egregia argumenta præsefert hujus libri Author, qui, quamvis latere amat, ab humanitate tamen omnibus notus, mirum quanto io Patriam amore, bonisque studiis jovandia desiderio omnem operam (plurimis cæteroquin obstrepentibus negotiis) hic impendit, ut renasci faciat mortua, & nova reddat jam olim antiquata, eaque omnia sic in unum congerat, ut velut in ictu oculi clarè videantur ea, quæ alioquin per longa Chartarum volumina, iojuriâ temporis tantum non exesa, subobscurè sese ostentabant.

Dignum itaque, atque communi bono perquam utile jodico, ut lucem videat Opus, ex quo fructus plurimi ab omnibus Philomosis excerpi possunt.

MATTHIAS OOSTERLING,
Protonot. Apostolicus, Librorum Censor.

III. Nonas Novemb. 1718.

Adriano, Hist. Episc. Harl. p. 91. l. 20. *Joannes*, ac p. 124. l. 21. *Cornelio* substituendus *Theodorus*.

Berigt voor de Boekbinder, om de platen te zetten.

Avertissement au relieur sur les estampes.

In het I. Deel van 't Utrechtsche Bisdom.

De stad Utrecht,	Pag. 1
H. Willebrordus,	3
H. Bonifacius,	4
H. Gregorius,	5
H. Fredericus,	7
H. Radbodus,	10
Joannes Wagtelaar,	47
S. Maartens kerk,	49
Abraham Brienius,	90
Jacobus Cats,	91
Adrianus Paus,	120
H. Suitbertus,	247
H. Werenfridus,	282
Petrus Purmerent,	306
Bernardus Hoogwerf,	367
Suitbertus Purmerent,	405
Joannes Roos,	406

In het II. Deel van 't Haarlemsche Bisdom.

H. Engelmundus,	[illegible]
H. Odulphus,	62
H. Adalbertus,	75
Leonardus Matius,	97
Stephanus Crachtius,	105

In het III. Deel van het Bisdom van Deventer.

H. Lebuinus,	25
H. Marcellinus,	64
Thomas a Kempis,	124

In het VI. Deel van het Bisdom van Middelburch.

Kaart van Zeeland,	3
De stad Middelburg,	7
De Abdye-kerk,	8
De stad Vere,	27
De stad Arnemuyden,	28
De stad Vlissinge,	29
De stad Zirixzee,	41
St. Livensmonster,	42
De stad Brouwershaven,	45
De stad Rommerswaal,	50
De stad Goes,	51
De stad Tholen,	58

